Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

FL. JOSEPHI
OPERA.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS

Opera qvæ extant omnia,

Nempe

ANTIQVITATUM JUDAICARUM Libri XX. Sigismundo Gelenio interprete.

DE BELLO JUDAICO Libri VII. interprete, Rufino Aqvilejensi.

Liber DE VITA SUA cum interpretatione Gelenii.

ADVERSUS APIONEM Libri II. cum versione antiqva à Gelenio emendata, &

DE MACCABÆIS, seu de Imperio rationis Liber cum paraphrasi Erasmi Roterodami.

ACCEDIT INDEX LOCUPLETISSIMUS.

Juxta editionem Græco-Latinam Genevensem ad manuscriptos Palatinæ bibliothecæ Codices castigatam, qvæ nunc à pluribus mendis expurgata, & præterea

PROLEGOMENIS
&
APPENDICE
auctior redditur.

Cartusiæ Waldicensis

1702



COLONIÆ,
Sumptibus Mauritii Georgii Weidmanni.
ANNO M. DC. XCI.

THOMÆ ITTIGII
S. T. L.
ad novam hanc Josephi editionem
PROLEGOMENA.

Multorum curæ in Josephũ frustra hactenus promissæ & expectatæ.

Um à pluribus annis multa excellentia ingenia novam Operum Flavii Josephi editionem parturiverint, nescio qvo fato factum sit, ut fœtum animo conceptum & sæpe jam partui maturum eniti non potuerint. Omnibus enim, qvi utilissimo huic labori manum admoverunt, vel morte, anteqvam absolverent, præventis, vel ob alias causas a cœpto revocatis, literatus orbis diuturna exspectatione suspensus, & novi Josephi desiderio pæne contabescens spes tandem suas & vota per integrum seculum delusa sensit. Annus agebatur superioris seculi octavus & octogesimus, cum BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS lucubrationes suas Franckthalenses a loco, ubi Geneva relicta tum agebat, sic appellatas ederet, in qvibus profitebatur, (1.) se jam pridem in omnes Josephi libros notas meditatum, & aliqvando, si Deus permitteret, editurum esse. Verum doctissimo hoc Viro post Sexennium Lausani, qvo a Bernatum republica evocatus fuerat, mortuo, simul etiam promissæ in Josephum notæ expirarunt. Hanc jacturam JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER abunde resarturus videbatur. Vix enim admirandum illud opus, qvod thesaurum temporum inscripsit, in lucem publicam emiserat, cum

Bertrami.

Scaligeri.

(1.) Cap. 3. p. 59.

cum pleriqve eruditorum, Casaubono teste, (2.) non dubitarent, qvin Scriptorem sibi cognominem, a pluribus, qvibus hactenus obscuratus fuerat, mendis expurgaturus, doctisqve suis animadversionibus illustraturus esset. Qvos opinio sua minime fefellit, siqvidem Phœnix ille Criticorum, cum jampridem infinita, qvæ a nemine intelligi possent, loca in vulgata Josephi editione animadvertisset, & subinde nonnullis eruendis & restituendis ingenii sui vires impendisset, de hoc etiam nobilissimo Scriptore, Josepho inqvam, dummodo Amicorum ope varias manuscriptorum Codicum Lectiones nanciscipossetse bene meriturum Carolo Labbeo per literas Nonis Februarii A. C. cIↃ IↃC VII. (3.) scriptas indicabat, & morti jam vicinus (4.) ad exeqvendum hoc propositum ætati suæ triennii spatium a supremo rerum humanarum Arbitro superaddi exoptabat. Et profecto non parum lucis & ornamenti Josephi scriptis conciliari potuisset, si illustri Scaligero, qvod animo gestiebat, perficere licuisset. Qvod obscurum nemini esse potest, qvi ejus notas ad fragmenta selecta veterum Græcorum apud Josephum & Eusebium servata, & ejusdem animadversiones ad Eusebii Chronicon legerit. Verum istam Josephi editionem immatura Viri Divini mors rei literariæ invidit, ut Casaubonus alicubi (5.) qveritur, qvem una cum Carolo Labbeo vetustissima Regiæ, qvæ Parisiis est, Bibliothecæ exemplaria ad vulgatam Josephi editionem conferre non piguerat, ut, qvi Scaligero Josephi a librariorum corruptelis vindicandi consilium dederat, pulcherrimos illos conatus etiam qvalicunqve auxilio juvaret. Post Scaligeri mortem parum aberat, qvin ISAACUS CASAUBONUS modo nominatus & nunqvam sine veneratione nominandus palmam in medio relictam occuparet, a qvo sane non pœnitendam Josephi editionem sperare poterant Musarum sacris operantes, cum incomparabilem ejus doctrinam jamdudum in plurimis aliis, qvos ediderat, Scriptoribus Græcis pariter & Latinis ad miraculum usqve probatam

Casauboni.

(2.) Epistol. 496. edit. Græv. (3.) libr. 4. ep. 353. (4.) Conf. Patin. epist. 67. p. 186. edit. Paris.
(5.) Exercit. I. ad Baron. c. 34. n. 99.

tam cognoviſſent. Verum cum neqve ætas, qvæ jam provectior erat, tantæ molis oneri ferendo ſatis valida, neqve loci, ubi extrema vitæ tempora ducebat, conditio peragendo huic negotio ſatis commoda videretur, ut ipſe (6.) in epiſtola proximo ante mortem ſuam anno Londini ſcripta judicavit, nihil de Joſepho certa fide promittere auſus eſt. Neqve tamen defuerunt alii, qvi Joſephum edendum & illuſtrandum in ſe ſuſciperent. PETRUS enim CUNÆUS in literis ad Franconem Duyckium, ſeu præfatione libri 3. de Republica Hebræorum commentarios in univerſa Flavii Joſephi Opera polliceri minime dubitavit. Qvem cunctantem & moras excuſantem eloqventiſſimus Buchnerus [7.] & alii Familiares ſerio urgebant, ut ſpem de Joſepho factam qvamprimum expleret, morasqve omnes rumperet, & qvicqvid vinculorum pulcherrimis iſtis commentationibus necteretur, prorſus abſcinderet, ne dilata abſolutiſſimi illius operis editione docti multas magnasqve res diutius ignorare cogerentur. Verum ante vivis exceſſit Cunæus, qvam fidem liberaret. Cunæi. Idem SAMUELI PETITO accidit Nemauſenſis eccleſiæ Miniſtro & Theologiæ Profeſſori, Viro neqvaqvam Exiguo, ſed, ut Reineſii judicium noſtrum faciamus, inter Gallorum literatorum maximos numerando, [8.] qvem in nova Joſephi interpretatione, notisqve ad eundem Scriptorem edendis occupatum cum fama paſſim ſpargeret, non mediocriter eo nomine gaudebant, qvotqvot Joſephi ſcriptis bene cupiebant. Nec deerant, qvi laudabile hoc inſtitutum collatis ſuis operis egregie juvarent, in qvorum numero Nicolaus Fabricius Peireſcius, qvi per Lucam Holſtenium variorum locorum collationem cum tribus Codicibus Vaticanis manuſcriptis Petito impetravit [9.] Hugo autem Grotius, qvi hactenus de ea Joſephi parte, qvæ legis præcepta continet, & interpretanda & notis ſuis illuſtranda cogitaverat, cum totius Joſephi editionem a Petito parari intelligeret, ſe qvicqvid poſſet ad eam prompte col-

Petiti.

(6.) Epiſt. 717. (7.) Part. 1. epiſtol. 176. (8.) Libr. 1. Var. Lect. c. 25. (9.) Conf. Gaſſend. in vit. Peireſc. p. 195.

collaturum datis ad Peireſcium literis ſpopondit. [10.] Qvibus promiſſis an Grotius ſteterit, ignoro. Id tantum ſcio, qvod dum Petiti in Joſephum lucubrationes, qvæ, ut ex Riveti ad Voſſium epiſtola [11.] liqvet, maximo cum ſumtu & labore collectæ ferebantur, multi hiarent, imperfectas nec ad umbilicum perductas moriens reliqverit, & neqve Samuel Sorberius, ad qvem cognationis jure id negotii ſpectare videbatur (erat enim Petiti e ſorore nepos) neqve alius qvisqvam poſthumum illum Petiti fœtum in lucem hactenus produxerit, & omnis de Petiti Joſepho ſpes decollaverit. Poſt Petitum in Joſepho occupatus fuit EMERICUS BIGOTIUS, cui ne idem eveniret, qvod Petito acciderat, Patinus exoptabat. [12.] Nec dubito qvin etiam apud alios & egregia de Bigotio exiſtimatio, & amor boni publici ejusmodi vota expreſſerit. Verum Bigotius telam, quam exorſus fuerat, aliis pertexendam poſtea relinqvere maluit. Dicendum hic etiam foret de JOHANNE HENRICO BOECLERO, inſigni qvondam Argentoratenſis Academiæ ornamento, & Præceptore meo æternum venerando, ſi Godofredi, Spanhemii, Forſtneri, aliorumqve amicorum monitis, qvibus ad Joſephum Autorem ſibi perqvam familiarem illuſtrandum ſolicitabatur, locum aliqvem concedere voluiſſet [13.] ſed multis aliis negotiis diſtractus de toto Joſepho edendo deſperavit, & tantum priora *ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας* capita peculiari diſſertatione illuſtravit. Progredior ergo ad CHRISTIANUM NOLDIUM, qvi in præfatione hiſtoriæ ſuæ Idumææ non ſolum aliorum, qvi de Joſepho emendando cogitarunt, & in his GERHARDI JOHANNIS VOSSII qvoqve meminit, & præterea poſt Scaligeri, Voſſii & Petiti mortem JOHANNEM COCCEJUM & CHRISTIANUM SCHOTANUM in hunc laborem ſucceſſuros ſperare jubet, ſed ſibimet etiam ipſi ad arduum hoc opus aggrediendum animos non deeſſe ſignificat. At Noldium & ſpes de Coccejo & Schotano fefellit, niſi Schotani bibliothecam hiſtoriæ ſacræ Veteris Teſtamenti ob nonnul-

Bigotii. Bœcleri. Noldii. Voſſii. Cocceji. Schotani.

la

(10.) Epiſtol. 1564. (11.) Epiſtol. 362. (12.) Epiſt. 67. (13.) Conf. Wagenſeil. epiſtol. ad Arnold.

la Josephi loca illustrata referre huc velimus, & ipse qvoq; orbi Literato ereptus est, anteqvam, quod pridem animo molitus fuerat, effectum dare posset. Omnes autem, quorum insigne de Josepho bene merendi studium hactenus laudavimus, apparatus copia superavit JOHANNES ANDREAS BOSIUS Lipsiensis, Historices in inclyta Jenensi Academia Professor celeberrimus, cui tam felici esse licuit, ut Augustissimo Imperatore Leopoldo clementissime indulgente ex bibliotheca Vindobonensi insignes qvosdam Josephi codices MSS. emendandis Josephi operibus haud parum profuturos impetraret. Qua de re peculiaris Petri Lambecii ad Serenissimum Augustum, Brunsvicensium & Luneburgensium Principem, qvi publici boni causa apud Imperatorem pro Bosio interceserat, epistola Vindobonæ A.C. cIↃ IↃC LXVI. excusa legitur, in qvâ Codices illi manuscripti ad Principem Augustum indeqve ad Bosium transmissi breviter delineantur. Erant autem codices illi numero septem, & in his quatuor Græci, tres reliqui Latini. Primus, ut a Græcis ordiamur, continebat Judaicarum antiquitatum libros 20. abbreviatos & passim interpolatos, & a principio mutilos, qvem codicem Augerius Busbeckius Ferdinandi I. ad Solimanum Turcarum Tyrannum Legatus Constantinopoli sibi comparaverat. Secundus qvem itidem Busbeckius Constantinopoli nactus fuerat, exhibebat historiam belli Judaici a verbis: τρεπόμενοι δ' ἅπαντας διώκει, quæ libro 1. cap. 13. leguntur usq; ad verba: τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον ἢ πε τοῖς quæ libri 7. cap. 7. extant. Tertius codex complectebatur antiqvitatum Judaicarum libros 10. priores, & præmissos singulis libris capitum indices, etsi in ipso contextu nullum divisionis librorum in capita indicium compareret, ex qvo divisionis hujus in capita autorem non esse Flavium Josephum, sed singulos libros continenti scriptura primum cohæsisse Lambecius colligebat, qvi primi libri indicem ab his verbis incipere docet: Bosii.

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἰωσήπου ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Προοίμιον περὶ τῆς ὅλης πραγματείας.
α΄ ἡ περὶ νόμου σύστασις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.
β΄ περὶ τῆς γένεσις Ἀδάμ &c.

Pertinuit olim hic codex ad monaſterium qvoddam urbis Conſtantinopolitanæ, qvod dicitur S. Georgii in Manganis, ſeu loco, ubi μάγγανα h.e. machinæ bellicæ cum materiis mechanicis variisqve inſtrumentis ad urbium oppugnationes idoneis aſſervari ſolebant [14.] Deinde venit in manus Dionyſii cujusdam Zazynthii, cujus Pater eum Conſtantinopoli ſibi acqviſiverat. Poſtea eum emtionis jure ſibi vendicavit Johannes Sambucus Maximiliani II. & Rudolphi II. Conſiliarius, a qvo ad Sebaſtianum Tenckna-gelium auguſtiſſimæ bibliothecæ qvondam Præfectum tranſiit, poſt cujus obitum tandem in Cæſaream bibliothecam translatus fuit. Qvartus Codex comprehendebat Joſephi de Maccabæis librum ſub hoc titulo: Μαρτύριον τῶν ἁγίων μακκαβαίων ἐκ τῆς ἰωσήπου ἱστορίας. Eadem de Græcis iſtis Joſephi Codicibus Lambecius (15.) in ſuis de bibliotheca Vindobonenſi commentariis iteravit. Qvintus Codex, ut ad Latinos progrediamur, continebat Antiqvitatum Judaicarum libros 20. & libros 7. de Bello Judaico ex verſione antiqva, qvæ Rufino Aqvilejenſis eccleſiæ Presbytero vulgo tribuitur. Sextus exhibebat librum de Maccabæis ex verſione antiqva hominis cujusdam Chriſtiani, qvi eam paſſim interpolavit. Titulus eſt hujusmodi: Paſſio S. Machabæorum ſecundum Flavium Joſephum. Ipſe autem tractatus ſic incipit: Principium meum Philoſophico qvidem Sermone, ſed Chriſtiano explicabitur ſenſu. Neceſſe eſt enim &c. De Autore verſionis nondum ſibi liqvere ait Lambecius, etſi certo conſtet, qvod perantiqva ſit, & ad indagandam Græci textus ſinceritatem plurimum juvare poſſit. Septimus deniqve Codex epitomen antiqvitatum Judaicarum Flavii Joſephi com-

(14.) Conf. Cang. Conſtantinop. Chriſt. libr. 2. p. 155. & libr. 4. p. 124.
(15.) Tom. VIII. p. 2. 4. 43. & 101.

complectebatur ſub hoc titulo: Incipit liber antiqvitatis Flavii Joſephi Hiſtoriographi. Ipſa epitome hujusmodi habet initium: In principio creavit Deus cœlum & terram, ſed dum terra in adſpectum non veniret, & profunditate tenebrarum celaretur, & ſpiritus Dei deſuper ferebatur, Deus fieri lumen juſſit, qvo facto &c. Uſus vero præterea eſt Boſius duobus Codicibus manuſcriptis bibliothecæ noſtræ Academicæ Paulinæ uno Græco & altero Latino, nec non membranis perantiqvis & emendatiſſimis Gymnaſii Portenſis, & manuſcripto Schleuſingenſi, cujus uſum illuſtri Seckendorffio Heroi de re literaria plurimisqve literatis immortaliter merito acceptum retulit. Acceſſerunt Variæ Lectiones ab Emerico Bigotio ex Regio Pariſienſi Codice & duobus Florentinis excerptæ, qvas Voſſii, Heinſii, Gronovii & Grævii maximorum Belgii Luminum ope feliciter impetravit, item variæ Lectiones ex duobus manuſcriptis bibliothecæ Noribergenſis, qvas Vir venerandæ memoriæ Chriſtophorus Arnoldus ipſi procuravit. Qvid igitur de Joſepho ſperari non poterat, cum ad hæc aliaqve ſubſidia ingenium ſuum & immenſam eruditionem & indefeſſas vigilias afferret clariſſimus ille Polyhiſtor? Verum vitæ ſumma brevis ſpes, qvas inchoaverat, longas intervertit, & Joſepho ad vitam revocando dum incubuit Vir doctiſſimus, vitam ipſe perdidit. Qvo mortuo STEPHANUS LE MOYNE ſeu MONACHIUS ſupererat, leMoyne qvi edendi Joſephi curam in ſe ſuſciperet. Pridem id Vir clariſſimus jam animo ſuo agitaverat, Boſioqve per literas ſignificaverat (16.) Incitabant etſi currentem Samuel Bochartus & alii, optimeqve de eventu paſſim ominabantur eruditi. Audiamus nobiliſſimum Wagenſeilium, qvi in præfatione ad ignea Satanæ tela (17.) cum in cauſam inqviſiviſſet, cur Joſephus eximius & utiliſſimus ſcriptor tam-

(16.) Conf. Boſ. in exercit. ad perioch. Joſeph. c. 1. theſ. 10. (17.) p. 69.

tamdiu deſertus jacuerit, nec commentatorem invenerit, etſi publica vota id ſæpe flagitarent, & interim alii minoris momenti libri annotationibus, obſervationibus, caſtigationibus & commentariis onerarentur, ejus rei hanc cauſam eſſe dicit, qvod qvi in Joſepho exponendo periculum fecerunt, ad ejus ſcripta explicanda animum Græcorum Latinorumqve Scriptorum lectione ſubactum non ſufficere, ſed alia inſuper præſidia & imprimis non mediocrem Talmudicarum Pandectarum cognitionem afferri oportere deprehenderint, qvalia præſidia cum Petito non defuerint, ejus in Joſephum commentarios, ſi extarent, ſe in precio habiturum aſſerit, & tandem iſta ſubjicit: Nunc ſpes & exſpectationes noſtræ in Stephanum le Moyne converſæ ſunt, qvem nihil doctrinæ profundioris latet, qviqve iis adminiculis, qvibus ad Joſephum emaculandum, illuſtrandumqve opus eſt, abundat, proindeqve huic operi pridem feliciter manum admovit. Qvanta autem fuerit in Monachio Joſephi edendi cupiditas, ipſe in Prolegomenis ſuis ad varia ſacra ſatis indicat, ubi refert, qvod, cum ex Rotomagenſi eccleſia ad Lugdunenſem Academiam vocatus fuiſſet, plenus Joſepho in Belgium venerit, & ſucceſſus non pœnitendos ſperaverit, nec infauſtis ominibus operis ab aliis toties fruſtra tentati deterritus fuerit. Meliora ipſi augurabantur explorati lacerti, & humeri pondus ferre non recuſantes, & codicum Florentinorum, Pariſienſium, Londinenſium, Oxonienſium & virorum doctorum variis lectionibus & emendationibus munitæ inſtructæqve vires onerigraviſſimo non impares videbantur. Recurrebat, ut ipſe loqvitur, ſingulis diebus Joſephi memoria, magna ſemper oculis obverſabatur imago, vota, conſilia, promiſſa identidem officium repræſentabant, animus impatiens labo-

PATRIBUS
REIPUBLICÆ LIPSIENSIS
VIRIS
Magnificis, Nobilisſimis, Amplisſimis,
Conſultiſſimis, Prudentiſſimis,

PATRONIS SUMMIS.

EX qvo jure civitatis Veſtræ gaudeo, qvo me octo ab hinc annis donatum memini, poſt Dei cultum nil magis curæ mihi cordiqve fuit VIRI MAGNIFICI ATQVE NOBILISSIMI, PATRONI MAXIMI,

qvam

qvam ut libraria mea officina bono publico prodeſſem. Qva in re neqve gravibus impenſis unqvam, neqve indefeſſis laboribus peperci. Teſtari id poterunt Euſebii Cæſarienſis volumina de præparatione & demonſtratione evangelica, Sancti Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, & Dionyſii Halicarnaſſenſis opera, Abarbanelis Judæi in Prophetas majores commentarius, aliiqve Scriptores, qvos cum raritate ſua ſe commendare, & ab eruditis deſiderari intelligerem, ut novis typis impreſſi publicam lucem denuo adſpicerent, curavi, qvamvis ob triſtiſſima belli tempora, & commerciorum qvæ indies in pejus ruunt decrementum inter tot miſerabiles regionum & urbium ruinas, qvibus & dulciſſimam patriam meam antiqvam Nemetum urbem Spiram oppreſſam & pœne ſepultam expertus ſum, tantorum ſumtuum periculum facere minus oportunum videretur. Nunc in eo ſum, ut Imperatoris Juliani opera a doctiſſimo Jeſuita Dionyſio Petavio qvondam Græce & Latine edita cum novis obſervationibus Viri celeberrimi Ezechielis Spanhemii, qvas Literato Orbi gratiſſimas futuras haud temere confido, e bibliopolio meo propediem emittam. Et impoſterum qvoqve, ſi Divina Gratia permittat, optimis qvibusqve libris evulgandis curas meas & facultates impen-

impendere non desistam, certa spe animatus, fore, ut Vos PATRES REIPUBLICÆ OPTIMI, PATRONI MAXIMI, qvod hactenus feciſtis, hos Civis Vestri conatus, & bonas literas juvandi ſtudium ſumma Vestra benevolentia fovere non ceſſetis. Hanc fiduciam in me excitarunt magna illa, qvæ in me ab eo tempore, qvo domicilium in Urbe Vestra fixi, contuliſtis beneficia, & ſingularis affectus, qvo Magnifici Conſules WAGNERUS, BORNIUS, STEGERUS, Nobiliſſimi Proconſules, alter BORNIUS & FALCKNERUS, Conſultiſſimus Prætor PLAZIUS, nec non CARPZOVIUS, GRÆVIUS, PINCKERUS, BAUDISIUS aliiqve Senatorii Vestri Ordinis Proceres, omnes doctrina & meritis incomparabiles & qvovis elogio majores, tenuitatem meam proſecuti ſunt. Vos, Venerandi Juſtitiæ Sacerdotes, præſidio & patrocinio Vestro rebus meis & fortunis nunqvam defuiſtis, Vos celeberrimi literarum, qvibus ad miraculum excellitis, Fautores officinam meam qvalemcunqve haud raro præſentia Vestra illuſtrem reddere, & libraria mea ſupellectile cum privatas Vestras bibliothecas, tum publicam illam locupletare dignati eſtis, qvæ paucis ab hinc annis a Vobis inſtituta, & inæſtimabili rariſſimorum librorum aliorumqve cimeliorum apparatu ſubinde aucta inter ſplendidiſſima

didisſima Urbis hujus ornamenta jure ſuo numeratur. Et hanc ipſam bibliothecam Veſtram impræſentiarum Joſephus meus ambit, qvem, ut qvalecunq; gratæmentis monumentum exiſtat, Magnificis Veſtris & Nobiliſſimis Dignitatibus humillime offerre audeo. Vix ediderat ſcripta ſua Flavius Joſephus, cum ea Romani publicæ bibliothecæ honore dignati ſunt. Concedite qvæſo Patroni Summi & novæ huic Joſephi editioni hunc honorem, ut in publica Veſtra Bibliotheca reponatur. Non timebit Joſephus armamentarium, cui Bibliotheca Veſtra incumbit, cum armis non minus qvam literis ſtrenuus fuerit. Deus autem Inclytum Veſtrum Collegium, cum ſplendidiſſimis Familiis & tota Republica ſub Umbra SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS noſtri omnibus bonorum incrementis in pace florere jubeat.

Magnificarum, Nobiliſſimarum Ampliſſimarumqve Dignitatum Veſtrarum

Cultor devotiſſimus

MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS.

res peroptabat, & ad carceres ſtans illosqve mordens mapparium ac mappam anhelabat, & admitti, pergere, ſtadium licet longum & difficile decurrere & ſuperare geſtiebat. Verum, dum ſic totus in Ioſephum intentus eſſet, rumor de Ioſepho in Anglia edendo aures ejus perculit, qvem etſi ut falſum contemneret, cum paulo ante in Anglia verſatus nihil plane de Ioſepho typis imprimendo inaudiviſſet, poſtea tamen & freqventibus amicorum literis, & ipſo ſpecimine Anglicanæ editionis oculis oblato certior ea de re factus, amores ſuos, qvos tanto ardore deperibat, e medio ſinu raptos, ut ingenue fatetur, haud levius doluit, qvam ſi coſtam a latere avulſam ſentiret. Qvid faceret? Non invidendum videbatur Ioſepho, qvod e theatro Scheldoniano cum magno ſplendoris augmento emittendus eſſet. Animum igitur ad alia abduxit, Joſepho tantiſper ſepoſito, donec poſt Anglicanam editionem, ſi non uberrimæ meſſi, ſaltem non ignobili ſpicilegio locus relinqveretur. Qvod ſi Monachio adhuc vita ſupereſſet, non dubium eſt, qvin ad priſtina de Joſepho edendo conſilia rediturus eſſet, ſiqvidem Anglicanæ editionis fama, qva perturbatus Joſephi curam abjecit, in nihilum abiit. Nondum mihi prima illius Anglicanæ editionis a Viro celeberrimi nominis EDUARDO BERNARDO procuratæ folia videre contigit. Bernardi. Qvantum vero ex Amicis cognoſcere licuit, id imprimis ejus inſtitutum fuit, ut ex multis manuſcriptis codicibus varias lectiones textus Græci, & antiqvæ verſionis colligeret, & nonnunqvam animadverſiones ſatis prolixas adderet, in qvibus ex manuſcriptis Arabicis non pauca expoſuit. Verum, uti jam dictum, hanc etiam Ioſephi editionem neſcio qvæ impedimenta remorantur, & Anglorum literæ de ea plane deſperare jubent, qvamvis & Petiti manu exarata ad Joſephum commentaria, & qvæ Boſius ad Joſephum collegerat, aliaqve qvæ ad exornandam hanc

editionem facere poſſent, magno pretio undiqve conqviſita & redemta fuerint.

Joſephi τὰ σωζόμενα.

Optandum utiqve, ut ex tot Eruditi Orbis Atlantibus vel uni Joſephum emendatiorem, qvam hactenus prodiit, & illuſtriorem edere licuiſſet. Neqve tamen diutius ferendum, ut Bibliopolarum officinæ Joſephi ſcriptis plane careant, ne ſingulare Divinæ Providentiæ beneficium negligere videamur, qvæ Joſephi opera ad noſtram usqve ætatem ſervari voluit, abs qvibus multa cognitu haud indigna ſcientiam noſtram fugerent, & imprimis res proximis ante Chriſti adventum annis in eccleſia geſtæ denſiſſimis ignorantiæ tenebris ſepultæ jacerent. Sunt autem iſta Joſephi ſcripta, qvæ in eruditorum manibus verſantur, libri 7. de Bello Judaico, Antiqvitatum Judaicarum libri 20. cum appendice de vita ſua, libri duo contra Apionem, & Panegyricus in Maccabæos. Et hiſtoriam qvidem Belli Judaici, qvod & ipſe miſerabile vidit, & cujus pars magna fuit, Hebraice primum ſcripſit, qvæ editio temporum injuria intercidit. Poſtea eandem Græco ſermone complexus eſt. Tanta autem operis hujus fiducia ipſi fuit, ut illud Imperatoribus Veſpaſiano & Tito, qvorum auſpiciis bellum illud conſummatum fuit, offerre non dubitaverit. Nec ingratum Imperatoribus munus illud fuit. Certè Titus Imperator, ut ipſe Joſephus (18.) teſtatur, ὅπως ἐκ μόνων αὐτῶν ἐβελήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις παραδοῦναι τῶν πεφάξεων, ὥςε χαράξας τῇ ἑαυτοῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν, qvæ verba Nicephorus in hiſtoria ſua eccleſiaſtica [19.] ita reddit, ut Titum libros iſtos de bello Judaico ſua ipſius manu deſcripſiſſe dicat, idqve Johanni Lango (20.) non improbabile videtur, cum Titus, Svetonio teſte (21.) ſcribendi velocitate vel amanuenſes ſuos ſuperaverit, etſi alias Rufinus in verſione Euſebii hunc Joſephi locum allegantis, & alii verba illa ſic interpretati fuerint, qvaſi Imperator libros illos tantum ſubſcriptione ſua dignatus fuerit, qvam ſententiam Henricꝰ Valeſius [22] in

Hiſtoria Belli Judaici.

(18.) de vita ſua p. 1026. (19.) libr. 2. c. 18. & libr. 3. c. 11. (20.) in not. ad Nicephor. Tom. I. edit. Græco-Lat. p. 247. (21.) in Tito c. 3. (22.) ad Euſeb. libr. 3. hiſt. eccleſ. c. 10.

in ſuis ad Euſebium notis priori poſtponendam cenſet. Utramvis eligamus, æſtimare licet, qvanti illam Joſephi lucubrationem Titus habuerit, qvam propria manu vel deſcriptam vel ſubſcriptam δημοσιεύεσθαι h.e. ut Rufinus in Euſebio ſuo interpretatur, publice legi voluit. Accedit honorificum Regis Agrippæ teſtimonium, qvi datis ad Joſephum literis eum πολὺ ἐπιμελέστερον τῶν ταῦτα συγγεγραφότων ἡκειβωκέναι judicavit (23.) Qvin etiam hos libros bibliothecæ publicæ traditos, & Autorem ob ingenii gloriam Romæ ſtatua donatum Hieronymus memoriæ prodidit, (24.) Euſebium, ut alias in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum ſolet, hic etiam ſecutus, etſi Euſebius (25.) non ſolum ſeptem illos libros de hiſtoria belli Judaici, ſed generatim τὰς σωζομένας αὐτοῦ λόγους publico illo honore mactatos aſſerat. Neqve hic omittendum graviſſimum Iſidori Peluſiotæ judicium, qvi in epiſtola ad Adamantium (26.) hanc Joſephi περὶ ἁλώσεως ἰσοείαν θρῆνον appellat, & obſervatu dignum cenſet, qvod homo Hebræus & patriæ ſuæ religionis ſervantiſſimus tragicum gentis Judaicæ excidium literis conſignaverit, ne qvis horrendis illis & omne exemplum ſuperantibus calamitatibus fidem derogaret. Poſt hiſtoriam belli Judaici Joſephus ἀρχαιολογίας i. e. antiqvitatum, ſeu, ut alii loqvi amant, originum Judaicarum libros 20. Romæ compoſuit, Dionyſium forte Halicarnaſſenſem æmulatus, qvi ibidem totidem libros ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς ſeu Antiqvitatum Romanarum Græco ſermone conſcriptos ediderat. In hac archæologia Joſephus Judaicæ gentis hiſtoriam ita perſeqvitur, ut ab ipſa mundi creatione exorſus ad duodecimum usqve Neronis annum progrediatur. Qvo tempore hoc opus elucubraverit, ipſe indicat, cum in fine libri ultimi ſe anno Domitiani decimo tertio, & ætatis ſuæ qvinqvageſimo ſexto ultimam his libris manum impoſuiſſe ſcribit. Memoria autem lapſus videtur Sixtus Senenſis, cum in bibliotheca ſua ſancta (27.)

Antiqvitatum libri.

(23.) Joſeph. de vit. p. 1027. (24.) Catalog. Script. eccl. c. 13. (25.) Lib. 3. hiſtor. eccl. c. 9. (26.) lib. 4. ep. 75. (27.) libr. 4. p. 273.

hos Antiqvitatum libros Hebraica primum lingva a Josepho scriptos asserit, qvod de libris περὶ ἁλώσεως seu de historia belli Judaici, ut ex præfatione ad illos libros colligi potest, non item de archæologia verum est. Eqvidem Vir qvidam doctissimus in notulis, qvas ad græco-latinam Josephi editionem manu sua adscripsit, cum hunc Sixti Senensis errorem notasset, statim seipsum corrigit: imò, ait, ut nunc qvidem existimo, Josephus etiam libros antiqvitatum Hebraice primum exarasse videtur. Id enim manifeste evincit locus lib. 7. c. 11. p. 249. ubi sortitio familiarum Sacerdotalium in hodiernum usqve diem durare legitur, qvod certe de illo tempore necessario intelligendum est, cum Josephus templo nondum everso adhuc Hierosolymis ageret. Græcam enim editionem, posteaqvam Romam migrasset, demū meditatus est. Verum cum Josephus Hebraicæ illius editionis nusqvam meminerit, & tum demum se de antiqvitatibus Judaicis scribendis cogitasse dicat, cum jam historiam belli Judaici contexeret, qvod everso templo factum est, credi vix potest, Josephum Hierosolymis & templo adhuc stante Antiqvitates suas Judaicas Hebraice scripsisse, neqve locus de sortitione familiarum Sacerdotalium id evincit. Si enim in Hebraica, qvæ fingitur, Antiqvitatum editione Josephus scripsit, sortitionem illam in hodiernum usqve diem durare, idqve necessario de tempore, qvod conflagrationem templi antecessit, intelligendum est, cur Josephus in Græca editione, qvam templo pridem in cineres redacto elaboratam, & anno Domitiani decimo tertio, qvi post templi conflagrationem tertius & vigesimus fuit, absolutam fuisse constat, verba ista non mutavit? Atqvi in ea expresse dicit, divi-

sionem

ſionem 24. familiarum Sacerdotalium per ſingulas hebdomadas in liturgiæ officio ſibi ſuccedentium ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας duraſſe. Nimirum per hodiernum diem non præciſe tempus, qvo iſta literis tradebat, ſed ſeculum, qvo vivebat, & integrum ætatis ſuæ curriculum intellexit, vel forte μειοσμὸν illum familiarum Sacerdotalium etiam templo jam everſo eatenus adhuc duraſſe ſcribit, qvatenus illarum Familiarum numerus & ordo in recenti omnium memoria viguit, & in Sacerdotum reliqviis nomina iſta manſerunt, etſi eorum functiones, qvarum gratia diviſio illa per ſortem facta fuerat, jam ceſſaſſent. Ex his autem, qvæ de Joſephi Archæologia dicta ſunt, etiam de tempore, qvo hiſtoriam vitæ ſuæ in literas retulit, judicari poteſt. Eſt enim ea narratio appendix & epilogus Antiqvitatum, ut ipſe Joſephus ad calcem libri 20. teſtatur, ubi ſe, anteqvam Antiqvitates finiat, nonnulla de vita ſua dicturum Epaphrodito ſignificat, cui etiam in fine opuſculi de vita ſua totum Ἀρχαιολογίας ſuæ opus, qvod ipſo impellente & ſtimulos addente pertexuerat, ſe dedicare ſcribit. Qvamobrem ipſi errant, qvi Euſebium eo nomine erroris arguunt, qvod, qvæ ex Joſephi vita excerpſit, ſub ἀρχαιολογίας titulo allegaverit (28.) Et hæc ipſa cauſa eſt, cur Labbeus (29.) & alii Joſephi librum de vita ſua in græco-Latina editione, qvam nova hæc ſeqvitur, a libris Antiqvitatum avulſam & diſtractam nollent. Cæterum ad hoc Joſephi opuſculum remittimus, qvi de ejus proſapia & vitæ genere, & rebus usqve ad ſextum & qvinqvageſimum ætatis annum geſtis plura cognoſcere cupiunt. Poſt hiſtoriam belli Judaici, & Judaicarum Antiqvitatum ſeu Originum libros, qvibus vitæ ſuæ curriculum Joſephus attexuit, novi operis elaborandi occaſionem ſubminiſtravit Apio Grammaticus Alexandrinus, qvem Tiberius Cæſar cymbalum mundi vocare ſolebat, cum Plinio judice (30.) publicæ famæ tympanum potius videri potuiſſet. Cum enim illud mundi cymbalum magno doctrinæ ſtrepitu contra

De vita ſua.

Libri contra Apionem

(28.) Lib. 3. c. 10. (29.) in addend. ad Tom. I. de Scriptor. eccleſ. p. 817. (30.) prolog. hiſtor. natur.

Judaicæ gentis antiqvitatem insonuisset, Josephus gentis suæ vindicias ex ipsis Græcorum monumentis adornavit, & duobus libris, qvi passim περὶ ἀρχαιότητος seu de antiqvitate inscribi solent, cum Moloni & aliis, qvi de Judæorum legibus & institutis falsa qvædam commenti fuerant, respondit, tum imprimis Apionis calumnias tanto profanæ doctrinæ apparatu confutavit, ut magna Hieronymum (31.) hæc legentem admiratio subierit, cum ab homine Hebræo omnes Græcorum bibliothecas tam studiose evolutas animadverteret. De Maccabæis. Supereſt tractatus de imperio rationis, seu panegyricus in Maccabæos, si modo is Josephum Autorem habeat, qvod Eruditorum multos negare Gulielmus Cave (32.) observavit. Eusebius (33.) illud opusculum τὸν ἀγενὲς σωτήδασμα nominat, & vulgò περὶ αὐτοκράτορος λογισμῦ inscribi, & a qvibusdam Μακκαβαικὸν appellari scribit. Hieronymus (34.) valde elegantem libellum vocat. Honorius autem Augustodunensis, (35.) Græcum titulum περὶ αὐτοκράτορος λογισμῦ, qvem apud Hieronymum invenerat, non satis commode exprimit, cum ait hunc Josephi librum, in qvo Maccabæorum martyria digesta sunt, de potentia inscribi. In Manuscripto qvodam codice Vindobonensi, qvi diversus est ab eo, qvem supra recensuimus, nec in eorum numero fuit, qvi ad Bosium transmissi sunt, titulus est hujusmodi: Ἰωσήπου εἰς τὸ αὐτοκράτορα τῶν παθῶν λογισμὸν εἶναι, ut refert Lambecius (36.) qvi etiam indicat codicem illum tantum usqve ad illa procœmii verba pertingere: τὸ γὰρ ἅπτεσθαι μικροῖς καὶ μεγάλοις παραινομεῖν ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρου γὰρ ὡσαύτως ὁ νόμος ὑπερφανεῖται, qvæ verba in editis exemplaribus plane desunt, nec in manuscripto Paulinæ nostræ bibliothecæ codice comparent, etsi ille multas integras periodos habeat, qvæ in vulgata editione desiderantur, ut ex appendice novæ hujus editionis manifestum est. Fratres autem illos Maccabæos, qvorum martyrium Josephus in hoc opusculo exposuit, etiam Johannes Chrysostomus, Gre-

(31.) Epistol. ad Magnum. (32.) Histor. liter. scriptor. eccles. p. 22. (33.) lib. 3. c. 10. (34.) in catalog. Script. eccl. c. 13. (35.) libr. 1. de luminaribus eccl. c. 13. (36.) Tom. V. biblioth. Vindob. p. 104.

Gregorius Nazianzenus, Auguſtinus, Gaudentius, Leo Magnus & alii eccleſiæ Doctores ſermonibus ſuis celebrarunt. Sunt forte & alia qvæ Joſephus ſcripſit. Nam in fine libri 20. promittit, ſe, ſi Fata conceſſerint, hiſtoriam belli Judaici & vitæ ſuæ κατὰ τὸ ἑξῆς denuo recenſiturum, & qvatuor inſuper libros de Judæorum opinionibus circa Deum ejusqve eſſentiam, & legum rationes editurum. Qvæ promiſſa Joſephus non implevit, niſi forte hæc monumenta temporum injuria interciderint. Idem dicendum de volumine περὶ πολογιῶν, cujus in limine Antiqvitatum ſuarum meminit. Ejus autem jacturam non admodum dolendam arbitratur Cunæus (37.) & ipſius Joſephi intereſſe putat, qvod perierit, cum ex ſpecimine, qvod libro 1. Antiqvitatum c. 1. legitur, ſatis appareat, Joſephum frigida qvædam myſteria & putidas argutias iſto volumine complexum fuiſſe. Cui conſentiens Bœclerus (38.) opus illud Joſephi ætiologicum nihil aliud fuiſſe præſumit, qvam campum τῆς ἑρμηνείας, in qvem plura Judaici pulveris nube obſcurata & corrupta φιλοσοφήματα ſepoſuerit. Sunt etiam, qvi ex Hieronymi præfatione ad librum XI. Commentariorum in Eſaiam colligunt, qvod Joſephus Librum de 70. hebdomadibus Danielis compoſuerit. Cum enim ibi Hieronymus Africanum, Origenem, Euſebium, Clementem Apollinarium, Hippolytum, & Tertullianum commemoraſſet, ſubjungit, Joſephum Porphyriumqve plurima de eadem qvæſtione diſputaſſe. Verum cum Hieronymus non indicet, qvis Joſephus ille fuerit, & ubi qvæſtionem illam tractaverit, incertum plane eſt, an Flavius Joſephus peculiarem tractatum de 70. Danielis hebdomadibus unqvam ediderit. Ad Pſeudepigrapha Joſephi opera pertinet liber περὶ παντὸς, cujus fragmentum in editionis hujus appendice exhibetur, & de qvo plura inferius dicemus.

Scripta a Joſepho promiſſa & deperdita.

Pſeudepigrapha.

Etſi vero genuina Ioſephi opera, qvæ ad noſtram usqve ætatem pervenerunt, citius pariter & ſæpius peregri-

Editiones Joſephi Græcæ.

(37.) Libr. 3. de Republ. Hebr. c. 1. (38.) Exercit. in Fl. Joſeph. p. 439.

no, qvam proprio Græci Sermonis habitu ex officinis typographicis emiſſa fuerint, de Græcis tamen editionibus prius dicere convenit. Primæ editionis Græcæ Aldinæ mentionem facit Cl. Arnoldus in præfatione ad teſtimonium Flavianum, ubi Caſaubonum manu ſua ad hanc editionem ex codicibus Regiis multa annotaſſe, & ſe, dum in Anglia verſaretur, exemplar illud apud Seldenum vidiſſe memorat. Verum cum ipſa Caſauboni verba ſtatim ſubjiciat, in qvibus editio illa Græca cum Pariſienſibus manuſcriptis collata Baſileenſis dicitur, non dubito, qvin Typographi vitio Aldina vocetur prima Joſephi editio Græca, qvæ Arnoldina potius dici debuiſſet. Primus enim fuit Arnoldus Peraxylus Arlenius, qvi Græcum Joſephi textum Baſileæ M D XLIV. typis Hieronymi Frobenii & Nicolai Epiſcopii in lucem publicam eduxit, cum in Diegi Hurtadi Mendozæ Cæſarei tum apud Venetos Legati bibliotheca, qvæ poſtea in Eſcurialenſem tranſiit, [39.] inſignem hunc theſaurum inveniſſet. In qva editione ad emendandos & reſtituendos poſteriores Antiqvitatum libros, cum eos multis in locis depravatos deprehendiſſet, epitomen qvandam Joſephi, qvam Romæ nactus fuerat, adhibuit, & adſcito in partem laboris Sigismundo Gelenio, ut qvam fieri poſſet caſtigatiſſime prodiret, procuravit. In hiſtoria belli Judaici, & cæteris Joſephi ſcriptis minus negotii habuit, cum & ſua exemplaria ſatis accurate ſcripta eſſent, & alia inſuper Johannes Crotus & Petrus Gillius ſuppeditarent, qvorum erga ſe ſtudium & in bonas literas amorem eo nomine collaudat. Græcam hanc editionem poſt annos 67. excepit græco-latina typis Petri de la Roviere A. C. MDCXI. Coloniæ Allobrogum excuſa, qvæ ut emendatior prodiret, manuſcripti qvidam Codices bibliothecæ Palatinæ collati ſunt, qvos in Typographi gratiam a Bibliothecario Jano Grutero Marqvardus Freherus impetravit, etſi jam longius operæ proceſſiſſent, cum iſtæ membranæ ad Rovierium transmitte-

(39.) Conferatur Anton. in biblioth. Hiſp. p. 223.

mitterentur, qvi pollicitus qvidem est, se Virorum qvorundam doctorum notas & varias Lectiones ejus, qvi manuscripta illa Palatina excusit, studio collectas propediem peculiari volumine luce publica donaturum, sed, ut eventus docuit, promissis tantum dives fuit. Ipsa autem Roveriana operum Josephi editio græco-latina sine ulla mutatione A. C. M DC XXXIV. apud Johannem Crispinum iterata fuit. Et præter illas modo recensitas nulla alia vel græca vel græco-latina operum Josephi editio hactenus visa est. LIBER tamen DE MACCABÆIS etiam extra Josephi opera in nonnullis Græcis Bibliorum editionibus tertio Maccabæorum libro subjectus reperitur. Factum id in editione Bibliorum A. C. M D XXVI. Argentinæ typis Wolphianis a Lonicero procurata, qvem tribus Maccabæorum libris librum Iosephi de martyrio septem fratrum Maccabæorum irreligiose attexuisse Morinus (40.) arguit, qvi & plures Bibliorum Græcorum editiones recenset, in qvibus Iosephi de Maccabæis liber apocryphis insertus legitur, nempe duas Basileenses, qvarum una A. C. M D XL. ex Hervagii officina, altera M D L. typis Nicolai Brylingeri prodiit, & Francofurtensem A. C. M D XCVII. typis Wechelianis editam, qvibus addi potest editio Apocryphorum græco-latina Basileæ A. C. M D LXXXII. in lucem publicam emissa, & forte aliæ. Eundem Josephi librum de Maccabæis JOHANNES LLOYDIUS & auctiorem & emendatiorem cum latina interpretatione & notis edidisse perhibetur. (41) Postremo eundem librum FRANCISCUS COMBEFISIUS in novissimo, qvod vocat, Bibliothecæ Patrum auctario græce & latine 1672. Parisiis vulgavit.

Interpretes Josephus varios habuit, qvi ejus scripta ex lingva Græca in Latinam, Germanicam, Hispanicam, Italicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam & alias transfuderunt. Ad latinos Interpretes, ut ab his ordiamur, qvodammodo referendus est S. AMBROSIUS Mediolanensis ecclesiæ

Interpretes Latini.

Ambrosius vel qvisqvis

(40.) Exercit. Bibl. lib. 1. exerc. 9. c. 1. (41.) Conferatur Witte in Diario biographico ad A. C. 1603.

Autor est librorum de excidio Hierosolymitano sub Hegesippi nomine editorū.

clesiæ Antistes, siqvidem ille Autor sit librorum 5. de excidio Hierosolymitano, qvi sub HEGESIPPI nomine circumferuntur a Jacobo Fabro per Jodocum Badium Ascensium, Godofredo Hittorpio, Laurentio de la Barre, Cornelio Gvalthero & aliis editi, & Patrum qvoqve bibliothecæ inserti. Est enim hoc opus nihil aliud, qvam liberior translatio librorum Josephi de bello Judaico, cui etiam nonnulla ex libris ἀρχαιολογίας admista sunt. Qvod vero hi libri de excidio Hierosolymitano Ambrosium Autorem habeant, etsi multis incredibile videatur, Ludovicus tamen Vives (42.) libros illos sub Ambrosii nomine allegat. Nec alienus est ab hac sententia doctissimus Gronovius (43.) non repugnaturus, si qvis Ambrosium ætate adolescentiori aut in exordio pontificatus sui opus hoc lusisse contendat. Qvam conjecturam & styli cum Ambrosiano convenientia & fides nonnullorum veterum codicum confirmat, qvalis est ille Mediolanensis, qvem Mabillonius (44) literis partim Longobardicis partim Romanis majusculis scriptum memorat. In eo enim liber Egesippi secundus hoc titulo signatur: Incipit secundus. Ambrosius Episcopus de Græco transtulit in Latinum. Qvem Ambrosii ut interpretis titulum etiam nonnullæ Hegesippi editiones præferunt, ut ex Ascensiana & Hittorpiana manifestum est. Qvod autem hi libri Hegesippi tanqvam primarii Autoris nomine vulgo gaudeant, inde factum est, qvod Josephi nomen librariorum vitio corruptum fuerit. Pro Josepho enim sæpe scribi solebat Josepus aut Joseppus, vel etiam Josipus aut Josippus. Unde & in Mediolanensi Hegesippi codice, qvem paulo ante memoravimus, multis foliis libri qvinti in capite paginarum hæc verba apposita leguntur: IOSEPPI LIBER QVINTUS. Ex Iosippo autem in nonnullis exemplaribus levi mutatione Igisippus natus est, ut ex pervetustis membranis, qvæ apud Isaacum Vossium fuerunt, Colome-

(42.) ad Augustinum de Civit. Dei lib. 21. c. 5. (43.) observat. ad Scriptor. eccles. c. 1. p. 6. (44.) Mus. Ital. part. 1. tom. 1. p. 14.

lomesius (45.) probavit. Tandem vero Egesippi vel Hegesippi nomen huic operi adhæsit. Cum enim proximo post Apostolos seculo Hegesippus qvidam claruerit, qvi qvinqve libros actuum ecclesiasticorum composuit, ab Eusebio & aliis antiqvis Scriptoribus commendatos, facili errore libris qvinqve de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen assignatum fuit, etsi non ex Hegesippo, sed ex Josippo vel Josepho expressi fuerint. Nonnulli tamen existimant, libris illis de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen non librariorum errore inditum, sed ab Autore sponte adscitum, sive qvod hoc nomen qvoad literarum sonum cum Josippi nomine magnam cognationem haberet, sive ut ex Hegesippi fama operi huic antiqvitatis autoritatem adderet. Interim Hegesippi nomen, undecunq; illud libri de excidio Hierosolymitano sortiti fuerint, multis fraudi fuit, ut Hegesippo Apostolorum temporibus vicino historiam excidii Hierosolymitani tribuerent. In qvorum numero miramur fuisse Casparum Barthium, (46.) qvi, cum multa seqvioris ævi indicia in Hegesippo deprehenderet, qvæ veteris Hegesippi ævo convenire minime possent, hunc scrupulum ita sibi eximebat, ut diceret idem Egesippo contigisse, qvod in Eutropio aliisqve Autoribus factum esse constat, cum jam a multis seculis Monachi id in more habuerint, ut longiora scripta in epitomen redigerent, aut breviora assutis variis laciniis extenderent. Et Egesippi qvidem libros immanibus cumulis ex Rufini Josepho petitis distentos atqve effarctos judicat, de cœtero minime dubitans, qvin priscus Egesippus illorum librorum Autor censeri debeat. Discedit ab hac sententia Gerhardus Johannes Vossius (47.) & qvod mireris, ipse Barthius, qvi alibi (48.) non parvam Monachorum impudentiam fuisse qveritur, qvod Egesippum, qvi hodie extat, cum veteri illo confuderint. Vossius autem dum Barthii sententiam refutat, ad alterum extremum labitur, dum Autorem hujus operis sexcen-

(45.) Paralipom. ad Cav. Chartophyl. p. 239. edit. ult. (46.) libr. 46. Adv. c. 4. (47.) libr. 3. de Hist. Lat. p. 707. & de Histor. Græc. libr. 2. c. 14. (48.) libr. 34. Adv. c. 11.

centis & amplius annis Ambrosio juniorem facit. Otium hic nobis fecit doctissimus Gronovius (49.) qvi utramqve sententiam confutavit, & Autorem, qvi sub Hegesippi nomine excidii Hierosolymitani historiam conscripsit, neqve ad tempora Apostolicæ ætati proxima evehendum, neqve ad Scriptores infimæ vetustatis detrudendum, sed sub Theodosii imperio collocandum probavit. Sive autem Ambrosius hujus operis autor sit, sive alius Scriptor Ambrosio coævus, certum est eum Josephi vestigiis sic insistere, ut qvodammodo interpretis vice fungatur. Ea tamen libertate interpretem agit, ut multa de suo admisceat, & subinde non tam Josephum, qvam sui ingenii impetum seqvatur. Unde Scaliger (50.) de Hegesippo ait, qvod sincerum Josephi vas incrustare consveverit. Sanctum qvoqve Hieronymum Josephi opera una cum Papiæ & Polycarpi libris in latinam lingvam transtulisse rumor ad Lucinii Bætici aures tulerat. Verum Hieronymus (51.) respondebat, tantum nec otii sibi fuisse, nec virium, ut tantos Autores pari venustate in alias lingvas exprimere potuerit.

Rufinus. Æqvalis tamen Hieronymi RUFINUS Aqvilejensis Presbyter Josephi Antiqvitates & historiam belli Judaici & duos contra Apionem libros latinitate donasse perhibetur. Unde antiqva illa & vulgata istorum librorum versio in Latinis Josephi editionibus Rufino passim tribuitur. Nec refragantur codices manuscripti, & in his antiqvissimus ille, qvi Mediolani in Ambrosiana bibliotheca extat, laudatus a Burneto in suis epistolis de itinere suo Italico (52.) & Mabillonio (53.) qvi hoc volumen ex charta Ægyptiaca constare, & aliqvot libros Josephi de antiqvitatibus Judaicis continere scribit, & Boschæ qvidem non consentit, qvi ab annis mille trecentis hoc volumen scriptum suspicatur, antiqvissimum tamen illud esse, & ante mille & centum annos exaratum judicat. Num vero recte Rufino versio ἀρχαιολογίας ἰουδαϊκῆς & duorum librorum contra Apionem tribuatur, haut immerito dubitari possit. De libris

ἁλώσεως

(49.) observ. in Script. eccles. c. 1. & 21. (50.) animadvers. ad Euseb. chron. num. 1950. (51.) epistol. 28. (52.) epistol. 2. (53.) Mus. Ital. Tom. I. part. I. p. 12.

ἀλλώσεως minor dubitandi ratio exiſtit. Etſi enim eorum verſio ut ex Caſſiodori divinis lectionibus ſeu inſtitutione divinarum literarum (54) patet, ab aliis Ambroſio, ab aliis Hieronymo, ab aliis Rufino adſcriberetur, vicit tamen ſententia pro Rufino, neq; ſtylus ab aliis Rufini operibus diſcrepat. At cum idem CASSIODORUS ibidem dicat, qvod Joſephi Antiqvitatum libros 22. [intelligit libros viginti ἀρχαιολογίας & duos ἀρχαιότητος contra Apionem] per Amicos ſuos non ſine magno labore latine reddi curaverit, ex eo haud obſcure colligi poteſt, Caſſiodori ævo, qvem integro & amplius ſeculo Rufinus anteceſſit, nullam adhuc illorum Joſephi librorum verſionem extitiſſe. Qvorſum enim amicis ſuis tantum laborem impoſuiſſet, ſi jam olim a Rufino ſuſceptus fuiſſet. Saltem iſtam Rufini verſionem ſilentio prætermiſſurus non fuiſſet, ſi forte illi meliorem & fideliorem ſubſtituere voluiſſet. Fatendum autem eſt, antiqvam Joſephi verſionem tam in hiſtoria belli Judaici qvam in antiqvitatibus & duobus libris, qvibus famoſum illum πλειστονίκην Apionem [55.] ſuperavit, plurimis in locis Græco Joſephi textui parum reſpondere, ſive corruptos codices habuerit Interpres, ſive bonos malo ſenſu corruperit. Κομίζειν Ῥωμαϊκὸν ſeu adducere auxiliares copias Antiqvo illi interpreti idem eſt ac per Coricum tranſire. (56.) Vicum Emmaun tem ſeu Ammaun tem Joſephus (57.) ab Hieroſolymis ſtadiis ἑξήκοντα diſſitum dicit, qvod cum Luca (58.) convenit, & parum tamen abfuit, qvin Vir qvidam doctiſſimus, cujus Bochartus (59.) meminit, Lucam falſi argueret, cum apud Latinum Joſephi interpretem triginta ſtadia legiſſet. Alibi antiqvus ille Joſephi interpres χιόνα ſeu nivem per æſtus explicat, ut plura alia hujusmodi taceam, in qvibus interpres Joſephi cum ipſo Joſepho non magis convenit, qvam cum ex bubone, qvem ſupra Agrippæ paulo poſt morituri caput adſtitiſſe Joſephus tradidit, Euſebius

Caſſiodori familiares.

(54.) c. 17. Tom. II. Operum Caſſ. p. 550. edit. Rotomag. (55.) Ita Apio vocatur a Plinio lib. 30. c. 5. Gell. lib. V. c. 14. Clemente Alex. lib. 1. Strom. p. 235. (56.) libr. 14. Antiqu. c. 16. (57.) lib. 7. de Bell. Jud. c. 27. (58.) Luc. XXIV, 13. (59.) Chan. lib. 2. c. 16.

(60.) Angelum formavit. Non est hic prolixe differendi locus, qvalem in aliis Scriptoribus vertendis Rufinus se gesserit. Notum est qvod in Eusebio multa omiserit, multa de suo adjecerit, multa deniqve pessime reddiderit, ut cum Zachariam Johannis Baptistæ Patrem, cujus Eusebius vel Lugdunenses in sua epistola apud Eusebium obiter meminerant, in Martyrem Lugduni sub Antonino passum transmutavit. Qvali perfidia Origenis scripta tractaverit, non opus est, ut Erasmi (62.) Dallæi, (63.) & aliorum verbis exponamus. Habemus enim confitentem reum, siqvidem ipse Rufinus in præfationibus ad libros περὶ ἀρχῶν, item in præfatione & epilogo Origeniani in epistolam ad Romanos Commentarii non dissimulat, qvantum sibi in Origene interpretando licere existimaverit. Sed, ut ad Josephum redeamus, nec hoc tacendum est, antiqvam versionem interdum saniorem esse, qvam novam, & ipsi Græco, qvalis nunc est, textui præferendam. Unicum libet adducere exemplum. Refert Josephus, qvod Boozus, cum Ruthem ducturus esset, coacto Senatu & adducto Ruthis cognato, qvi eam ducere recusabat mulierem jusserit accedere cognatum suum, & juxta legem calceum ei detrahere, καὶ πτύσειν εἰς τὸ πρόσωπον (64.) Rectius antiqvus interpres in suo exemplari legit: Καὶ πτύειν εἰς τὸ πρόσωπον. Sic enim vertit: Booz testificans Seniores, jussit mulieri, ut ejus calceamentum solveret juxta legem, & in faciem ejus exspueret. Respexit nimirum Josephus ad legem de fratria ducenda, qvæ extat Deut. XXV, 9. etsi ea ad præsentem causam non spectaret, ut post Drusium Seldenus [65.] observavit. Sed hæc de antiqvioribus Josephi interpretibus dixisse sufficiat. Nunc ad recentiores pergendum, e qvorum numero SIGISMUNDUS GELENIUS libros 20. antiqvitatum nova versione donavit. Cum enim Arnoldus Arlenius in græca sua Josephi editione libros antiqvitatum

Gelenius.

juxta

(60.) libr. 2. hist. eccl. c. 10. ubi allegat locum ex Josephi Antiqvit. libr. 19. c. 7. (62.) Prolog. ad Orig. (63.) de script. Ignat. c. 40. & seqv. (64.) Antiqvit. libr. 5. c. 11. (65.) de succession. in bon. defunctor. c. 15.

juxta duos codices ex diverſiſſimis terræ tractibus petitos, qvorum uterqve alterius lacunas explere poterat, ediditſet, non deerant, qvi novam hujus operis interpretationem ad Græcos fontes exactam deſiderarent. Gelenius autem tanto lubentius id operis in ſe ſuſcepit, qvod antiqvitatum libros non perinde ac hiſtoriam Belli Judaici a Rufino verſos animadverteret, ſiqvidem non referrent hominem utriusqve lingvæ peritum, qvalis Rufinus ſeculo ſuo fuit, nec ſtylo libros de bello Judaico æqvarent. Novo igitur ſtylo hos libros reddidit, & nonnulla a veteri interprete omiſſa ſupplevit. Idem & Joſephi librum de vita ſua in Latinam lingvam transtulit. In hiſtoria autem Belli Judaici & libris contra Apionem veterem verſionem ad Græcum textum caſtigavit, qvod tamen ubivis factum non eſſe collatio oſtendit, qvemadmodum etiam nova, qvam fecit, Antiqvitatum verſio, eruditorum cenſuram effugere non potuit, unde Vorſtius (66.) egregiam reipublicæ literariæ navaturum operam judicat, ſi qvis Flavii Joſephi verſionem, in pluribus a Græco textu diſcedentem, ad limam revocaturus eſſet. Ioſephi librum de vita ſua Godofridus TILMANNUS Carthuſiæ Pariſienſis Monachus latinè vertit, & typis Michaëlis Fezandat Pariſiis exprimendum dedit, qvod ex Petri Lambecii ad Principem Auguſtum epiſtola didici. Prodiit iſta Tilmanni verſio anno 1548. qvo ipſo anno Gelenius in præfatione ad Ioſephi opera Baſileæ ſcribebat, vitam Ioſephi nunc primum in præſenti operum ejus editione a Latinis hominibus legi poſſe. Referendus eſſet ad Latinos Ioſephi interpretes etiam ERASMUS ROTERODAMUS, ſi tractatum de Maccabæis ex Græco Ioſephi textu expreſſiſſet. Verum cum Græcum codicem ad manus non habuerit, e latinis tantum Græca conjectavit, & mutatis nonnullis verſionem illius tractatus antiqvam elegantiori ſtylo reddidit. Eundem tractatum de Maccabæis Lloydius & Combefiſius in Latinum ſermonem traduxerunt, ut alias libelli iſtius translationes, qvæ in nonnullis bibliorum editionibus

Tilmannus.

Erasmus.

Lloydius, Combefiſius. Alii

(66.) in notis ad chronologiam R. Dav. Ganz. p. 290.

nec non in nonnullis Josephi editionibus leguntur, taceamus. Sunt autem Latinæ Josephi editiones variæ. Antiqvissima forte est, cui neqve annum neqve locum impressionis adscriptum Bosius (67.) indicat, qvi eam ex liberalitate Curatorum bibliothecæ Rhedigerianæ habuit. An præter Antiqvitates Judaicas plura Josephi opera editio illa complexa fuerit, nescio. Nullus etiam impressionis annus & locus adscriptus est libris septem de Bello Judaico per Platinam castigatis, qvos in suis Typographiæ incunabulis Cornelius a Beughem (68.) memorat. Idem Beughemius (69.) Antiqvitates Josephi Judaicas Venetiis per Ludovicum Cendratam impressas tradit. Aliam Josephi Latinam editionem Venetiis 1486. excusam in bibliotheca sua habuit celeberrimus Heinsius (70) Secuta est apud Venetos alia editio A.C.M CCCC XCIX. qvæ Antiqvitatum libros, historiam de Bello Judaico, & duos libros de antiqvitate Iudæorum contra Apionem præmissis singulorum capitum argumentis exhibuit. (71.) Qvam grata hæc Venetorum opera eruditis fuerit, & qvam avidos emtores Josephus invenerit, ex eo colligere licet, qvod vix triennio elapso nempe M D II. iterum nova Josephi editio Venetiis prodierit. Prodiit illa typis Bernardini Vercellensis, sumtibus Andreæ Asulani. Præmissa est tabula rubricarum, qva singulorum capitum in Antiqvitatibus & historia belli Iudaici argumenta continentur. Et illa qvidem, qvæ ad historiam belli Iudaici spectant, Autorem habent Magistrum Franciscum Macæratam, Ordinis minorum, & ita concepta sunt, ut ferme epitomes instar haberi possint. Addita etiam est epistola Hieronymi Sqvarzafici Alexandrini ad Raynaldum de Novimajo, in qva Josephi libros a Rufino translatos indicat, & Josephi vitam e juratissimis, ut ait, Autoribus elicitam breviter subjungit. Aliam Josephi editionem Venetam, qvæ A.C.MDX lucem adspexit, Reinesius in qvadam ad Adolphum Vorstium epistola, (72.) Mediolanensem, qvæ per Alexandrum Minutianum MDXIII. prodiit, Bosius in sua ad Josephi

Editiones operum Josephi latinæ.

(67.) Exercit. ad perioch. Joseph. (68.) p. 178. (69.) p. 79. (70.) Conf. Catal. Bibl. Heinsianæ fol. 20. (71.) Conf. bibliothecam Fris. p. 233. (72.) epistol. 24.

phi periocham exercitatione,(73.) Parisiensem a Roberto Goullet typis Johannis Barbieri A. C. M D XIV. procuratam Lambecius in sua ad Augustum Principem epistola,(74.) aliam Parisiensem A. C. M D XIX. ex officina Johannis Parvi emissam Possevinus (75.) commemorat. Postea A. C. M D XXIV. Coloniæ in ædibus Eucharii Cervicorni Josephi opera impressa sunt, addito, qvi in prioribus editionibus desideratur, libello de Machabæis per Erasmum recognito. Præmissa est Jacobi Sobii ad Lectorem præfatio, in qva Josephi versionem a Godofredo Hittorpio ad vetustissima Latina exemplaria diligenter recognitam asserit. Græcum enim textum Sobius temporum injuria plane deperditum suspicabatur, nisi forte in Romana Bibliotheca latitaret. Additus etiam est index, qvem Cornelii Lynnichensis industriæ debemus. Eodem anno M D XXIV. eadem Josephi opera Basileæ Johannes Frobenius excudit, qvi agnoscit, in Coloniensi editione, qvæ suam aliqvot mensibus anteverti, loca qvædam non infeliciter restituta, multa tamen in mendis suis adhuc relicta asserit, cum adeo depravatus Josephus fuerit, ut expurgando huic Augiæ stabulo unus Hercules non suffecerit. Qvibus præmissis speciminis gratia loca qvædam indicat, qvæ veterum exemplarium collatione in Basileensi hac editione emendata sunt. Bene sibi cessisse suam Josephi editionem cum animadverteret Eucharius Cervicornus, distractis primæ editionis exemplaribus A. C. M D XXXIV. Josephum majori labore & industria recognitum iterum Coloniæ prælo subjecit, additis etiam monumentis, qvæ sub Berosi, Manethonis & Metasthenis nomine Johannes Annius Viterbiensis orbi literato venditavit. Sed hic iterum cum Colonia de Josepho Basilea certavit. Eodem enim anno M D XXXIV. Basileæ ex officina Frobeniana Josephus exiit, Sigismundi Gelenii studio recognitus, qvi Antiqvitatum qvidem interpretationem veterem ob Græcorum Codicum penuriam tantum

(73.) p. 1. (74.) p. 11. (75.) tom. I. apparat. p. 967.

ad vetuſta qvædam exemplaria Latina contulit, hiſtoriam autem Belli Judaici ex duobus Græcis codicibus, qvorum unum Georgius Arminiacus Rutenorum Epiſcopus, alterum Johannes Crotus obtulit, emendavit, & tantundem laboris aut aliqvanto plus in libris contra Apionem adhibuit, ut a legentibus intelligi poſſent. Et hæc editio Baſileæ A. M D XL. repetita fuit, in qva Typographus (76.) monet, librorum de Bello Judaico & contra Apionem exemplaria Græca ex Gallia, Germania & Polonia corrogata fuiſſe, & cum Latinis collata, & in libris contra Apionem circa finem primi, & initium ſecundi libri plus-qvam centenos verſus additos fuiſſe, qvi hactenus omiſſi fuerant. Paulo poſt nempe A. M D XLVI. Sebaſtianus Gryphius Joſephi opera tribus voluminibus diſtincta minori forma nempe plagulis in octo folia complicandis publicavit. Et iſtæ qvidem, qvas hactenus recenſui, editiones antiqvam Joſephi verſionem exhibent, de cujus Autoribus ſupra dictum eſt. Anno autem M D XLVIII. Baſileæ nova Antiqvitatum Judaicarum verſio a Sigismundo Gelenio concinnata lucem publicam adſpexit, cui & cœtera Joſephi opera juxta antiqvam verſionem & liber de Maccabæis ex Eraſmi paraphraſi adjuncta fuerunt, & qvi hactenus in Latinis editionibus nondum viſus fuerat, Joſephi liber de vita ſua ab eodem Gelenio in Latinam lingvam translatus, qvæ editio Baſileæ A. M D LIV. repetita fuit. Has editiones ſecutæ ſunt duæ Lugdunenſes, qvarum una A. M D LV. altera M D LVII. utraqve apud Gryphium impreſſa, & duæ Baſileenſes, qvarum una A. M D LIX. altera M D LXVII. utraqve ex officina Frobeniana prodiit. Et in priore qvidem Baſileenſi liber de Maccabæis ex Eraſmi Roterodami paraphraſi legitur, qvæ hactenus etiam in aliis Ioſephi editionibus retenta fuerat, in poſteriore autem alia verſio occurrit, cujus hoc eſt initium: diſputaturus de re ad philoſophiæ rationem maxime pertinente num affectibus

(76.) p. 545.

ctibus imperet pia ratio, recte fecero, si vobis, ut Philosophiæ sedulo incumbatis, consuluero. Qvæ Francofurti ad Mœnum A. C. M D LXXX. impensis Sigismundi Feyerabend procurata est editio, figuris exornatur, & singulis foliis chronologiam adscriptam habet, ipsumqve textum doctorum hominum laboribus & vigiliis a pluribus mendis expurgatum pollicetur. Anno M D LXXXII. iterum Basileæ ex Frobeniana officina vulgatus est Iosephus, itidem chronologia & aliis scholiis marginalibus illustratus. Anno M D LXXXVIII. Sigismundus Feyerabend Francofurti Iosephi opera denuo typis imprimi curavit, sed minori forma, & ad commodiorem usum adornata. Anno M D XCIII. Coloniæ apud Iohannem Gymnicum sub monocerote Flavii Iosephi opera iterum latine prodierunt, ut Genevensem anno M D XCV. a Iacobo Stoerio excusam, Francofurtensem anno M DC XVII. vulgatam & alias taceamus. Qvorsum etiam spectant Nicolai Asclepii Barbati periochæ & argumenta librorum 20. de Antiqvitatibus Judaicis & librorum septem de Bello Iudaico singulorum capitum summam singulis tetrastichis complectentia, qvæ una cum Ducum, Iudicum, & Regum populi Israelitici historia per Bartholomæum Stenum conscripta Coloniæ typis hæredum Arnoldi Birckmanni anno M D LXIV. in lucem prodierunt, item compendiosissima Belli Iudaici descriptio, qvam ex Iosepho collegit, & Coloniæ M D LII. edidit Georgius Vicelius, ut alia ejus generis taceamus. Dignus autem omnino Iosephus fuit, qvi non ab eruditis modo Græce & Latine, sed etiam a vulgo in vernaculis variarum gentium linguis legeretur. Et de Germanis qvidem suis hac in causa bene meritus est D. CASPAR HEDIO, qvi anno M D XXXI. Flavii Josephi opera in Germanicam lingvam convertit, & Argentinæ typis Michaelis Meyeri & Balthasaris Bockii primum edidit, anno M D XXXV. & forte sæpius novis typis impressa. Præmissa est explicatio vocabu-

Versiones Germanicæ.

lorum lingvæ Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ & Latinæ, qvæ in Josephi scriptis passim occurrunt. Cui nominum explicationi subjunguntur, qvæ Gulielmus Budæus in libris de Asse & ejus partibus ad loca qvædam in libris Josephi contra Apionem animadvertit. Fatetur autem elegantiori habitu Germanicum suum Josephum legentium oculis se oblaturum fuisse, nisi defectu Græcorum exemplarium, qvæ tum adhuc in bibliothecis latebant, tantum ad Latinos codices conformatus fuisset, qvos adeo corruptos fuisse qveritur, ut non sine magno labore multisqve vigiliis loca qvædam restituere, eorumqve sensum assequi potuerit, qva in re etiam Melchiorem Ambachium, & Wolfgangum Musculum auxilio sibi fuisse non dissimulat. Minime tamen dubitat, qvin improbo suo labore tantum effecerit, ut ex Germanica sua versione Latina exemplaria, si prælo iterum subjicerentur, plurimis in locis emendari possent, ne amplius

mala culmos
Esset rubigo, segnisqve horreret in arvis
Carduus, - - - - -
Lappæqve tribuliqve interqve nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominentur avenæ.

Postea, cum Arnoldi Peraxyli Arlenii studio Græcus Josephus in lucem editus fuisset, Bibliopolæ qvidam Francofurtenses per M. JOHANNEM SPRENGENIUM & ZACHARIAM MUNZERUM ex Græco textu Josephi opera in Germanicam lingvam transferri curarunt, qvorum versionem Johannes Feyerabend Francofurti anno M D LXXXI. prælo iterum commisit, cum primæ editionis, qvæ Georgii Rabi & Cognati cujusdam sui impensis ante aliqvot annos facta fuerat, exemplaria nulla amplius supereſſe intelligeret. Neqve hic silentio prætermittendus CONRADUS LAUTERBACHIUS, qvi itidem Flavii Josephi opera, qvæ extant, omnia Germanice reddidit, nihilqve eorum omisit, qvæ Josepho vel ornatum vel lucem afferre poterant.

Ejus

Ejus interpretatio primum Argentorati anno MDLXXIV. iterumqve MDXCV & MDCXI & noviſſime Francofurti MDCLXXVI. lucem publicam adſpexit. Libri ſeptem de Bello Iudaico Francofurti anno MDLII. ſeorſim typis Chriſtophori Egenolfi Germanice prodierunt, qvo interprete, cum editio illa ad manus non ſit, dicere non poſſum. In Hiſpania IOHANNES MARTINUS CORDERO Valentinus, qvi multa veterum & recentiorum Scriptorum monumenta in ſermonem Caſtellæ vernaculum traduxit, Ioſephi qvoqve libros ſeptem de Bello Iudaico poſt veterem, qvæ ei diſplicuit, Catholicorum Regum Chronographi interpretationem Hiſpanice edidit, impreſſos Antverpiæ anno MDLVII. & Madriti anno MDCXVI. Antiqvitates autem Iudaicæ, in eandem lingvam traductæ, una cum vita Ioſephi ab ipſomet conſcripta, & tractatus de imperio rationis ſeu de Maccabæis incerto interprete Antverpiæ anno MDLIV. typis Martini Nucii prodierunt. Hiſpanicæ.

In Italia PETRUS LAURUS Mutinenſis Ioſephi Antiqvitates Iudaicas Italice reddidit, qvas Balthaſar Conſtantini Venetiis anno MDXLIX. ex officina ſua prodire juſſit. FRANCISCUS autem BALDELLUS non Antiqvitates modo, ſed etiam libros de Bello Iudaico, libros duos contra Apionem, & tractatum de imperio rationis in Italicam lingvam convertit, qvæ Baldelli verſio in duos tomos diſtributa itidem Venetiis anno MDLXXXI. lucem publicam adſpexit. Italicæ.

Gallia Flavium Ioſephum in ſua lingva prodeuntem ſæpiſſime conſpexit. Prodiiſſe Ioſephum Gallice anno MCCCCXCII. Cornelius a Beughem in Typographiæ incunabulis tradit, interpretem non addit, & forte ipſe interpres nomen ſuum latere voluit. Inter eos, qvos Gallice Joſephum interpretatos fuiſſe novi, fuit NICOLAUS DE HERBERAY DOMINUS DES ESSARS, qvi præter alia etiam Joſephi libros ſeptem de Bello Judaico Gallico ſermone expreſſit anno MDLVII. Pariſiis excuſos. Agit de eo Autor, qvi de Eruditis & præcipuis eorundem ſcriptis judicia pluribus tomis hactenus vulgavit, eumqve in Joſepho Gallicæ.

pho vertendo bonas horas melius, qvam in transferendis Amadisi libris collocasse censet (77.) Omnia Josephi opera Gallice interpretatus est FRANCISCUS BURGUNDUS, cujus versio Lugduni apud Johannem Temporalem & postea apud hæredes Jacobi Junti, nec non Parisiis anno M D LXXIII. apud Claudium Micræum prodiit. Hanc Francisci Burgundi versionem postea correxit JOHANNES LE FRERE DE LA VAL, & hæc Burgundi versio a Frerio Lavallensi ad Græcum textum emendata Parisiis M D LXX. apud Nicolaum Chesneau una cum Latina versione, ita ut una alteri qvoad singulas periodos respondeat, lucem publicam adspexit. Additum est in eadem editione historiæ de bello & excidio Judaico compendium, qvod studio Davidis Kyberi ex Hebraico Josepho Latine concinnatum Franciscus Belleforestus in Gallicam lingvam transtulit (78.) Neqve hic omittendus Antonius Fayus, qvem a Bosio inter Gallicos Josephi interpretes referri video (79.) Nec mirum, qvod qvi Livium Gallici sermonis habitu donavit, Josephum qvoqve, qvem Græcum Livium Hieronymus appellat (80.) eodem honore dignatus fuerit. Verum plerasqve ex his Josephi versionibus etsi a popularibus suis factas Galli parum æstimarunt. Alias enim ob styli barbariem aspernati sunt, alias minus fideliter translatas arguerunt, nonnullas etiam de hæresi suspectas habuerunt, cum in illis phrases qvasdam & loqvendi formulas observare sibi viderentur, qvibus ferendis non essent aures Romanis placitis assvetæ, ut Johannes Gallœsius (81.) in ephemeridibus Eruditorum annotavit, qvi etiam addit GILBERTO GENEBRARDO Josephi versionem felicius cessisse. Cum enim ante ipsum intra qvinqvaginta annorum spatium qvinqve aut sex versiones Josephi Gallicæ prodiissent, postea vel centum anni elapsi sunt, anteqvam qvisqvam de nova versione Josephi cogitaret. Cum igitur tot Interpretibus in unius libri versione defatigatis omnes jam

(77.) Jugemens de Scavans tom. 3. Sect. 930. (78.) Conf. la Bibliotheque d' Antoine du Verdier p. 368. (79.) exercit. ad Josephi periocham c. 1. p. 12. edir. secund. (80.) epistol. ad Rustoch. de custod. Virginit. c. 15. (81.) Anno 1667. d. 16. Januar.

jam in Genebrardi verſione acqvieſcerent, haud mirum cuiqvam videri poteſt, qvod illi excudendo præla toties deſudaverint. Prodiit enim Pariſiis apud Michaëlem Sonniumanno M D LXXVIII. apud Claudium Rogerium M*D*LXXXVIII. apud Lucam Bruneau M DC IV. ut alias editiones taceamus. Neq; tamen erroribus ſuis & nævis hæc Genebrardi verſio deſtituitur, qvos paſſim a doctis notari videas. Sane Caſaubonus [82] Gelenii & Rufini errores leves eſſe cenſet præ iis, qvos Genebrardus commiſit, qvi tantum ſibi in Joſepho licere exiſtimavit, ut pro voce Cleopatra poſuerit: ceſte chiene, pro vocibus; δίδωσιν ὠτῇ: il donne a ceſte putain, ex qvo magnam illius Theologi παιδολογίαν arguit, qvam etiam Thuanus [83.] in ejus elogio notavit. Poſtremo ARNOLDUS D' ANDILLY qvatuor & viginti abhinc annis Judaicas Ioſephi Antiqvitates Gallice edidit, qvibus poſt biennium etiam hiſtoriam Belli Iudaici, vitam Ioſephi ab ipſomet conſcriptam, libros contra Apionem, tractatum de Maccabæis, & Philonis legationem ad Cajum Caligulam adjecit. Cum enim per integrum ſeculi ſpatium lingvæ Gallicæ cultus tantum increviſſet, ut Genebrardi verſio nemini amplius jucunda eſſe poſſet, ſi vel maxime Ioſephi ſenſus accurate expreſſiſſet, operæ ſe pretium facturum exiſtimavit, ſi nobiliſſimum ſcriptorem, qvem barbaræ verſiones pæne exoſum reddiderant, novo ornatu genti ſuæ iterum conciliaret. In hac verſione Andillius, ſi Gallœſio in ephemeridibus eruditorum hoc opus commendanti credimus, Ioſephum fideliter reddidit, idqve præſtare ut poſſet, varia manuſcripta conſuluit, nec fideliter modo, ſed comte etiam & nitide Ioſephum expreſſit, dum Gallicæ lingvæ elegantias ad Græci ſermonis emphaſes tam feliciter applicavit, ut facundia cum Ioſepho certare videatur. Imprimis autem iſtos eloqventiæ flores deprehendere licebit in hiſtoria de Bello Iudaico, & maxime in oratione Anani, qvæ libro

4.c.13.

82.) Exercit. 1. contra Baron. Sect. 9. n. 8. (83.) libr. 19. hiſt. p. 771.

4. c. 13. extat, nec non in descriptione horrendæ famis, qvæ libri 5. cap. 28. legitur. In versione Antiqvitatum fatetur se a Græco textu nonnihil dissentire circa descriptionem tabernaculi & mensæ, in qva sacri panes repositi fuerunt, cum hæc & alia qvædam loca in Græco textu adeo corrupta fuerint, ut ea corrigendi necessitas sibi imposita fuerit. Hæc Andillii versio etiam extra Galliam typis commissa fuit. Anno enim MDC LXXVI. Bruxellis qvinqve voluminibus distincta prodiit. Tria priora volumina complectuntur libros 20. Antiqvitatum, duo posteriora exhibent Josephi librum de vita sua, libros 7. de Bello Judaico, libros duos contra Apionem, tractatum de Maccabæis, in qvo vertendo Andillius non Erasmi paraphrasin, ut Genebrardus, sed Græcum textum secutus est, & deniqve Philonis legationem ad Cajum. Uno volumine, qvod elegantissimis figuris æri incisis exornatum est, Andilliana illa Josephi versio Amstelodami annó MDC LXXXI. prodiit. Nondum viderat Andillianam Josephi versionem, ut unicum hoc addam, Bosius cum exercitationem suam ad periocham Flavii Josephi prima vice ederet. In altera autem illius exercitationis editione concedit qvidem Andillii versionem sermonis elegantia cœteris præstare, neqve negat Græciæ lepores haud raro in ista versione feliciter exprimi, vix tamen credendum censet, qvod Andillius manuscripta Græca consuluerit, aut qvod hæc versio majestati textus originalis perfecte respondeat, etsi Sorbonenses in approbatione operi præfixa ejus rei fidem facere voluerint. Qvin potius existimat, Andillium Gelenianæ magis versioni qvam Græco textui inhæsisse, ideoqve nonnulla, qvæ Gelenius obscure interpretatus fuerat, plane omisisse. Qvod judicium aliorum, qvi penitiorem Gallicæ lingvæ cognitionem habent, examini relinqvo. In Anglia THOMAS LODGE Josephi historiam Judaicam in patriam suam lingvam transtulit, & Oxonii vulgavit, ubi etiam MDC LXXVI. Josephi opera recognita & emendata juxta elegantissimam

Anglicæ.

versio-

verſionem Andillii in Anglicam lingvam traducta cum locis ſcripturæ parallelis, tabula Geographica Palæſtinæ, aliisqve imaginibus æri inciſis ad illuſtrandam Ioſephi hiſtoriam facientibus prodierunt. In Belgicam lingvam Amſtelodami anno MDCLXXVIII. Flavii Joſephi opera omnia ex Græco Latinoqve recens convertit LAMBERTUS VAN. DER Bos, cui editioni annexus eſt Hegeſippus, qvem ex Germanico tranſtulit Simon de Vries. Præfixa ſunt ſingulis libris & capitibus ſummaria, accedunt ducentæ & qvinqvaginta icones æneæ elegantiſſimæ, tabula chronologica indicesqve chronologici & biblici, nondum antea impreſſi. Fortaſſe etiam in aliarum gentium lingvas Joſephi opera tranſierunt. Si Baronio fides adhibenda, (84.) Joſephus etiam in Hebraicam lingvam converſus extat. Refert enim in bibliotheca Vaticana haberi manuſcriptum verſionis illius Hebraicæ codicem, in qvo Judæi Ioſephi de Chriſto teſtimonium abraſerint, cujus ſceleris veſtigia tam manifeſta eſſe ſcribit, ut nulla excuſatio aut defenſio locum habeat. Et qvamvis hanc narrationem Caſaubonus a veritate alienam eſſe ſuſpicetur, (85.) Huetius tamen [86.] adhuc Romæ in Vaticana bibliotheca membranas iſtas videri, & Baronium a mendacio abſolvere aſſerit. Et hanc ipſam Hebraicam Joſephi verſionem etiam illuſtri cuidam Perſonæ Romæ in Vaticana Bibliotheca oſtenſam Wagenſeilius in epiſtola quadam ad Arnoldum memorat, E Judæis R. Schabtai ben Joſeph in libro, qvem Siphte Jeſchenim ſeu labia dormientium inſcripſit, itidem affirmat, Flavii Joſephi antiqvitates cum bello Judaico e Græco in Hebraicum ſermonem converſas fuiſſe, ut ex Actis Eruditorum didici. (87.) Interim nulla verſio Joſephi Hebraica in lucem hactenus producta fuit, niſi qvis Ioſephi Gorionidæ hiſtoriam pro Hebraica Ioſephi verſione habere velit, cum plurimis in locis Ioſephum noſtrum τῷ πόδα ſecutus fuerit. Edita eſt illa

Belgicæ.

Hebraicæ

Joſeph Ben Gorion.

d Ioſe-

(84) tom. 1. annal. A. C. 34. p. 210. edit. Rom. (85.) exercit. 16. in Baron. Sect. 154. (86.) demonſtrat. evangel. prop. 3. p. 27. (87.) A. C. 1690. p. 302.

Ioſephi, qvi ſe filium Gorionis appellat, hiſtoria Conſtantinopoli A. M. 5250. ſeu anno Chriſti M CCCCXC. iterumqve ibidem A. M. 5270. Chriſti M DX regnante Bajazetho. Qvæ autem anno M DXXIX. Wormatiæ Sebaſtiani Munſteri ſtudio prodiit, breviſſimum tantum eſt Conſtantinopolitanæ editionis compendium, a Iudæo qvodam concinnatum, & a Munſtero Latine redditum. Obſervat autem Morinus, qvi Wormatienſem editionem cum ſecunda Conſtantinopolitana contulit, (88.) Autorem illius compendii nonnulla ex aliis Autoribus addidiſſe, nempe traditionem Talmudicam de tredecim mutationibus, a LXX. Interpretibus in Bibliorum translationem illatis, qvarum nulla mentio extet in editione Conſtantinopolitana, a qua compendium hoc etiam in eo diſcrepat, qvod ſolam Legem a LXX. Interpretibus translatam aſſerat, cum in Conſtantinopolitana editione viginti qvatuor libri translati aſſerantur. Poſt Wormatienſem editionem Munſterus iterum aliam Baſileæ anno M DXLI. vulgavit, qvæ, ut Morinus indicat, a Conſtantinopolitana nihil differt, niſi qvod plus media parte mutilata eſt. Deſunt enim in Munſteriana editione priora *duo* capita cum tertii capitis non mediocri parte, & cum Conſtantinopolitana editio 97. capitibus conſtet, Munſteriana in capite 63. finitur, adeoqve totam hiſtoriam rebellionis Iudæorum adverſus Romanos, natumqve inde urbis & templi excidium omittit, ut cœteras mediorum capitum mutilationes taceam, in qvibus ut membra divulſa melius cohærerent, Munſterus nonnulla verba ſeu periodos textui aſſuit. Et poſtremam qvidem partem, qvæ de bello Iudaico agit, in Munſteri manuſcripto plane defuiſſe ſuſpicatur Morinus, cum nobilem iſtam Ioſippi partem omiſſurus non fuiſſet, niſi lacerum & extrema ſui parte mancum exemplar habuiſſet. Verum ſi Morinus Munſterianæ editionis titulum inſpexiſſet, legere ibi potuiſſet, Munſterum

(88.) Exercit. bibl. lib. 2. Exerc. 4. c. 3.

ſterum etiam hiſtoriam belli Judaici & excidii Hieroſolymitani Hebraice a Joſippo ſcriptam habuiſſe, quippe quam ſe alio tempore adjecturum lectoribus promittit. Wormatienſi editioni reſpondet ea, quam Baſileæ anno MDLIX. Sebaſtianus Lepuſculus procuravit. Nam & illa compendium tantum continet à Judæo qvodam ex variis Autoribus, ſed maxime e Joſepho Gorionide conflatum & a Munſtero latine redditum. Conſtantinopolitanæ autem editioni conformis eſt Veneta, quam cum mutilata Munſteri editione comparans Scaliger obſervat Munſterianam a folio Venetæ ſeptimo incipere, & in folio nonageſimo ſecundo deſinere, poſtremis ſexaginta tribus foliis plane omiſſis (89.) Integram Conſtantinopolitanam ſeqvuntur etiam Cracovienſis, & qvæ ſuperiore anno prodiit Francofurdienſis, quibus etiam Germanicam typis Hebraicis Tiguri anno MDXLVI. impreſſam, quæ poſtea Amſtelodami anno MDC LXI. cum commentario ejusdem lingvæ prodiit, addere licebit. Qvamvis autem Munſterus Joſephum Gorionis filium cum Flavio noſtro Joſepho eundem fuiſſe contendat, & ipſe quoque Gorionides Joſephi noſtri perſonam ſubinde mentiatur, & ſe bello Judaico interfuiſſe ſimulet, & ſe a Veſpaſiano captum, & poſtea libertate donatum & honorifice habitum referat, aliaqve, qvæ vero Joſepho contigerunt, ſibi tribuat, Critici tamen nares aliter leones aliter catulos olere pridem ſenſerunt. Noſter certe Joſephus, quoties Parentis ſui meminit, ubiqve Matathiæ nusqvam Gorionis Filium ſe nominat, nec probabile eſt Munſteri inventum, qvod hic Joſephus & Gorionis & Matathiæ Filius dici potuerit, cum Gorionem Patrem agnoverit, Matathiam autem inter majores habuerit. Qvin imo Joſephus noſter in hiſtoria belli Iudaici (90) a Joſepho Gorionis Filio aperte ſe diſtinguit. Hebraicus autem ille Joſephus ſeu Joſippus neque pro Flavio noſtro Joſepho, cujus larvam in ſcripto ſuo ſæpius induit, neqve pro Joſepho Gorionis Filio Joſe-

(89.) elench. trihæreſ. c. 4. (90.) libr. 2. c. 42. in lat. 25.

phi noſtri coætaneo, a qvo & proprium & paternum nomen mutuatus eſt, haberi poteſt, cum ſe multis ſeculis utroqve juniorem abunde prodiderit, dum Hiſpanos ab Hannibale domitos, Gothorum, & Gallos a Cæſare ſubactos Francorum nomine deſignat, multaqve alia urbium, fluminum & gentium nomina uſurpat, qvæ ævum a Ioſephi ætate remotiſſimum indicant. Præterea etiam Joſephi gravitate plane indignæ ſunt ineptiſſimæ & ridiculæ, qvas paſſim nectit, fabulæ, qvalis eſt illa de fundo Tiberis, qvem a Romanis, cum Hieroſolymam a Nabuchodonoſore obſeſſam cognoviſſent, ære ſtratum narrat, ut cæteras mittamus, qvas non ab alio ad Gorionidæ textum aſſitas fuiſſe, omnimoda elegantis ſtyli cum Gorionidæ textu æqvalitas evincit. Similes igitur habent labra lactucas, cum Judæi qvidam hunc Joſephum Gorionis Filium ejusqve Hebraicam hiſtoriam magnis elogiis commendant. Virum ſapientia & prudentia inſignem, juſtumqve & rectum hunc Gorionis Filium Joſephum vocat R. David Ganz, (91.) eumqve ut fidelem Hiſtoricum deprædicat, cum ea, qvæ narrat, ipſe viderit, qvod teſtimonium ab Hebraico Joſippo, qvi Gorionis Filius audire voluit, tam alienum eſt, ut Joſephus de Voiſin in notis ad pugionem fidei (92.) ipſum Flavium noſtrum Joſephum a Ganzio hac laude condecoratum exiſtimaverit, & hoc Ganzii teſtimonium Abarbanelis contra Ioſephum noſtrum calumniis oppoſuerit. Majora ſunt, qvæ de Ioſepho Gorionis Filio & Hebraico ejus opere plenis buccis celebrat R. Abraham Conat (93.) Medicus Conſtantinopolitanus. Dicit enim Virum hunc divinum in libris edendis poſt Regem Salomonem felicis memoriæ omnes antecelluiſſe. Qvin etiam R. Tam in animadverſione, qvam Conſtantinopolitanæ Ioſippi editioni adjecit, affirmare non dubitat, omnia iſtius libri verba juſtitiam eſſe, & nullam perverſitatem in eo reperiri, & re-

vera

(91.) in Zemach. David q. 95. (92.) part. 2. c. 3. p. 202. edit. Carpzovianæ. (93.) Conf. Munſteri præfat. ad Joſipp. Bahl. 1541.

vera manum Dei super hunc Virum fuisse, dum hunc librum componeret, & paululum abesse, qvin verba ipsius sint verba Viri Dei & Prophetæ. (94.) Forte adhuc majoribus elogiis Gorionidem hunc suum Judæi exornarent, nisi in historia Titi a Talmudicis traditionibus dissensissent. Cum enim Judæi Titum impium vocare soleant, & fabulentur, post excidium Hierosolymitanum bibentis nares muscam introivisse, & ipsum cerebrum penetrasse, ibiqve in pulli columbæ magnitudinem excrevisse, & pondere duas libras exæqvasse, septemqve annis cerebrum ejus corrosisse & perfodisse, eaqve tandem educta & avolante etiam animam Titi avolasse, tantum abest, ut tribulibus suis Gorionides assentiatur, ut potius Titi sapientiam & justitiam commendet, eumqve a culpa vastatæ & perditæ Hierosolymæ absolvat, cum totum illud malum Hierosolymæ ob prædones, qvi tum in populo Israëlitico fuerunt & propter eorum iniqvitatem contigerit, Titus autem qvicqvid in vastatione urbis fecit, pressus & coactus fecerit.

Recte autem Serarius (95.) Gorionidem cum Flavio nostro Josepho comparans notavit, qvod Gorionides obscurus, incognitus, illaudatusqve e tenebricosis Judæorum antris non ita pridem proserpserit, cum contra Flavii nostri Josephi memoria tam illustris per plurima secula fuerit, ut neminem vel mediocri literarum cognitione tinctum ea fugere potuerit. Qvamvis enim ejus scripta apud Judæos in nullo pretio fuerint, qvos ignaviæ in excolendo lingvarum studio & colligendo doctrinæ apparatu ipse Josephus (96.) arguit, Gentiles tamen pariter & Christiani Josephum, licet Judæum, ejusqve opera magni æstimarunt. Certe Josephi testimoniis passim utuntur, & hoc ipso se in Josephi lectione probe versatos indicant celeberrimi Scriptores, Justinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Porphyrius, Eusebius, Hieronymus, Theodoretus, Stephanus Byzantius, & alii, qvos omnes nominare

Fragmenta Josephi

(94.) Conf. Morinus l. c. (95.) tribæref. libr. 1. c. 9. (96.) libr. 20. Antiqvit. cap. ult.

nimis longum foret. Fatendum tamen in his esse qvædam, qvæ in hodiernis Josephi editionibus non comparent. Eusebius enim de Jacobo Justo agens (97.) refert Josephum causam excidii Hierosolymitani & calamitatum, qvæ Judæis acciderunt, Jacobi hujus supplicio his verbis imputasse: Ταῦτα δ' συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν τοῦ Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν, qvæ verba Rufinus ita interpretatur: qvæ omnia acciderunt Judæis pro vindicta Jacobi Justi, qvi erat frater Jesu, qvi dicitur Justus, qvem justissimum & piissimum omnium confessione Virum Judæi interfecerunt. Et hæc Josephum tradidisse asserunt etiam Origenes (98.) Hieronymus (99.) & alii, cum tamen id apud Josephum hodie non legatur. Etsi enim Josephus referat, (100.) qvod Ananus Pontifex Secta Sadducæus, homo audax & ingenio ferox post mortem Festi Præsidis, & cum Albinus Festi Successor adhuc in itinere ageret, oportuno hoc, qvod ipsi videbatur, tempore concilium convocaverit, & Iacobum Fratrem Iesu, qvi Christus dicebatur, tanqvam impietatis reum una cum qvibusdam aliis lapidandum tradiderit, idqve factum omnibus bonis, qvotqvot in civitate agerent, vehementer displicuerit, nusqvam tamen expresse dicit, qvod Deus Iacobi hujus supplicium Hierosolymitanæ urbis eversione vindicaverit, ideoqve hunc locum Spencerus (1.) librariorum incuria periisse suspicatur. Fieri tamen etiam potuit, ut eum, qvi primus hac in causa Josephum testem appellavit, memoria falleret, cujus oscitantia postea & alios oscitantes fecit. Non legitur etiam hodie in Josepho, qvod Iohannes Baptista vere Propheta fuerit, qvanqvam Hieronymus (2.) id a Josepho traditum affirmet. Id tantum Josephus asserit, (3.) apud Iudæos constantem opinionem fuisse, qvod justa Numinis

(97.) lib. 2. histor. eccles. c. 23. (98.) libr. 1. contr. Cels. p. 35. & libr. 2. p. 69. item in comment. ad Matth. c. 13. p. 223. edit. Huet. (99.) in Catal. Scriptor. c. 2. & 13. (100.) libr. 20. Antiqv. c. 8. p. 698. (1.) not. ad Orig. contr. Cels. p. 31. (2.) Catalog. c. 13. (3.) Antiqv. libr. 18. c. 7. p. 626.

nis ultione propter Iohannem Baptiſtam Herodis exercitus deletus fuerit. Cum enim, ut Ioſephus addit, vir optimus Iudæos ad pietatis & juſtitiæ ſtudium incitaret, ſimulqve ad baptiſmi lavacrum invitaret, qvod ita demum Deo fore gratum ajebat, ſi animis per juſtitiam prius mundatis & puritatem corporis adderent, veritus Herodes, ne tanta hominis autoritas defectionem aliqvam pararet, ſiquidem plebe doctrinæ hujus avida magni concurſus ad Iohannem fiebant, & populus ejus conſiliis nihil non facturus videbatur, apprehendi illum vinctumque Machærunte mitti, atque illic occidi imperabat. Porro apud Suidam [4.] longa fabula de Ieſu in locum Sacerdotis cujusdam Iudaici defuncti ſurrogato recenſetur, in qva refertur, Ioſephum in ſuis de Hieroſolymitano excidio commentariis dicere, ὅτι Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ μετὰ τῶν ἱερέων ἠγιάζε, ſeu qvod Ieſus in templo cum Sacerdotibus ſacra fecerit. Et hæc verba a Iudæis ex Ioſepho expuncta putat Huetius, [5.] ego vero hæc verba Ioſepho potius afficta exiſtimaverim, qvod eadem facilitate me probaturum confido, qvam qvod hic locus a Iudæis eraſus fuerit. Aliud fragmentum Ioſephi ab Euſtathio Antiocheno ſervatum cenſet Iſaacus Voſſius [6.] qvod ita ſe habet: ἀπέθανε δὲ [ſermo eſt de Harane Abrahami fratre] ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ, ᾧ ἐνεπύρισεν Ἀβραὰμ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἐξελέσθαι αὐτά [7.] Leo Allatius, qvi Euſtathii Antiocheni commentarium in Hexaemeron, ex qvo hæc verba deprompta ſunt, publici juris fecit, Latine ita reddidit: deceſsit [Haran] in incendio, qvo Abraham idola Patris ſui conflagravit, [rectius incendit, vel conflagrare fecit] dum illis ut ſubveniret domum eſt ingreſſus. Eqvidem Euſtathius in iſto loco Ioſephi mentionem non facit. Non dubitat tamen Voſſius, qvin hæc verba Euſtathius ex Ioſepho deprompſerit, cum Georgius Syncellus eandem hiſtoriam

(4.) Tom. I. voce Ἰησοῦς p. 1231. (5.) demonſtrat. evangel. p. 27. (6.) de 70. Interpret. c. 12. (7.) Euſtath. in comment. ad Hexaemeron. p. 57.

referens Ioſephum teſtem appellaverit. Et prius qvidem verum eſt. Syncellus enim in chronographia ſua [8.] itidem refert, Haranum, cum Abraham idolis ignem injeciſſet, ea flammis eripere conatum, incendio extinctum. Verum an Ioſephum ejus rei teſtem citaverit, haud immerito dubitari poteſt. Id enim tantum Syncellus ex Ioſepho ſe mutuari ſcribit, qvod Abrahamus omni ſtudio anniſus fuerit, ut Patrem ſuum a fingendis & colendis idolis averteret. Nihilominus tamen Voſſii ſententia ex eo probabilis videtur, qvod verba qvæ apud Euſtathium de ſepulchro Harani ejusqve liberis proxime præcedunt, eadem ferme ſint, qvæ apud Joſephum in Antiqvitatibus leguntur, (9.) ex qvo colligere licet, Euſtathium ea qvoqve, qvæ de Harani combuſtione narrat, e Joſepho hauſiſſe, qvamvis nec Euſtathius Joſephum nominet, neqve verba illa apud Joſephum hodie legantur. Idem Voſſius (10.) aliud Joſephi fragmentum, qvod in ejus operibus hodie deſideratur, ex Græcorum Patrum catenis adducit, nempe tale: ἄτοπον εἶναι λογιζόμενον μεθέντα λαὸν καὶ πατρῴαν νομοθεσίαν θεοῦ δέχεσθαι. Et forte plura hujusmodi inveniet, cui Græcorum Patrum catenas pervolvere vacabit.

Joſephi de Chriſto teſtimonium.

Mirabitur vero forte qvispiam, qvis Joſepho inter Græcos Patres locus, & ipſe Joſephus mirari poſſit, qvod Se qvoqve Principibus permiſtum agnoſcat Achivis. Sunt enim variæ Græcorum Patrum catenæ, in qvibus Joſephi nomen Græcis Patribus intermiſtum legitur, qvales ſunt catenæ in Geneſin & Lucam, qvas Lambecius in ſuis de Vindobonenſi Bibliotheca commentariis recenſet, (11.) ut alias ſive manuſcriptas ſive editas omittam. Sed qvid mirum, in catenis Patrum legi, qvem in Catalogo ſuo inter eccleſiaſticos ſcriptores retulit Hieronymus, & cujus aliqvam partem Sebaſtianus Caſtalion ipſis Bibliis adjunxit? Enimvero argumentum, qvod Joſephus in ſuis antiqvitatibus tractavit, hanc gratiam apud Chriſtianos facile conciliare ipſi potuit. Acceſſit honorificum de Chriſto teſtimonium,

(8.) pag. 75. & iterum p. 98. (9.) libr. 1. c. 7. (10.) de 70. Interpret. p. 46. (11.) tom. 3. cod. 4. & 42.

monium, qvod in ejus Antiqvitatibus legitur (12.) qvam qvam adhuc ſub judice lis eſt, ſitne illud Ioſephi de Chriſto teſtimonium genuinum, an Ioſepho pia fraude ſuppoſitum, vel ſaltem interpolatum. Ruperti, Snellii, Reineſii, Majoris, Menaſſis, Gronovii, Blondelli, Wheloci, Lanſii, Urſini, Wagenſeilii, Bœcleri, Bangii, Fabri, & ſuas ipſius de hoc argumento epiſtolas collegit, & ſimul varia Veterum & Recentiorum de hoc teſtimonio judicia ex eorum ſcriptis excerpſit & Noribergæ anno MDCLXI. ſub titulo teſtimonii Flaviani vulgavit Chriſtophorus Arnoldus. Præterea peculiaribus diſſertationibus hoc argumentum ventilarunt Boſius, Spanhemius, & Franciſcus de Roye. De eodem ſatis prolixe agunt Huetius (13.) Lambecius (14.) Natalis Alexander, (15.) Iſaacus Voſſius (16.) & alii. Et fatendum qvidem eſt hoc Ioſephi teſtimonium non ſolum in editis & ſcriptis Ioſephi codicibus conſtanter legi, verum etiam ab Euſebio tam in hiſtoria eccleſiaſtica qvam in demonſtratione evangelica Ioſepho tribui. [17.] Poſt Euſebium ejusdem teſtimonii fidem confirmant e Græcis Iſidorus Peluſiota [18.] Sozomenus [19.] Sophronius, qvi Hieronymi catalogum Græco ſtylo reddidit, [20.] Cedrenus, [21.] Suidas, [22.] Zonaras, [23.] Glycas, [24.] Nicephorus, [25.] e Latinis Hegeſippus, [26.] Hieronymus, [27.] ut Rufinum Euſebii interpretem, & plures ſeqventium ſeculorum ſcriptores, qvorum ſuffragia ad rerum ſummam parum conferunt, ſilentio prætermittam. At, ſi vere iſta Ioſephus ſcripſit, mirari ſatis neqveo, qvod antiqvi eccleſiæ Doctores, qvi ex inſtituto Iudæos impugnarunt, telo hoc contra Iudæos uſi non fuerint. Non incognita erant Ioſephi ſcripta Iuſtino Martyri, qvippe qvi in paræneſi ad Græcos Ioſephi Antiqvitates egregie commendat. [28.] Qvid ergo

(12.) libr. 18. antiqvit. c. 4. p. 628. (13.) demonſtrat. Evangel. p. 17. (14.) tom. VIII. bibliothec. Vindobon. p. 5. & ſeqv. (15.) hiſtor. eccl. Vet. Teſtam. tom. 6. diſſert. 10. (16.) de 70. Interpr. p. 161. (17.) H. E. lib. 1. c. 11. demonſtrat. lib. 3. c. 5. (18.) libr. 4. epiſt. 225. (19.) libr. 1. c. 1. (20.) tom. 1. Hieronym. edit. Baſil. fol. 123. & 124. (21.) Compend. hiſtor. tom. 1. p. 196. (22.) lexic. tom. 1. p. 1265. (23.) libr. 3. annal. c. 4. tom. 1. edit. ultim. p. 267. (24.) annal. part. 3 p. 234. (25.) libr. 1. c. 39. (26.) libr. 2. de excid. Hieroſol. c. 12. (27.) Catalog. c. 13. (28.) p. 10.

go oportunius fuiſſet, qvam Tryphoni Iudæo Ioſephum opponere, ſi Juſtini ævo illud de Chriſto teſtimonium in Joſephi Antiqvitatibus lectum fuiſſet? Tertullianus qvoqve, qvi Joſephum Antiqvitatum Judaicarum vernaculum vindicem appellat, (29.) etſi peculiari opere contra Judæos diſputet, Joſephi tamen de Chriſto teſtimonium omittit, qvod ſane fieri vix potuiſſet, ſi Tertulliani ætate cognitum fuiſſet. Chryſoſtomus in orationibus adverſus Judæos (30.) Joſephum μάρτυρα μάλιστα ἀξιόπιστον appellat, & quid de Daniele ſcripſerit, allegat. Qvi fieri potuit, ut non etiam, qvæ de Chriſto Joſephus ſcripſit, allegaret? Mitto jam alios, qui contra Judæos ſcripſerunt, & ad Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum venio. Is duabus vicibus in ſua bibliotheca de Joſephi antiqvitatibus agit, ſemel codice ſeptuageſimo ſexto, & iterum codice ducenteſimo trigeſimo octavo. Sed neutrobi ἀξιομνημόνευτον illud de Chriſto teſtimonium excerpit. Equidem Aubertus Miræus in notis ad Hieronymi catalogum Scriptorum eccleſiaſticorum (31.) periocham illam de Chriſto, qvæ apud Joſephum extat, a Photio memorari ſcribit. Verum memoria hic eum fefellit. Seductus tamen, ut puto, a Miræo Lambecius in epiſtola ad Principem Auguſtum inter eos, qui Joſephi de Chriſto teſtimonium pro genuino agnoverunt, etiam Photium numerat. (32.) De qvo errore forte monitus, tantum abeſt, ut eum retractaverit, ut potius in commentariis ad bibliothecam Vindobonenſem (33.) probare conetur, Photium ſaltem obſcuram hujus teſtimonii mentionem feciſſe. Sic enim procedit: Photius in recenſione operis alicujus, qvod περὶ παντὸς ſeu de univerſo inſcriptum fuit, monet, (34.) opus illud a nonnullis Joſepho attributum, ſed rectius Cajo ſeu Gajo Romanæ eccleſiæ Presbytero tribuendum eſſe, cum in eo opere Salvator noſter Chriſtus appelletur, & inenarrabilis ejus e Patre generatio accurate deſcribatur. Cum autem poſtea in recenſendis Joſephi antiquitatibus, Jeſum a Joſepho Chriſtum appel-

(29.) in apologet. c. 19. (30.) orat. 3. adv. Judæos p. 114. edit. Hæſchel. (31.) cap. 13. p. 7. (32.) pag. 4. (33.) tom. 8. pag. 14. (34.) codix. 48.

appellari animadverteret, ne ſibi contradicere cogeretur, totam Ioſephi periocham excerpere noluit, ſed tantum paſſionis Chriſti mentionem fecit his verbis: κατὰ τοῦτον καὶ τὸ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ἐγεγόνει ΠΑΘΟΣ, ſub hoc [nempe Herode, Tetrarcha Galilææ & Perææ] etiam Salvatoris contigit paſſio. Qvibus verbis ad Ioſephi periocham de Chriſto alludiſtatuit, cum Ioſephus paſſionis Dominicæ nullibi niſi in decantatiſſimo illo teſtimonio meminerit. Verum Lambecius magno conatu magnas nugas agit. Verba enim illa de Domini paſſione Photii ſunt, non Ioſephi, ſiqvidem Photius ea, qvæ ex Ioſepho excerpit, ſuis diſcurſibus illuſtrat, & occaſione Herodis Tetrarchæ obiter addit, qvod Chriſtus ſub iſto Herode paſſus fuerit, quorſum etiam ſpectant, qvæ occaſione Herodis Magni de Chriſti Nativitate, & infanticidio Bethlehemitico, & occaſione Agrippæ de Iacobi majoris ſupplicio & Petri captivitate diſſerit, qvæ ſane Photius ex Ioſepho non excerpſit. Certum igitur eſt, altum eſſe de Periocha Ioſephi, quæ Chriſti vitam breviter exponit, in Photii bibliotheca ſilentium, ſive in Photiano exemplari plane defuerit, ſive eam pro adulterina habuerit. Sane librum περὶ παντὸς etiam hanc ob cauſam Ioſepho abjudicat, qvod Ieſus in eo Chriſtus appelletur. Atqvi in teſtimonio, qvo Joſephus Chriſtum prædicaſſe perhibetur, expreſſe legitur: ὁ χειστὸς οὗτος ἦν. Accedit quod Photius in codice 33. ubi de Juſto Tiberienſi agit, hoc commune Judæorum vitium eſſe ſcribit, qvod de Chriſti adventu & miraculis ſileant: Si igitur Photius in Joſepho tam illuſtre Chriſti elogium, qvale hodie legitur, inveniſſet, & pro genuino habuiſſet, dubio procul illud tanqvam aliquid ſingulare, & a communi Judæorum more prorſus alienum obſervaſſet. Ne qvis autem Euſebium ut antiqviorem Photio præferendum exiſtimet, ſuppetiari Photio poteſt Origenes Euſebio antiquior. Is enim clare teſtatur, qvod Joſephus Jeſum pro Chriſto non habuerit. (35.) Si Jeſum pro Chriſto non habuit Joſephus, qvomodo in Antiqvitatibus dicere de Jeſu potuit: χειστὸς ἦν-

τος

(35.) libr. 1. contr. Celſ. & in Matth. p. 223.

τος ἦν. Excipit Vossius, (36.) Origenis verba ita explicari posse, qvod Josephus qvidem crediderit, Jesum fuisse Christum seu Messiam, sed hominem tamen, aut excellentioris naturæ, qvam sit humana, non divinæ. Et hanc sententiam Apostolorum ævo apud Ebionitas & Nazaræos viguisse, qvin etiam Christo etiamnum in terris versante apud multos obtinuisse tradit. Verum Origenes expresse negat, qvod Josephus Jesum pro Messia agnoverit, & ex ipso Josepho constat, qvod Prophetarum de Messia oracula in Vespasiano impleta professus fuerit. Porro si qvis objiciat, Josephum de Præcursore Christi Johanne Baptista, & de discipulo Christi Jacobo nonnulla protulisse, ideoqve boni Historici partes implere non potuisse, si de Christo ipso plane siluerit: libenter concedam, Josephum de Christo non plane siluisse, qvin & hoc concedam, qvod Josephus de Iesu verba faciens a laudibus ejus non abstinuerit. Neqve enim ex inveterato Iudæorum, qvi hodie vivunt, erga Christum odio de illorum moribus judicandum est, qvibus miracula per Apostolos in Christi nomine qvotidie facta sacrum qvendam horrorem incusserunt. Et qvamvis probari non possit, Josephum in aula Vespasiani ex conversatione cum T. Flavio Clemente, qvi postea sub Domitiano ob fidem Christianam interfectus est, & cum Flavia Domitilla ob eandem causam in exilium missa, bonam de Cristo opinionem imbibisse, qvæ Ruperti (37.) conjectura fuit, aut qvod Banus Josephi Præceptor Essenorum sectæ addictus Iohannis Baptistæ sectator fuerit, adeoque de Christo inique sentire non potuerit, ut Vossius arbitratur, qui & ipsum Iohannem Baptistam Essenum fuisse ex cibi & vestitus simplicitate, baptismo, & reliquarum sectarum Iudaicarum odio colligit: (38.) ex iis tamen, quæ de Iohanne Baptista & Iacobo Josephus retulit, satis, ut opinor, probari potest, falsam esse illorum sententiam, qui Josephum de Christo contumeliose in suis Antiqvitatibus locutum, & istarum blasphemiarum vice a Christiano qvo-

(36.) de 70. Interpret. p. 164. (37.) epistol. ad Snell. (38.) de 70. Interpret. c. 17. p. 168.

qvopiam insigne hoc Christi elogium substitutum statuunt. Certum qvidem est Pharisæos, quorum placitis se addictum Josephus in vita sua profitetur, plerosqve magno Christi odio flagrasse, at fuerunt etiam inter Pharisæos ab immani illo adversus Christum odio alieni, neqve sic Pharisæis addictus fuit Josephus, ut non subinde eorum mores & facta perstrinxerit. Qvocirca nihil obstat, qvo minus Josephum honorifico aliqvo præconio Christi nomen condecorasse dicamus. Tale tamen illud fuisse minime dubito, qvale decebat hominem Judæum, & qvi τὸ χριστιανὸν κήρυγμα Theodoreto (39.) teste non amplecteretur. At qvæ hodie apud Josephum de Christo leguntur, ita comparata sunt, ut Christiano magis homini qvam Judæo conveniant, unde & Sozomenus (40.) ex illis concludebat, Josephum isto scribentem propemodum clamare, Christum Deum esse. Videns hanc difficultatem Lambecius (41.) in defendenda hac Josephi periocha longe alia via incedit, qvam cæteri qvi hoc Josephi testimonium ut genuinum tuentur. Omnia enim Josephi verba in siniſtram partem interpretatur, qvasi non ad Christi elogium, sed potius ad ejusdem vituperium & contemtum spectarent, etsi a Josepho, ut neqve Judæos neqve Christianos neqve Gentiles offenderet, ambiguis phrasibus concepta fuerint. Imprimis autem ea via Josephum solerter usum dicit, ut nihil suis verbis de Christo scribat, sed tantum propriam Christianorum traditionem ex trium Evangelistarum scriptis (Johannes enim Evangelium suum nondum ediderat) & Actis Apostolicis hausta m referat, sed ita tamen, ut phrases, qvas adhibet, ad irrisionem Christianæ fidei torqveri possint. Cum ergo Josephus Jesum Virum sapientem dicit, respicere putat Lambecius Josephum ad loca Math. XIII. 54. & Marc. VI, 2. & tamen ambiguo sensu Christum σοφὸν ἄνδρα appellare, cum vox sapientiæ nonnunqvam etiam in malam partem usurpetur. Deinde cum Io-

e sephus

(39.) Commentat. in Danielem Tom. II. Opp. p. 697. (40.) libr. 1. c. 1. (41.) tom. 8. Bibl. Viadob. p. 22.

ſephus titulum Viri ſapientis ita reſtringit, aut corrigit, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, ſi modo Virum eum appellare oportet, Lambecius non eam Joſephi mentem fuiſſe putat, qvaſi Chriſtus Deus potius qvam Vir vel Homo dicendus fuerit, qva ratione Apollo Pythius apud Herodotum per oraculi vocem Lycurgum compellavit: (42.)

Δίζω ἦ σε Θεὸν μαντεύομαι, ἠὲ καὶ ἄνδρα
Ἀλλ' ἔπι καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔλπομαι ὦ Λυκόεργε:

qvem ſenſum a Joſephi mente alienum fuiſſe putat, cum Chriſtum ne Prophetam qvidem nedum Deum aut Dei Filium eſſe exiſtimaverit. Qvamobrem ſenſum Joſephi hunc potius fuiſſe exiſtimat: fuit hoc eodem tempore Jeſus ſapiens Vir, ſi modo Virum eum appellare oportet, & non potius phantaſma ſive ſpectrum, ſiqvidem ab ipſis diſcipulis ſuis propter φάσεις naturalem humanæ potentiæ modum excedentes pro tali fuit habitus. Cujus interpretationis rationem confirmat ex Matth. XIV, 26. Marc. VI, 49. Luc. XXIV, 37. Seqventia apud Joſephum verba: ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, erat enim mirabilium operum patrator, alludere putat ad verba populi apud Lucam c. V. v. 26. dicentis: εἴδομεν παράδοξα σήμερον. Veretur autem Lambecius, ne hic etiam angvis in herba lateat, & Joſephus forte per ἔργα παράδοξα ἔργα ἄπιστα ſeu incredibilia intellexerit. Porro cum Joſephus Chriſtum fuiſſe dicit διδάσκαλον ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων ſeu Doctorem hominum cum voluptate vera ſuſcipientium, his verbis Chriſtum a Joſepho perſtringi cenſet ut Magiſtrum piſcatorum, publicanorum, mulierculārum aliorumqve rudium hominum qvævis paradoxa dogmata ſimplici credulitate ſuſcipientium, & cum voluptate tanqvam vera amplectentium. Pro qva interpretatione illuſtranda Ciceronem adducit (43.) qvi aſſerit, fictas qvoqve fabulas, e qvibus utilitas nulla dari poteſt, cum voluptate legi. Seqvitur apud Joſephum:

(42.) libr. 1. c. 66. (43.) libr. 5. de finib.

phum: Καὶ πολλοὺς Ἰουδαίους πολλοὺς δὲ καὶ ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο, qvæ verba Lambecius sic interpretatur: & multos qvidem Judæos multos autem & gentiles sequaces nactus est, nempe Judæos, ut ταῦτα θεσπικῶς adjungit, per prædicationem Evangelii, Gentiles autem, qvorum nomine hic etiam Samaritani comprehenduntur, partim sola curiositate propter famam miraculorum, partim & necessitate propter indigentiam auxilii ultro se offerentes. Qvod autem Josephus addit: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν CHRISTUS HIC ERAT, a Lambecio sic explicatur, qvasi sensus Josephi fuerit, hunc Jesum ad aliorum, qvi nomen Jesu tanqvam apud Judæos admodum vulgare eodem tempore obtinebant, differentiam Christum vulgo cognominatum fuisse, qvoniam a discipulis & sectatoribus suis promissus Judæis Messias falso credebatur. Proxima Josephi verba ita se habent: καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, eumqve accusatum a primariis Viris nostris, cum cruci addixisset Pilatus, non tamen cesserunt, qvi ab initio eum audiverunt. Hic Lambecius Josephum respicere putat partim ad querelam duorum discipulorum Christi, qvi in itinere versus Emmauntem Christum a summis Sacerdotibus & Principibus populi ad supplicium crucis damnatum tristes referebant, partim ad Apostolos & reliqvos discipulos in monte oliveti Christum a mortuis excitatum interrogantes, an hoc tempore regnum Israëlis reparaturus, & solium Davidis recuperaturus esset? Cum autem Josephus ait: οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, idem exprimi putat, qvod in Actis Apostolorum legitur c. V, 40. πᾶσαν ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Etsi autem verba Josephi bene se habeant, pessimos tamen sensus in illis latere suspicatur. Putat enim Josephum salutiferæ Christi crucifixioni insultare

voluisse, qvasi ea Personæ ac titulo Messiæ, qvi collapsum Israëlis regnum restituere debuisset, minime convenerit, simul & discipulos Christi deridere voluisse, qvod, licet Christum a Pilato crucifixum viderint, nihilominus tamen post mortem tam ignominiosam eum ut Messiam venerari non cessaverint. Observat etiam Josephum aperte hic Judæum se profiteri, cum eos, qvi Christum apud Pilatum accusarunt τὰς πρώτας παρ' ἡμῶν appellat, & simul callide anniti, ut præcipuam crucifixionis invidiam a Judæis amovens in Pilatum & Romanos transferat. Pergit Josephus: ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μύρια περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων, apparuit enim iis tertia die iterum vivus, prout divini Prophetæ & hæc & alia multa de ipso miranda prædixerant. Hæc verba Lambecius deprompta a Josepho esse putat ex Marc. XVI, 9. Luc. XXIV, 25.26.27. & aliis dictis Evangelicis & Apostolicis, in qvibus Christi resurrectio, & resurgentis apparitiones referuntur, ejusqve gesta Propheticorum oraculorum collatione confirmantur. Minime tamen Josephi verba ita accipienda esse notat, qvasi ipse vel Christi resurrectionem veram esse vel oracula Prophetarum ad eundem pertinuisse crediderit, cum potius hæc tantum ex Christianorum sententia retulerit, iisqve traditionis suæ probandæ onus reliqverit, lectoribus autem suis in utramqve partem judicandi libertatem concesserit. Idqve ex eo confirmat, qvod Josephus non simpliciter dicat: ἐφάνη πάλιν ζῶν sed ἐφάνη αὐτοῖς, qvasi dixerit: illi vivum apparuisse dicunt, fides sit penes Autores. Tandem Josephus & hoc addit: εἴς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον & nunc etiam Christianorum ab hoc denominatorū non defecit genus. His verbis Lambecius Josephum non modo se Christianorum numero eximere ait, sed etiam mirari, qvod eo tempore, qvo hæc scripsit,

QVi ad ſcribendas hiſtorias ſe conferunt, non unam neque eandem ſui propoſiti cauſam habere mihi videntur, ſed plures, easque multum inter ſe differentes. quidam enim oſtentandæ eloquentiæ cauſa, gloriæque ex ea captandæ, ad hoc ſtudiorum genus ſe applicant. alii, quo gratiam illis referrent, quorum res geſtas ſcribendas ſibi ſumpſerunt, nulli labori, quantum in ſe fuit, pepercerunt. Sunt, quos res ipſa compulit, ut, quibus gerendis interfuerant, ea ſcripto complexa in vulgum proderent. nec defuerunt, qui res inſignes cognituque dignas in obſcuro latere non ferrent, atque ideo narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex jam dictis cauſis poſtremæ duæ me quoque ad idem permoverunt. Bellum enim, quod cum Romanis habuimus, & res utrinque geſtas, ac demum eventum, quæ omnia præſens ipſe meo periculo didici, narrare coactus ſum propter quosdam, qui ſcriptis ſuis veritatem depravarunt. Præſens verò opus aggreſſus ſum, ratus Græcis omnibus cognitu non injucundum fore. Complectetur enim univerſam noſtræ gentis antiquitatem, formamque reipublicæ, ex Hebraicis literis translatam. Cogitaveram equidem & antea, jam tum, cùm hiſtoriam de bello ſcriberem, docere, unde primum oriundi Judæi, quàm varia fortuna uſi, ſub quali legislatore ad pietatem cæteraſque virtutes inſtituti, quibus bellis per tot

secula gestis, inviti ad postremum contra Ro-
manos bellum sint pertracti; sed quoniam
prolixius erat hoc argumentum, seorsim illud
propriè dicato opere exorsus usque ad finem
suum perduxi. Procedente dein tempore, sic-
ut usu venit his, qui res arduas aggrediun-
tur, cunctatio quædam ac segnities mihi in-
cessit, tantam materiam in alienam ac pere-
grinam linguam traducturo: sed fuerunt,
qui cupiditate cognoscendi ad opus me ad-
hortabantur, & præ cunctis Epaphroditus,
vir cùm omnis generis disciplinarum, tum
verò rerum gestarum peritiæ cumprimis a-
vidus, ut qui ipse in maximis negotiis & va-
riis fortunæ casibus versatus, in omnibus
eximiam naturæ indolem præ se tulisset, in-
concussumque virtutis studium perpetuò re-
tinuisset. Huic igitur morem gerens, assiduo
cunctorum utile aliquid ac honestam moli-
entium fautori, cùm me mei jam suppuderet,
si viderer ignaviam speciosissimo labori an-
teponere, vires animumque resumpsi: simul
hac quoque reputatione non leviter permo-
tus, quod & majores olim nostri exteris sua
benigne communicaverunt, & Græcorum
nonnulli vehementi res nostras cognoscendi
studio flagraverunt. Itaque invenio literis
proditum, quod Ptolemæus secundus ejus no-
minis rex, totus disciplinis colligendisque li-
bris deditus, magnopere contenderit legem
nostram, ejusque instituta, & vivendi for-
mam præscriptam, in Græcum eloquium
transferri. Eleazarus autem pontificum no-
strorum nemini secundus, regi hanc utilita-
tem non invidit, reclamaturus omnino, nisi
consuetudinem haberemus à majoribus ac-
ceptam, res bonas & honestas celare nemi-
nem. Proinde mihi quoque convenire duxi,
ut & pontificis nostri imitarer magnanimi-
tatem: & hodie quoque regis illius multos
persimiles putarem, duntaxat quod ad di-
scendi cupiditatem attinet. neque enim to-
tam scripturam occupavit ille, sed legem so-
lam ei tradiderunt interpretes, qui ob hoc A-
lexandriam missi fuerant. Sunt autem innu-
mera sacris literis prodita, ut quæ quinque
millium annorum historiam in se comple-
ctantur, in qua diversi sunt inopinati casus,
varia belli fortuna, multa imperatorum præ-
clara facinora, multæ rerum publicarum
mutationes. In universum autem ex hujus potissimum historiæ lectione cognoscere licet,
quòd his, qui Dei voluntati obsequuntur, & leges bene latas transgredi verentur, omnia
prospere succedunt, supra quàm credi possit, & felicitas illis præmium à Deo proponitur.
quod si ab illarum diligenti observatione discedant, neque consilia eorum exitum inveni-
unt, & boni ipsorum opinione conatus in calamitates immedicabiles desinunt. Qua propter
jam nunc lecturos hæc volumina adhortor, ut Deo mente adhibeant, & legislatorem nostrum

A κρῶς πολεμήσαντες ἀχθόμενοι, εἰς τὸν πόλεμον ἄμ-
κοντες ὡς Ῥωμαίους κατέστησαν. ἀλλ' ἐπεὶ μεί-
ζων μοι ἡ τῇδε τοῦ λόγου βουλή, καθ' αὑτὸν σκέψ-
νον χωρήσας τῆς ἰδίας αὐτῷ ἀρχαίας καὶ τὸ τέλος
τὴν γραφὴν συνεμέτρησα. χρόνῳ δ' ὡς εἰώθοτ ⓒ, ὅπερ
φιλεῖ τοῖς μεγάλων ἅπτεσθαι δεινὸς ὀκνῶ ⓒ
μοι καὶ μέλλησις ἐγίνετο τηλικαύτην μεταγενέσθαι
εἰς ἑτέραν, εἰς ἀλλοδαπὴν ἡμῖν καὶ ξένην διάλεκτον
B συντίθεσθαι. ἦσαν δέ τινες οἱ πάνυ τῆς ἱστορίας ἐπ'
αὐτὴν με προὔτρεπον. καὶ μάλιστα δὴ πάντων
Ἐπαφρόδιτ ⓒ, ἀνὴρ ἅπασαν μὲν ἰδέαν παιδείας
ἠσκημένος, διαφερόντως δὲ χαίρων ἐμπειρίαις
πραγμάτων. ἅτε δὴ μεγάλοις μὲν αὐτὸς ὁμιλή-
σας πράγμασι καὶ τύχαις πολυτρόποις, ἐν ἅπασι δὲ
θαυμασὴν φύσεως ἐπιδεικνύμενος ἰσχὺν καὶ προ-
αίρεσιν ἀρετῆς ἀμετακίνητον. πάντῃ δὴ πειθό-
μενος ὡς ἀεὶ τοῖς εἰς χρήσιμον ἢ καλόν τι ἄγαν
C δυναμένοις συνφιλοκαλεῖν, καὶ ἐμαυτὸν ὁρμῶ ⓒ, οἰόμενος ἁβρυνεῖν πλέον ἢ τῷ πρὸ
τοῦ καλλίστοις χαίρειν πόνοις, προθυμότερον ἐπιβρώ-
σθαι. ἐπὶ καὶ ἐκεῖνα πρὸς τοῖς εἰρημένοις λεγομένους
ὑπ' ἐργώδους, πρός τε τὸν ἡμετέρων προγόνων, οἳ μετα-
δίδοσαν τῶν πίστων ἡμῖν, καὶ πρός τῶν Ἑλλήνων,
οἵτινες αὐτῶν γνῶναι τὰ παρ' ἡμῖν ἐσπούδασαν.
εὗρον πάντως, ὅτι Πτολεμαῖ ⓒ μὲν ὁ δεύτερ ⓒ βα-
D σιλεὺς πρόθυμον καὶ βίβλων συναγωγὴν ἐσπου-
δάσας, ἐξαιρέτως ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον νόμον,
καὶ τὴν κατ' αὐτὸν διάταξιν τῆς πολιτείας εἰς τὴν
Ἑλλάδα μεταβαλεῖν. ὁ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχιερέων
ἀδένος ἀρετῇ δόντες ⓒ Ἐλεάζαρ ⓒ τῷ προειρη-
μένῳ βασιλεῖ τούτῳ ἀπολαῦσαι τῆς ὠφελείας οὐκ
ἐφθόνησεν, πάντως ἀντειπὼν ἄν, εἰ μὴ πάτριον
ἦν ἡμῖν τὸ μηδὲν κρύπτειν τῶν καλῶν ἀποῤῥήτων.
E καὶ μαυτῷ δὴ πρέπειν νόμισα, ἐμοὶ μὲν ἀρχιερέως
μιμεῖσθαι τὸ μεγαλόψυχον, τῷ δὲ βασιλεῖ πολλοὺς
ὁμοίως ἀπολαβεῖν καὶ νῦν ἐσπουδακότι φιλομαθεῖς. οὐδὲ
γὰρ πᾶσιν ἐκεῖνο ἔφθη λαβεῖν τὸν ἀναγραφήν,
ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ ἐν νόμῳ παραδόσιμα οἱ πεμφθέν-
τες ὑπὸ τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. μυρία
δ' ἐστὶ δηλούμενα διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ἅτε
δὴ πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίας ἐν αὐτοῖς ἐμπεριει-
F ληλημένης. καὶ παντοίαις μὲν ἀεὶ τῶν ἀλλοτρίων πεῖ-
ρασι, πολλαῖς δὲ τύχαις πολέμων, ἐν ῥᾳστώναις ἀνδρα-
γαθίαις, καὶ πολιτευμάτων μεταβολαῖς. τὸ συμβολον
οὖν μάλιστά τις ἂν ἐκ πάντων μάθοι τῆς ἱστορίας
ἐθελήσας αὐτὴν διελθεῖν, ὅτι τοῖς μὲν θεοῦ γνώμῃ
κατακολουθοῦσιν, καὶ τὰ καλῶς νομοθετηθέντα
μὴ τολμῶσιν παραβαίνειν, πάντα κατ' ἐλπίδα πέρα
καὶ πίστεως, καὶ μέρας δαιμονίᾳ τινὶ ῥοπῇ δε-
G θεῖ. καθ' ὅσον δ' ἂν ἀπιστῶσι τοῖς τούτων ἀκρι-
βοῦς ἐπιμελείας, ἄπορα μὲν γίνεται τὰ πρῶτα,
τρέπεται δ' εἰς συμφορὰς ἀνηκέστους ὅτι πολλοὶ ἂν ὡς
ἀληθῶς δρᾶν ἀπεδόκησαν. ἤδη τοίνυν τοὺς ἐντευ-
ξομένους τοῖς βιβλίοις παρακαλῶ τῷ γνώ-
μῃ θεῷ προσανέχειν, καὶ δοκιμάζειν τὴν μετ-

μέτρον νομοθετῶν, εἰ τὴν Φύσιν ἀξίως αὐτοῦ κατ-
νόησεν, καὶ τῇ δυνάμει πεπιστευσας ἀεὶ τὰς πρά-
ξεις ἀναπεθηκεν, πάσης καθαρὸν τὸν περὶ αὐτὸ φυ-
λάξας λόγον τῆς παρ' ἄλλοις ἀσχήμονος μυθολο-
γίας, καὶ τοι γε ὢν ἐπὶ μηκὺ χρόνου καὶ παλαιό-
τητι πολλῶν ἔχων ἀδειαν ψευδῶν πλασμάτων. γε-
γονεν γὰρ πρὸ ἐτῶν δισχιλίων, ἐφ' ὅσον πλῆθος αἰῶνος
οὐδ' αὐτῶν οἱ ποιηταὶ τὰς γενεὰς τῶν θεῶν, μήτιγε
τὰς ἀνθρώπων πράξεις ἢ τοὺς νόμους ἀνενεγκεῖν ἐ-
τόλμησαν. τὰ μὲν οὖν ἀκριβῆ τῶν ἐν ταῖς ἀναγρα-
φαῖς προϊόντων ὁ λόγος καὶ τάξιν σημανεῖ· τοῦτο γὰρ ἀρχὴ ταύτης ποιήσεως τῆς πραγματείας
ἐπηγγειλάμην, οὐδὲν προσθεὶς οὐδ' αὖ ἀφελὼν τῶν ἐπιόντων. ἅπαντα γὰρ ἐχρεὼν ἐκ τῆς τοῦ νομοθέτου σο-
φίας ἡμῖν ἀνήρτησθαι Μωϋσέως, ἀναγκαῖον βραχέα περὶ ἐκείνου προειπεῖν, ὅπως ἂν μή τινες τῶν ἀ-
ναγινωσκόντων ἀπορῶσιν, πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος περὶ λόγων καὶ πράξεων ἔχων τὴν ἀναγραφὴν, ὅλῃ τοσού-
τον φυσιολογίας κεκοινώνηκεν. ἴσως οὖν ὅτι πάν-
των ἐκεῖνος ἀναγκαιότατον, ἡγήσατο, τῷ ἑαυτοῦ
μέλλοντι βίον οἰκονομίσειν καλῶς, καὶ τοῖς ἄλλοις νο-
μοθετῆσαι θεὸν πρῶτον φύσιν κατανοῆσαι, καὶ τῶν ἔρ-
γων τῶν ἐκείνου θεατὴν τὸν νοῦν γενόμενον, οὕτω πα-
ράδειγμα τὸ πάντων ἄριστον μιμεῖσθαι καθ' ὅσον οἷόν
τε καὶ πειρᾶσθαι κατακολουθεῖν. οὔτε γὰρ αὐτῷ
τινα ἂν ἡγεῖσθαι νοῦν ἀγαθὸν τῶν νομοθετῆ ταύτης
ἀπολειπομένῳ τῆς θεᾶς, οὔτε τῶν γραφησομένων εἰς
ἀρετὴν λόγων οὐδὲν ὀνήσεσθαι τοὺς λαβοῦσιν, εἰ
μὴ πρὸ πάντος ἕτερον διδαχθεῖεν, ὅτι πάντων πατὴρ τε καὶ δεσπότης ὁ θεὸς ὢν καὶ πάντα ἐπιβλέπων,
τοῖς μὲν ἑπομένοις αὐτῷ δίδωσιν εὐδαίμονα βίον,
τοὺς ἔξω δὲ βαίνοντας ἀρετῆς, μεγάλαις περιβάλλει συμφοραῖς. τοῦτο δὴ παιδευσαι βουληθεὶς τὸ παί-
δευμα τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, τὰ τῶν νόμων θέσεως ἀπ'
ἀπ' συμβολαίων καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαί-
ων ἤρξατο τοῖς ἄλλοις προτιθησιος. ἀλλ' ὅτι τὸν
θεὸν καὶ τὸν τοῦ κόσμου κατασκευὴν τὰς γνώ-
μας αὐτῶν ἀναλαβὼν, καὶ πείσας ὅτι τῶν ὅτι γῆς ἔρ-
γων τοῦ θεοῦ τὸ κάλλιστον ἐσμὲν ἄνθρωποι, ὅτι πρὸς τὸ
ὅσιον ἔχειν εὐπαρακόντας ῥᾳδίως ἤδη περὶ πάν-
των ἔπειθεν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθέται τοῖς μύθοις
ἐπαχαλουθήσαντες, τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων
εἰς τοὺς θεοὺς τὰ λόγῳ τὴν αἰσχύνην μετέθεσαν, καὶ
πολλῷ πλείονας εἰς κακίαν τοῖς πονηροῖς ἔδωκαν.
ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἀκραιφνῆ καθαρὰν τὴν
ἀρετὴν ἔχοντα τὸν θεὸν ἀποφήνας, ὡήθη δεῖν τὰς ἀν-
θρώπους πείρᾶσθαι μεταλαμβάνειν. καὶ τὰς
μὴ ταῦτα φρονοῦντας, μηδὲ πιστεύοντας ἀφελῆ-
τους ἐκέλευσεν. πρὸς ταύτῃ δὲ ἐν τῷ ἐπόθεσιν ποιεῖ-
σθαι τὴν ἐξέτασιν, τὰς ἀναγνωσομένους ὠφελῆσαι.
φανεῖται γὰρ σκοπουμένοις ἕτως, οὐδὲν ἄτοπ ἄλογον
αὐτῷ, οὔτε πρὸς τὴν μεγαλειότητα τοῦ θεοῦ καὶ τὴν
φιλανθρωπίαν ἀνάρμοστον. πάντα γὰρ τῇ τῶν ὅλων
φύσει συμφωνον ἔχει τὴν θέσιν. τὰ μὲν, αἰνιττομέ-
νου τοῦ νομοθέτου ἀξίως, τὰ δ', ἀλληγορεῖσθαι μὴ σεμ-

probent, si naturam, ut dignum est, consideravit, & virtuti ejus convenientes semper operationes assignavit, puramq; suam narrationem ab omni, qualis apud alios est, fabularum vanitate conservavit: tametsi quantum ad longitudinem temporis, rerumq; vetustatem attinet, impune poterat quælibet mendacia confingere. Natus enim est ante annos bis mille, cum ad tot retro secula etiam poetæ ne Deorum quidem suorum natales, nedum mortaliū leges aut res gestas referre ausi fuerint. Sed hæc omnia procedens oratio accurate suo quæq; ordine docebit, ita ut nos facturos sumus polliciti, neq; subtrahendo quicquam nec addendo. Cæterum quoniam ferme omnia pendent à Mosis legislatoris sapientia, necesse habeo paucis de illo præfari, ne quem forte cogitatio subeat, qui factum sit, ut quū operis inscriptiones gestas polliceatur, tam multa ad naturæ cognitionē spectantia scriptis nostris inseruerimus. Scire igitur oportet, quod vir ille ante omnia necessarium existimavit, vel vitam suam rectè disposituro, vel aliis leges posituro, ut in primis naturæ Dei cognitionem habeat, atque ita, consideratis ejus operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum in suis viribus est, & sectari conetur. alioquin absq; hac contemplatione neque legislatorem ipsum unquam bonam mentem sibi paraturum, neq; scripta ejus ullum momentum ad virtutem auditorum allatura, nisi ante omnia discerent, quod Deus, cum sit parens omnium ac Dominus, omniaque contineatur, eis quidem, qui se sectantur, felicem vitam donat: qui autē à virtutis tramite digrediuntur, illos maximis calamitatibus involvit. Hanc doctrinam cives suos docere volens, non a pactis aut conventis & mutuo circa hæc jure leges est auspicatus, quemadmodum alii solent: sed ad Deum & mundum ab eo conditū erectos mente, & persuasos, quod in terris pulcherrimum Dei opus simus homines, cum jam ad pietatem haberet obsequentes, facile deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaq; alii legislatores priscas fabulas sequuti, pudenda hominum peccata in deos suos verbis transtulerunt, atq; hoc pacto hominibus malis magnum incitamentum ad malitiā addiderunt. at noster legislator postquam puram virtutem habere Deum docuisset, censuit pro se quemq; adniti oportere, ut in partem ejus aliquam pervenire posset: in eosque, qui neq; sapiunt hæc, neq; credunt, severe admodum animadvertit. Ad hoc igitur præscriptum volo lectorem hæc nostra examinare. namq; sic considerantibus nihil vel absurdum, vel Dei magnificentia indignum esse videbitur. omnia enim summa concinnitate juxta universi naturam sunt disposita, partim ita, ut dignum erat, à legislatore subindicata, partim decentissimis allegoriis

conveſtita: partim etiam diſerte expreſſa, nimirum quæcunque abſque ambagibus erant proferenda: quorum cauſas ſi quis ſingillatim conſiderare vellet, ſublimis inde & valde philoſophica ſpeculatio exoriretur, in aliud tempus differenda. Quod ſi Deus longiorem ætatem conceſſerit, abſolutis, quæ nunc tractamus, ut illa quoque perſcribantur, operam dabimus: nunc ad rerum ſeriem vertemus ſtylum, præmiſſis, quæ Moyſes narrat de mundo condito: ea è ſacris codicibus ita, ut invenimus, transſumpta, in hunc ferme modum ſe habent:

Ανόητος. ἔσται δ' ἐξ αὐθείας λέγεσθαι σωφέρειν, ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντ@. τῆς μὲν οὖν βουλομένους ἑκάστου σκοπεῖν, πολλὴ ἂν ἡ ἀσωρία, καὶ λίαν φιλόσοφ@. διὸ ἐγὼ νῦν ὑπερβαλοῦμαι. θεὸς γὰρ δοὺς ἡμῖν χρόνον, πειράσομαι μὴ ταύτῃ γράψας τὴν πραγματείαν. τρέψομαι δὴ ἤδη ὅπως τῶν ἀφήγησιν τῶν πραγμάτων, μνησθεὶς πρότερον ὧν περὶ τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς, εἶπεν Μωϋσῆς ταῦτα ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις εὑρὼν γεγραμμένα, ἔχει δ' ἔτως.

****

MUNDI CREATIO, ET Elementorum diſpoſitio.

CAP. II.

Τὶς ἡ τοῦ κόσμου σύστασις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.

Κεφάλαιον β.

Geneſ. 1.

IN principio creavit Deus cœlum & terram. Hæc cum in conſpectum non veniret, alta caligine tecta, ſpiritusque eam ſuperne permearet, lucem Deus fieri juſſit: quæ cum effulſiſſet, conſiderata tota materia, diſcrevit lucem à tenebris: & his nomen impoſuit noctem, illam vero diem appellavit, veſperæ & mane vocabulo exordiis lucis & quietis indito. Atque hæc quidem prima dies extitit. Moyſes autem unam eam dixit. Cujus cauſam poſſem equidem & nunc reddere: ſed quoniam promiſi, me omnium cauſas proprio volumine conſcriptas editurum, in illud tempus hanc quoque rationem differam. Poſt hæc ſecunda die cœlum univerſitati rerum ſuperimpoſuit, diſcretum à cæteris, & in ſublimi per ſe collocatum, glacieque circumpactum, & humida ac pluvia natura ob terram irroratione juvandam, competenter temperatum. Tertia vero terram ſtatuit, mari undequaque circumfuſam: eademq; die continuo plantæ ſimul & ſemina è terra ſunt exorta. Quarta verò cœlum Sole ac Luna aliisq; ſiderib⁹ exornavit, mandato eis dato, ut ſuo motu & meatu temporum anni revolutionem manifeſte indicarent. Quinta vero die animantia, tum natatilia, tum per ſublime volantia, per altũ perque aërẽ dimiſit, copulata prius & ad congreſſus geniturę cauſa comparata, qvo genus eorũ creſceret ſimul ac multiplicaretur. Sexta autem die quadrupedum genus condidit, maſculo & fœmineo ſexu diſtinctum: in hac vero hominem etiam finxit, atq; ita mundum ſex diebus univerſum, & omnia, quæ mundo continentur, Moyſes facta eſſe dicit: ſeptima autem requieviſſe Deum, & ab operibus ceſſaviſſe, quamobrem etiam nos vacationem à laboribus per hanc diem celebramus, appellantes eam ſabbatum: quæ vox requiem Hebræorum lingua ſignificat. Quin etiam naturam interpretari poſt ſeptimam diem Moyſes incepit, de hominis fabricatione in hunc modum diſſerens:

ΕΝ ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. ταύτης ἀόψιν οὔσης ἔτι ἐρχομένης, ἀλλὰ βαθεῖ μὲν κρυπτομένης σκότει, πνεύματος δ' αὐτὴν ἄνωθεν ἐπιθέοντ@, γλαυκὸς φῶς ἐκέλευσεν ὁ θεός. καὶ γλυφομένης τότε, καταυγάσας τὴν ὕλην, διεχώρησε τότε φῶς καὶ τὸ σκότος. καὶ πρὸ μὲν ἔνομα ἔθετο νύκτα, τὸ δὲ ἡμέραν ἐκάλεσεν, ἑσπέραν τε καὶ ἕῤθρον τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ἀναπαυσιν προσαγορεύσας. ἑνὸς μὲν οὖν ἡ πρώτη ἡμέρα, Μωϋσῆς δ' αὐτὴν μίαν εἶπε. τὴν δ' αἰτίαν ἱκανὸς μὲν εἰμὶ ἀποδοῦναι καὶ νῦν, ἐπεὶ δ' ὑπερέχημι τὴν παρούσαν ἁπάντων ἰδίαν συλλογισμῷ φαμὲν@ ἀποδώσειν, εἰς τότε καὶ τὴν αὐτῆς ἐρμήνειαν ἀναβάλλομαι. μὴ δὴ τοῦτο τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν, τὸ στερέωμα τοῖς ὅλοις ἐπιθήσιν, καὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων διακρίνας, καθ' αὑτὸν ἡδρυσε τετάχθαι, κρύσταλλόν τε περιπήξας αὐτῷ καὶ νότιον αὐτὸν καὶ ὑετώδη πρὸς τὴν ἀπὸ τῶν δρόσων ὠφέλειαν ἁρμονίως τῇ γῇ μηχανησάμενος. τῇ δὲ τρίτῃ, ἵσχυσε τὴν γῆν, ἀναχέας περὶ αὐτὴν τὰ πελάσσαν, καὶ αὐτῷ δὲ τὴν ἡμέραν δὴ τοῖς φυτά τε καὶ σπέρματα γῆθεν ἀνέτειλεν. τῇ δὲ τετάρτῃ, διακοσμεῖ τὸ στερέωμα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄστροις, κινήσεις αὐτοῖς ἐπιστείλας καὶ ὁδοὺς, εἰς ἂν αἱ τῶν ὡρῶν περιφοραὶ φανεραὶ σημήνειαν. πέμπτῃ δὲ ἡμέρᾳ, ζῶα τε κατ' αὐτὴν νηκτά τε καὶ μετάρσια, τὰ μὲν τῷ βάθους, τὰ δὲ ἀέρ@ ἀνῆκεν, σωθησομένους αὐτὰ κοινωνίᾳ καὶ μίξει γονῆς ἕνεκα, καὶ τὸ σωαυξάνεσθαι καὶ πολυπλατύνειν αὐτῶν τὴν φύσιν. τῇ δὲ ἑκτῇ ἡμέρᾳ, δημιουργεῖ τὰ τῶν τετραπόδων γένη, ἄῤῥεν τε καὶ θῆλυ πάντως. ἐν ταύτῃ δὴ καὶ τὸ ἀνθρώπων ἔπλασεν, καὶ τὸν κόσμον ἐν ἓξ τε πάσαις ἡμέραις Μωϋσῆς καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ φησὶ γεγενῆσθαι. τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἀναπαύσασθαι καὶ λαβεῖν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀνεχείρησαν. ὅθεν καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν πόνων τῇ ταύτην ἄγομεν τὴν ἡμέραν, προσαγορεύοντες αὐτὴν σάββατα. δηλοῖ δὲ ἀνάπαυσιν τῇ ἑβραίων διάλεκτον τὸ ὄνομα. καὶ δὴ καὶ φυσιολογεῖν μωϋσῆς μὲν τὴν ἑβδόμην ἤρξατο περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, λέγων οὕτως, ἔπλασ-

ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πνεῦμα ἐνῆκεν αὐτῷ, καὶ ψυχήν. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐτὸς ἄδαμος ἐκλήθη. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑβραίων πυῤῥόν, ἐπειδὴ ἀπὸ πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης γεγένηται. τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή. παρέλαβεν δὲ ὁ θεὸς τὸν Ἀδάμαν καὶ ζῷα θηλέα τε καὶ ἄρσενα ἀποδείξας αὐτῷ. καὶ τούτοις ὀνόματα τίθησιν, οἷς ἔτι καὶ νῦν καλοῦνται. βλέπων δὲ τὸν Ἀδάμαν οὐκ ἔχοντα κοινωνίαν πρὸς τὸ θῆλυ καὶ συνδιαίτησιν, οὐ δὲ γὰρ ἦν, ξενίζομενον δὲ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις οὕτως ἔχουσιν, μίαν αὐτὸς κατανοήσας τελείαν ἐξελὼν ἐξ αὐτῆς ἔπλασε τὴν γυναῖκα. καὶ ὁ Ἀδὰμ προσαχθεῖσαν αὐτῷ ἐγνώρισεν ἐξ αὐτοῦ γεγονυῖαν. ἡσὰ δὲ κατὰ τὴν Ἑβραίων διάλεκτον καλεῖται γυνή. τὸ δὲ ἐκείνης ὄνομα εὔα ἐστί, σημαίνει δὲ τοῦτο πάντων τῶν ζώντων μητέρα. φησὶ δὲ τὸν θεὸν καὶ φυτεῦσαι πρὸς τὴν ἀνατολὴν παράδεισον πανταχόθεν πεφυτευμένον φυτοῖς. ἐν τούτοις δὲ εἶναι καὶ τῆς ζωῆς τὸ φυτὸν, καὶ ἄλλο τὸ τῆς φρονήσεως, ᾧ διαγινώσκεται τί τε εἴη τὸ ἀγαθὸν, καὶ τί τὸ κακόν. εἰς δὲ τὸν τε τὸν κῆπον εἰσαγαγὼν τὸν τε Ἀδάμαν καὶ τὴν γυναῖκα, ἐκέλευσεν τῶν φυτῶν ἐπιμελεῖσθαι. ἄρδεται δὲ οὗτος ὁ κῆπος ὑπὸ ἑνὸς ποταμοῦ, πάσαν κυκλῷ τὴν γῆν περιῤῥέοντος, ὃς εἰς τέσσαρα μέρη διίσταται. καὶ ὁ μὲν Φεισὼν ὀνομαζόμενος, σημαίνει δὲ πλῆθος τὸ ὄνομα, ἐπὶ τὴν ἰνδικὴν φερόμενος ἐκδίδωσιν εἰς τὸ πέλαγος, ὑφ' ἑλλήνων γάγγης λεγόμενος. εὐφράτης δὲ καὶ τίγρης ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν ἄπεισιν θάλασσαν. καλεῖται δὲ ὁ μὲν εὐφράτης φορά. σημαίνει δὲ ἤτοι σκεδασμὸν ἢ ἄνθος. τίγρις δὲ, δίγλαθ ἐξ οὗ φράζεται τὸ μὴ στενόν. ὀξὺ γάρ δι' αὐτῆς αἰγυπτίου ῥεῖ. δηλοῖ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀναδιδόμενον ἡμῖν, ὃν δὴ νεῖλον ἕλληνες προσαγορεύουσιν. ὁ δὴ θεὸς τὸν Ἀδάμαν καὶ τὴν γυναῖκα τῶν μὲν ἄλλων φυτῶν ἐκέλευσε γεύεσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς φρονήσεως ἀπέχεσθαι, προεἰπὼν ἁψαμένοις ἀπ' αὐτοῦ, ὄλεθρον γενησόμενον. ὁμοφρονούντων δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ζώων ἁπάντων, ὅθεν συνδιατρίβοντα τῷ Ἀδάμαν ἡ τῇ γυναικὶ, φθονερῶς μὲν εἶχεν, ἐφ' οἷς αὐτοὺς εὐδαιμονήσειν ᾤετο, πεπεισμένους τοῖς τοῦ θεοῦ προστάγμασιν. οἰόμενος δὲ συμφορᾷ περιπεσεῖσθαι παρακούσαντας, ἀναπείθει κακοήθως τὴν γυναῖκα γεύσασθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρονήσεως, ἐν αὐτῷ λέγων εἶναι τὸ τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ διάγνωσιν, οὐ γενομένους αὐτοὺς, μακάριον, καὶ μηδὲν ἀπολειπόντας τοῦ θείου βίου. ἐκ παρακούσεται μὲν οὕτω τὴν γυναῖκα τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ καταφρονήσαι γενομένη δὲ φυτοῦ, καὶ ἡδέσματι, ἐκ τὸν Ἀδάμαν ἀνέπεισεν αὐτῷ χρήσασθαι. ἐκ συνίεσαν ἑαυτῶν ἤδη γεγυμνωμένων, καὶ σκέπην ἑαυτοῖς ἐπενόουν. τὸ γὰρ φυτὸν ὀξύτητος καὶ διανοίας ὑπῆρχεν. φύλλοις οὖν αὐτὰς συκῆς ὑπέπτευσαν. καὶ ταῦτα τοῖς αἰδοῦς περιβαλλόμενοι, μᾶλλον ἐδόκουν Ἀδαμονεῖν, ὡς ὧν πρότερον ἐπανίζον αἰσχύνης. τοῦ θεοῦ δὲ εἰς τὸν κῆπον ἐλθόντος, ὁ μὲν Ἀδὰμ ὕστερον εἰς ὁμιλίαν αὐτῷ φοιτῶν, συνειδὼς αὐτῷ τὴν ἀδικίαν, ὑπεχώρει. τὸν δὲ θεὸν ἐξένιζεν τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, δι' ἣν πρότερον ἡδόμενος τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίᾳ, νῦν φεύγει παύεσθαι καὶ πρόσεισιν. τοῦ δὲ, μηδὲν φθεγγομένου Ἀδὰμ συγγνώσεσθαι αὐτῷ ἐδόκει τοῦ θεοῦ ἐντολὴν παρακούσαντι καὶ πρόσεσθαι. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν, ἔφην ὁ θεὸς ἔγνωσται πρὸ ὑμῶν, ὅπως βίον εὐδαίμονα καὶ κακοῦ παντὸς βιώσεσθε ἀπαθῆ,

A Finxit Deus hominem humo telluris ſumpta, immiſitq; in eum ſpiritum & animam: homo autem hic vocatus eſt Adamus. ſignificat autem hoc Hebræorum lingua rufum: quandoquidem è rufa humo fermentata eſt factus. talis enim eſt intacta terra & vera. Statuit autem Deus coram Adamo diverſa animalium genera, tam maſculina quam fœminina ei oſtendens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoque nominantur. Videns autem Adamum carentem ſocietate & victu fœminæ (nondum enim erat) mirantemq;, quod reliquæ animantes ita ſe haberent: ſopito illi coſta una exempta, mulierem ex ea formavit: moxq; ut eſt adducta, ex ſe productam Adamus agnovit. Iſſa autem Hebræorum lingua vocatur mulier. hujus autē nomen erat Eva, id ſignificat matrem omnium viventium. Narrat præterea Deum hortum ad Orientem plantaſſe omni virenti planta: & in his fuiſſe arborem vitæ, & aliam ſcientiæ, per quam dignoſceretur bonum à malo. in hunc hortum cum introduxiſſet Deus Adamum cum uxore, juſſit eos plantarum curam habere. Rigatur autem hic hortus ab uno amne, univerſam in circuitu terram luſtrante, qui in quatuor diverſos alveos finditur. Horum qui Phiſon nominatur (ea vox multitudinem ſignificat) ad terram Indiam delatus, in illud ſe pelagus exonerat, Græcis Ganges appellatus. Euphrates autem & Tigris in rubrū mare exeunt: qvorū Euphrates vocatur Phora, id ſignificat vel diſperſionem vel florem. Tigris autē Diglath, quod interpretatur anguſtus ſimul & velox. Geon autem Ægyptum media ſecat: id nobis ab Oriente exortū ſignat, quem Græci Nilum appellare ſolent. Porro Deus Adamum & uxorē de cæteris plantis guſtare juſſit, una arbore ſcientiæ ſolum illis interdixit, præmonitis, ſi attigerint, confeſtim exitium eis affuturum. Cum autem per id tempus nullum eſſet inter animalia diſſidium, & ſerpens familiariter cum Adamo ac uxore degeret, invidebat eis felicitatem venturam, ſi juſſis Dei parere perſeverarent: & ratus, in calamitatem caſuros, ſi mandata neglexiſſent, malitioſe perſuadet mulieri, ut de arbore ſcientiæ guſtaret, aſſeverans, ineſſe ei vim dignoſcendi boni ac mali: de qua ſi guſtaſſent, beatam nihiloque deteriorem quam Deum vitam acturos. atque hoc pacto mulierem ſubvertit, ut mandatum Domini contemneret: quæ, guſtato arboris fructu, ciboque hoc delectata, etiam Adamo uſum ejus perſuaſit. jamque ſe nudos eſſe ſentiebant, & de tegmento ſibi diſpiciebant. arbori enim acuminis & cogitandi vis inerat. Foliis igitur ficulneis ſeſe texerunt, atque ita convelatis pudendis, videbantur ſibi feliciores, qui inveniſſent, qvo prius carebant. Mox cum Deus in hortum veniſſet, Adamus antea familiariter cum Deo colloqui ſolitus, conſcius ſibi injuſtitiæ ſecedebat. Deus autem miratus cauſam, ſcitabatur, quid ita, prius delectatus ſua conſuetudine, nunc fugitaret ac latitaret. Illo vero tacente præ conſcientia non ſervati præcepti, Deus ita infit: Equidē proſpexerā vobis, qvomodo vitam felicem omniſq; mali experte viveretis,

Geneſ. 2.

Geneſ. 3.

nulla nova cura in animo solicitati, omnibus quæcunque ad usum ac voluptatem conferunt, sua sponte vobis provenientibus, mea unius providentia citra omnem vestrum laborem aut solicitudinem: quibus fruentes vos neq; senectus celeriter opprimeret, & vita diuturna quam longissime proferretur. tu vero hanc meam sententiam ludibrio habuisti, mandato meo contemto, non enim propter bonum aliqvod taces, sed propter malam conscientiam: quare & senectus ocyor superveniat, & vita vestra minus sit diuturna. Adamus autem excusabat peccatum, & iram Dei deprecabatur, culpam in uxorem referens, & dicens, ab illa deceptum se peccavisse: at illa serpentem accusabat. Tum Deus multavit eum, quod muliebri consilio cessisset: terramque nullos posthac fructus sponte proferre jussit: laborantibus autem & opere attritis alia dare, alia negare. Evam autem parturitionibus & hoc genus doloribus castigavit, eo quod ipsa à serpente decepta Adamum eisdem dolis illectum in calamitates conjecisset. quin & serpenti vocem ademit, iratus ob malitiam, qua erga Adamum est usus: venenumq; linguæ ejus indidit, & hostem eorum declaravit: admonuitque, caput ejus plagis impetendum esse, tum quod in hoc pernicies hominis sita sit, tum quod ipsa bestia hoc pacto facillime opprimatur: ad hæc pedibus privatum trahi per terram, ac volvi fecit. His pœnis impositis, Deus Adamum & Evam ex horto in aliam regionem transtulit.

μηδεμιᾶ ξενιζόμενοι τὴν ψυχὴν φροντίδι, πάντων δ' ὑμῖν αὐτομάτων ὅσα θεὸς ἀπόλαυσιν καὶ ἡδονὴν σωτελῆ κτᾶται τὴν ἐμὴν ἀνιόντων προνοίαν χωρὶς ὑμετέρου πόνου καὶ παλαιπωρίας. ὧν παρόντων γῆρας τε θᾶττον οὐκ ἂν ἐπέλθοι, καὶ τὸ ζῆν ἐς μακρὸν ἂν ὑμῖν χρόνοιτο. νῦν δ' εἰς ταυτὴν μὲ τὴν γνώμην ἐνύβρισας, ὦ δακούσας τῶν ἐμῶν ἐντολῶν. οὐ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ τινὶ σιωπᾷς ἄγαν, ἀλλ' ὅτι συνειδὼς πονηρῷ. ἄδαμος δ' ὑπερητᾶτο τῆς ἁμαρτίας αὐτὸν, καὶ παρεκάλει τὸν θεὸν μὴ χαλεπαίνειν αὐτῷ, τὴν γυναῖκα τὸ γεγονὸς αἰτιώμενος, καὶ λέγων ὡς αὐτῆς ἐξαπατηθεὶς ἁμαρτάνειν. ἡ δ' αὖ κατηγόρει τὸ ὄφεως. ὁ δὲ θεὸς ἤθελε γυναικείας συμβολῆς αὐτὸν χρόμενον ὑπεύθυνα τιμωρίᾳ, τῷ γὰρ οὐκ ἔπι μὴν αὐτῆς τὰ ἑαυτῆς ἀναδῶσθαι αὐτομάτως εἰπὼν, πονεῖσθαι δὲ καὶ τοῖς ἔργοις τρίβομένους, τὸ μὲν παρέζειν, τὸ δὲ οὐκ ἀξιώσθαι. ὃ καὶ τοκετοῖς καὶ πόνοις ἐξ ὠδίνων ἀλγηδόσιν ἐκόλαζεν, ὅτι τὸν ἄδαμον οἷς αὐτῷ ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν, ταύτοις ὠφελημένην συμφοραῖς ὠφελέλαβεν. ἀφῄρητο δὲ καὶ τὴν ὄφιν τῆς φωνῆς, ὀργισθεὶς ὅτι κακοηθείᾳ τῇ πρὸς τὸν ἄδαμον, ἐς ἴον ἐντίθησιν ὑπὸ τὴν γλῶτταν αὐτῷ, πολέμιον ἀποδείξας αὐτῆς, καὶ ὑποτίθεμεν κατὰ τὴν κεφαλὴν φέρειν τὰς πληγὰς ὡς ἐν ἐκείνῃ τῷδε κακοῦ δ' πρὸς ἀνθρώπους κειμένου, καὶ τῆς πληγῆς βάσιν τοῖς ἀμυνομένοις ἐσομένης. ποδῶν τε αὐτὴν ἀποστερήσας, σύρεσθαι κατὰ γῆς εἱλιττόμενον ἐποίησε. καὶ ὁ μὲν θεὸς ταῦτα προστάξας αὐτοῖς πάσχειν, μετῳκίζει τὸν ἄδαμον καὶ τὴν εὔαν ἐκ δὴ κήπου εἰς ἕτερον τόπον.

CAP. III.

De posteritate Adami, & decem ætatibus usque diluvium.

Genes. 4. NAti sunt autem eis & filii mares duo, horum prior appellatus est Cain, quod interpretatur acquisitio: Abel autem secundus, ea vox luctum significat. Natæ sunt eis etiam filiæ. Hi fratres suis quisq; studiis intenti erant. Abel justitiam colebat, & omnibus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam dabat, pastoralis autem ejus erat vita. Cain vero, qvum alioqvin etiam pessimus esset, lucrumq; solum spectaret, terram quoq; arare primus excogitavit: ac postremo fratrem etiam interemit tali de causa. Qvum visum eis esset sacrificare Deo, Cain agri & arborum fructus obtulit, Abel lac & primogenita pecorum. Hujus sacrificium Deo fuit acceptius, qvod sponte naturæ genitis constaret, quam ea, quæ homo avarus & industrius per vim quandam à natura extorserat. Ideo Cain ægre ferens, prælatum sibi à Deo Abelem, interfecit fratrem, &, cadavere ejus abdito, rem clam fore putabat. Qvo cognito, Deus venit ad Cain, rogans de fratre, ubinam esset? multis enim diebus se non vidisse eum, quem reliquo omni tempore cum ipso versari animadvertisset. Tum Cain anxius, nec habens, qvod responderet Deo, primum se qvoque demirari ait, qvi factum sit, qvod frater nusquam compareat. Instante vero Deo, & accuratius inquirente, jam commotior negavit se pædagogum fratris, aut rerum ejus observatorem esse. Tum Deus coar-

Κεφάλαιον γ'.

Περὶ γλώσσης ἀδάμου καὶ τῶν αὐτοῦ δέκα γενεῶν τῶν μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ.

Γίνονται δ' αὐτοῖς καὶ παῖδες ἄρρενες δύο. θρεσσηγορᾷ δ' αὐτῶν, ὁ μὲν πρῶτος, καΐν. κτῆσιν ἡ τοῦτο σημαίνει μεθερμηνευόμενον τὸ ὄνομα. ἄβελος ἦν, ὁ δεύτερος. σημαίνει δὲ, πένθος τοῦτο. γίνονται δ' αὐτοῖς καὶ θυγατέρες. οἱ μὲν οὖν ἀδελφοὶ ἐχρῶντο ἑπιτηδεύμασιν. ἄβελος μὲν γὰρ ὁ νεώτερος δικαιοσύνης ἐπεμελεῖτο, καὶ πᾶσιν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις παρεῖναι τὸν θεὸν νομίζων, ἀρετὴ θεογνοεῖτο. ποιμνικὸς δ' ἦν ὁ βίος αὐτοῦ. καΐν δὲ, πρὸς ἅπαντα πονηρότατος ὢν, καὶ πρὸς τὸ κερδαίνειν μόνον ἀποβλέπων, γῆν τε ἀρόσει ἐπενόησεν πρῶτος. καὶ κτείνει καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ οὐκ τοιαύτης αἰτίας. θύσαι τῷ θεῷ δόξαν αὐτοῖς, ὁ μὲν καΐν ἀπὸ γεωργίας καὶ τῶν φυτῶν καρπὸς ἐπήνεγκεν. ἄβελος δὲ γάλα, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν βοσκημάτων. ὁ θεὸς δὲ ταύτῃ μᾶλλον ἥδεται τῇ θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις καὶ κατὰ φύσιν γεγονόσιν τιμῶν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου πλεονεκτοῦσι καὶ βίαν πεφυκόσιν. ἔνθεν ὁ καΐν ὠφληκὼς ἐπὶ τῷ προτετιμῆσθαι τὸν ἄβελον ὑπὸ τοῦ θεοῦ, κτείνει τὸν ἀδελφόν. καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ποιήσας ἀφανῆ, λήσειν ὑπελάμβανεν. ὁ δὲ θεὸς σαφὲς τὸ ἔργον ἦλθεν πρὸς τὸν καΐν, περὶ τοῦ ἀδελφοῦ πυνθανόμενος, ποῦ ποτε εἴη. πολλῶν γὰρ ἡμερῶν οὐκ εἶδεν αὐτὸν, τὸν ἄλλον χρόνον ἅπαντα μετ' αὐτοῦ βλέπων αὐτὸν ἀναστρεφόμενον. ὁ δὲ καΐν ἀπορούμενος, καὶ οὐκ ἔχων ὅτι λέγοι πρὸς τὸν θεὸν, ἀμηχανῶν μὲν καὶ αὐτὸς ἔφασκεν τὸ πρῶτον, ὅτι τοῦ ἀδελφοῦ μὴ βλεπομένου. παροξυνθεὶς δὲ θεοῦ λιπαρῶς ἐγκειμένου καὶ πολυπραγμονοῦντος, οὐκ εἶναι παιδαγωγὸς οὐδὲ φύλαξ αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων ἔλεγεν. ὁ δὲ θεὸς πιστεῦσαι ἤλεγχεν ἤδη τὸν

καΐν

καὶν φονέα τὸν ἀδελφὸν ἑαυτοῦ γνόμενον. καὶ θαυμάζων φησὶν, A guit Cain parricidii, mirari se dicens, qvod negaret se quicquam de fratre scire, quem ipse interemisset. & supplicium quidem qvod cæde commeruerat, ei remittit, sacrificio placatus, ne gravius in supplicem sæviret: sed male ominatus ei, & posteris ipsius, usque septimam progeniem puniturum se est comminatus: & ex illa regione extorrem una cum uxore fecit. Illo autem timente, B ne oberrans in feras incideret, atque ita periret, securum esse jussit, quod ad hoc periculum attinet, & impavide terras peragrare: & signo, ei indito, qvo nosci posset, abire procul jussit. Cain autem multas regiones una cum uxore emensus tandem Naida condidit: id loci nomen est: atq; illic sedem optavit, ubi etiam liberos procreavit. Cæterum tantum abfuit, ut hac castigatione in melius vitam mutaverit, ut pejor etiam sit factus, suis voluptatibus vel cum aliorum injuria indulgens: & facultates domesticas per vim ac rapinas accumulans, accitis undecunque latrociniorum & nequitiæ sociis, magister illis ad facinorosam vitam est effectus. Adhæc simplicem hactenus vivendi rationem, excogitatis mensuris & ponderibus immutavit, pristinamq; sinceritatem & generositatem ignaram talium artium in novam quandam versutiam depravavit. Primus agrorum terminos fixit, urbemque extruC ctam & communitam coactis in unum domesticis & clientibus inhabitandam tradidit. Enosæ nomine impositio ab Enoso liberorum natu maximo. Is Jaredum genuit, ex qvo Malalehel, & ex eo deinceps Mathusala est progenitus. huic Lamechus fuit filius, qui liberos habuit septuaginta & septem, ex duabus susceptos uxoribus, Sella & Ada. Ex his Jobel ex Ada natus, tabernaculis D constructis, pastorali cultu ac victu fuit contentus. Jubal vero germanus ejus musicæ operam dedit, psalteriumq; & citharam invenit. Thobel autem unus ex altera uxore prognatorum viribus excellens rem militarem egregiè tractavit, cujus artibus & opes ampliores, & victum lautiorem sibi comparavit. quin & æraria primus est commentus, & filiæ factus est pater unius, noE mine Naamæ. Porro Lamechus divini juris non imperitus, videns pœnas se exoluturum parricidii à Caino perpetrati, uxoribus suis hoc indicavit. Cæterum, superstite etiam tum Adamo, Caini soboles sceleratissima evasit, dum posterior qvisq; fit deterior, nec solum imitatur priorum vitia, sed & superat, interim nec à bellis, nec à latrociniis temperando: & qui à cædibq abstineF bant, alioquin avare & superbè inter suos vivebant. Adamus autem, qui primus è terra factus, ut ad illum oratio nostra recurrat, posteaquam Abel esset mactatus, & Cain propter cædē solum vertisset, procreandis liberis operam dedit, quod magno prolis desiderio teneretur, annos jam natus triginta supra ducentos: quibus cum accessissent septingenti, tandem vita defunG ctus est. ex hujus liberis, quos complures habuit, fuit etiam Sethus. sed quia de aliis longum esset narrare, de solo Setho mentionem faciam. hic a patre educatus, ubi eo ætatis venit, ut jam, quod rectum est, discernere valeret, virtutis studiis se totum dedidit: & cum ipse vir optimus evasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit. qui quoniam erant omnes bona indole præditi,

& patriam absq; seditione incolebant, in perpetua felicitate vitam exegerunt. & sideralem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem excogitaverunt. ne autem inventa sua ex hominum notitia dilaberentur,& prius perirent,quam pernoscerentur, scientes Adamum universalem rerum interitum præcecinisse,unum incendio, diluvio alterum, excitatis duabus columnis utriq; sua inventa inscripserunt: ut,si lateritiam diluvio deleri contingeret,lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. ajunt enim lapideam illam ab ipsis dedicatam, quæ & nostris temporibus extat in terra Syria.

CAP. IV.

De diluvio,& quomodo Noe in arca cum familia servatus habitarit in campo Senaar.

Genes.5.6. IN hunc modum per septem generationes perseveraverunt,unum Deum colentes omnium rerumDominum,semperque virtutis respectum habentes. Procedente dein tempore à patriis institutis degenarunt,neque humana jura servantes,neque Deo consuetos honores persolventes. & qui prius certatim virtutem exercuerant,postea duplo majore studio malitiam consectabantur: atque ita Deum infensum sibi reddiderunt, nam multi angeli Dei cum mulieribus congressi progeniem procreaverunt insolentem,& fiducia roboris omne jus & fas contemnentem: quorum facinora non absimilia his, quæ de gigantibus Græci memorant, posteritati sunt tradita. Noë autem facta eorum moleste & indigne ferens, suadebat, ut in melius voluntates ac opera sua transmutarent: verum cum videret illos sibi non parere,totosque vitiorum dulcedini succumbere, veritus, ne & se & familiam suam interimerent,secedens cum suis in aliam regionem migravit. tum Deus viri justitia delectatus, non ejus solum seculi homines extremæ malitiæ damnavit: sed cum decrevisset, universum humanum genus extinguere,aliudque novum & à vitiis purum instaurare, primum vitam eorum breviore spatio circumscripsit, & abrogata longævitate,intra centum & viginti annos coercuit, dein continentem terram in pelagi faciem transmutavit, atque ita genus illud abolevit universum. Noe autem solus est servatus, divino oraculo viam evadendi & rationem edoctus talem: Arcam quatuor contignationum exstruxit longitudine cubitorum trecentorum, latitudine quinquaginta,patentem in altum cubitos triginta,in eam cum matre liberorum suorum,eorumque conjugibus conscendit:impositus prius,quæ ad vitam sustentandam forent usui, & omne genus animantibus ad seminarium conservandum jugatim pro sexus ratione introductis,& quibusdam ex his septenarium usque numerum. erat autem arca tam tecto quam lateribus firmis contra omnem vim tempestatum,& undarum insultum. In hunc modum servatus est Noe cum familia, gentis successione ab Adamo decimus. nam a Lamecho est genitus, cui pater fuit Mathusala.hic autemEnochi fuit filii Jaredi,Malahelo geniti, qui cum pluribus fratribus ex Cainane prognatus fuerat Enosi filio.Enosus vero Sethi filius erat,Adami nepos.contigit autem hæc vastitas anno ætatis Noe sexcentesimo,mense secundo,

γῆν τὸ τὴν αὐτοῖ ἀσεσίασοι κατωκήσαντες, ἀδάμου μόνησαν μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι τελευτῆς δυσκόλου πεφανεσόντος. σοφίαν τὲ τ ὤφει τὰ ὐράνια καὶ τ τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν. ὑσὸς ὃ δ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ ὐρημένα, μὴ ὃ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθορᾶς, πρηνηκότος ἀφανισμὸν ἀδάμου τῶν ὅλων ἐσεσθαι, τ μὲν κατ' ἰσχὺν πυρος, τ ἕτερον ὃ κ βίαν ὑδατος, ἡλας δύο πιναξὶ μένοι, τ μὲν ὐκ πλίνθου, τοῦ δ' ἑτέραν ὐκ λίθων, ἀμφοτέρας ἐνέγραψαν τὰ ὐρημένα. ἵνα καὶ τῆς πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑσὸ τ ἐπομβρίας ἡ λιθίνη μένασα παράσχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα δηλοῦσα. καὶ πλινθίνου δ' ὑσ' αὐτῶν ἀναπεφηνας. μένει δ' ἄχρι δεῦρο κ τοῦ συρμάδα.

Κεφάλαιον δ'.

Ως ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, καὶ ὁ ἐν τροπὴν νῶχος σωθεὶς λάρνακι μ τῶν συγγενῶν κατῴκησεν ὲν τῷ σιναρῶ πεδίῳ.

ΚΑὶ ὅτι μὲν ἑπτὰ γενεαῖς διέμειναν θεὸν ἡγούμενοι δεσπότην εἶναι τῶν ὅλων καὶ πάντα πρὸς ἀρετὴν ἀποβλέποντες. εἶτα μεταβάλλον πρὸς τὸ χεῖρον ὐκ τῶν πατρώων ἐθισμῶν, μήτε τὰς νενομισμένας τιμὰς ἐπὶ τοῦ θεῷ παρέχοντες, μήτε δ' πρὸς ἀνθρώπους δικαίᾳ πεπέμφθαι λόγον. ἀλλ' ἰῷ πρότερον ἔχον τῆς ἀρετῆς ζήλωσιν, διαλασίονα τῆς κακίας τὸ ἀπιδεικνύμενοι δι' ὧν ἐπρατον. ἐνῆεν αὐτοῖς τ θεὸν ἐξεπολέμωσαν. πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι θεοῦ γυναιξὶ συμμιγῆτες, ὑβριστὰς ἐγέννησαν παῖδας, καὶ πάντ ὑπερόπτας καλοῦ, διὰ τ ὑπὶ τῇ δυνάμει πεποίθησιν. ὁμοια τοῖς ὑπὸ γιγάντων πεπλασμένοις ὑφ' ἑλλήνων, καὶ ὅτι δράσαι φασὶ δίδον. ὁ νῶχος ὃ τοῖς ὑπ' αὐτῶν πραττομένοις δυχεραίνων καὶ ἀληθῶς ἔχων, ἐπειθεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τ διανοιαν καὶ τὰς πράξεις μεταφέρειν. ἐρῶν δ' οὐκ ἐνδιδόντας ἀλλ' ἰσχυρῶς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τῶν κακῶν κεκρατημένους, δείσας καὶ μὴ φονεύσωσιν αὐτὸν μ γυναικῶν καὶ τέκνων, καὶ τῶν πρὸς τοῖς οἰκείων, ἐξεχώρησε τῆς γῆς. ὁ ὃ θεὸς τοῦτον μὲν τ δικαιοσύνης ἠγάπησε. κατεδίκαζε ὃ οὐκ ἐκεῖν μόνον τ κακίας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅσον ἦν ἀνθρώπινον πεπεδόξαν αὐτῷ διαφθεῖραι, καὶ ποιῆσαι γῆν ἕτερον παντὸς καθαρὸν ἀπιτεμόμενος αὐτῶν τ βίον, ἐ πλείους ἐτῶν οὐκ ὄσα πρότερον ἔζων, ἀλλ' ἑκατὸν εἴκοσιν, εἰς θάλασσαν τ ἤπειρον μετέβαλε. καὶ οἱ μὲν ἄτως ἀφανίζοι τοὺς πάντας νῶχος ὃ σώζε μόνον, ὑπὸ τε μὲν ἐ μηχανὴν αὐτῷ ἐ πρὸν πρὸς σωτηρίαν τοῦ θεοῦ, τοιαύτην. λάρνακα πετράστεγον κατασκευάσας, τὸ μῆκος πηχῶν τριακοσίων, πεντήκοντα ὃ τὸ πλάτος, καὶ τεσσαράκοντα βάθος, εἰς ταύτην σὺν τῇ μητρὶ τῶν παίδων καὶ ταῖς τούτων γυναιξὶν ἐνέβη, τά τε ἄλλα ὅσα πρὸς τὰς χρείας αὐτοῖς ἐπικουρήσειν ἐμελλεν ἐνθέμενος, ζῶά τε παντοῖα πρὸς διατήρησιν τοῦ γένους αὐτῶν, ἀρρενά τε καὶ θήλεα συνεισβαλόμενος, ἄλλά τε τούτων ἑπταπλασίονα τ ἀριθμόν. ἦν δ' ἡ λάρναξ τὰς τε τοίχους καρτερὰ ἐ τ ὄροφον, ὡς μηδαμόθεν ἐπικλύζεσθαι, μηδ' ἡπλάσθαι τ τοῦ ὕδατος βίας. καὶ ὁ νῶχος μὲν οὕτω μ τῶν οἰκείων διατώζε, ἦν δ' αὐτὸς μὲν, ἀπὸ ἀδάμου δέκατος. λαμέχ γάρ ἐστιν υἱὸς, οὗ πατὴρ ἦν μαθουσάλας. οὗτος ὃ ἦν τῷ ἑνώχου δ' ἰαρέδου, μαλαήλε ὃ ἰαρέδος ἐγένετο, ὃς ὐκ κάϊος τεκνῶ τῷ ἑνώσου σὺν ἀδελφαῖς πλείοσιν. ἑνως ὃ σήθου υἱὸς ἦν τοῦ ἀδάμου. συνέβη ὃ τοῦτο τὸ πάθος κ τὸ ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἤδη νῶχε τ ἀρχῆς, ἐν μηνὶ δευτέρῳ,

δίω μὴν ὃν μακεδόνων λεγομένῳ. μαρσουάνη ὃ ἐστὶ
ἑβραίων. οὕτω γὰρ αἰγύπτιοι τὸν ἴδιον αὐτῶν ἐκάλε-
σαν. μωυσῆς δὲ τὸν νισὰν ὃς ἐστὶ ξανθικὸς, μῆνα
πρῶτον εἰς τοὺς ἑορτασίους ἔθεσεν, ἐν ᾧ τὸν ἐξ αἰγύπτου
τοὺς ἑβραίους μεταγαγών. ἔτος δ' αὐτῷ καὶ πρὸς ἁπά-
σας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἦρχεν. ὅθεν μὴν τοιγε ὠνὰς
καὶ πράσεις καὶ τἄλλα διοικήσιν, τὸν πρῶτον κόσμον
διεφύλαξε. τῷ δὲ ἐπιμέλειαν ἄρξασθαι φησὶν ἑβ-
δόμη τοῦ προκεχωρηκότος μηνὸς καὶ εἰκάδι. ἐγένετο δὲ ὃ ἔτος
ἀπὸ ἀδὰμ τοῦ πρώτου γεγονὸς ἐτῶν ὑπῆρχε δισχι-
λίων ἑξακοσίων πεντήκοντα ἕξ. ἀναγέγραπται δὲ ὁ
χρόνος ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, σημειουμένων μὲν πολλῆς
ἀμβλείας τῶν τότε καὶ τὰς ἡλικίας τῶν ἀπογόνων ἀν-
θρώπων καὶ τοὺς πλόους. ἀδάμῳ μὲν ἦν τριακοσιοστὸν ἤδη
καὶ δισχιλιοστὸν ἔτος γεγονότι, πῶς οὗτος γένηται. ὃς ἐ-
νενήκοντα μὲν καὶ τριακόσια ἐβίωσεν ἔτη. σῆθος δὲ, ᾧ
πατὴρ καὶ ἀδὰμ ὑπῆρξεν, ἐγέννησεν ἔνωσον. ὃς δω-
δεκάτῳ ζήσας ἔτει καὶ ἐννακόσια, καϊνᾶν τῷ παιδὶ τὸν
τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν παραδίδωσι, πενταε-
καιδεκάτῳ καὶ ἐννεηκοστῷ ἔτει ἔτος ἐβίωσεν ἕν καὶ πέντε καὶ τοῖς ἐννακοσίοις. καϊνᾶς δὲ
βιὰς δέκα καὶ ἐννακόσια, μαλέλεηλ υἱὸν ἔσχεν ἔτει γε-
νέσθαι ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ. ἔτος ὁ μαλέηλ ζή-
σας πέντε καὶ ἐννενήκοντα καὶ ὀκτακοσίοις ἐτελεύτησεν
ἄρδον καταλιπὼν υἱόν. ὃς ἔτει ἤδη δεύτερον καὶ ἑξηκο-
στὸν καὶ ἑκατοστὸν γενόμενος, ἐγέννησεν ἔνωχον εἰς δύο καὶ
ἑξήκοντα καὶ τοῖς ἐννακοσίοις βιώσαντα. ἔνωχον δὲ ὁ
υἱὸς ἰάρδεχος ἐγεννηθὴς ἔτει δύο καὶ ἑξήκοντα καὶ
ἑκατὸν τὰς πατρὸς αὐτῷ τυγχάνοντος, ἔτος ζήσας
πάντα καὶ ἑξήκοντα καὶ τοῖς τριακοσίοις, ἀνεχώρησε πρὸς
τὸ θεῖον, ὅθεν οὐδὲ τελευτὴν αὐτοῦ ἀναγεγράφασιν.
μαθουσάλας δὲ ἐνώχου παῖς καὶ ἔτος αὐτῷ γεγονὼς
ἑβδομηκοστὸν καὶ ὀγδοηκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν, λάμεχον υἱὸν ἔσχε,
ἔτη γεγενότα δύο καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑπτακόσια. ᾧ τὴν
ἀρχὴν παρέδωκεν, αὐτὸς, αὐτὴν καταρχὴν ἐννέα καὶ
ἑξήκοντα ἔτη ἐννακοσίοις. λάμεχος δὲ ἄρξας ἑπτὰ ἔτη
ἑπτακοσίοις ἔτεσι, νῶχον τῶν πραγμάτων ἀποδείκνυ-
σιν πρεσβύτερον υἱὸν, ὃς λαμέχῳ γηρομένῳ, δεύ-
τερον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος λευκότι ἐννακοσίοις ἔτεσιν
ἤρξατο πραγμάτων. ταῦτα σημαινόμενα τοῖς ἔτη, τὸ
παρεγγραμμένον συμπληροῖ χρόνον. ἐξετάζετω δὲ
μηδὲς τὰς τελευτὰς τῶν ἀνδρῶν, τοῖς γὰρ αὐτῶν παι-
σὶν καὶ τοῖς ἐκείνων ἀπογόνοις συμπαρεξέτεινεν τὸν
βίον, ἀλλὰ τὰς γηρύσεις αὐτῶν μόνον ὁράτω. Ἐπισ-
μαίνοντος δὲ γεοῦ, καὶ ὕειν ἀρξαμένου, τὸ ὕδωρ ἡ-
μέρας πεντακοσίας ἔλαας κατέφερετο ὡς ὅτι πή-
χεις πέντε καὶ δέκα τὸν γῆν ὑπερέχον. καὶ ἔστω δὲ τὸ
αἴτιον τοῦ μὴ ἀμαυρῶσαι πλείονας φυγῆς ἀφορμὰς
ἐκ ἔχοντας. παυσαμένου δὲ ἐκείνου, μέλας ἤρξατο
καθορᾶσθαι τὸ ὕδωρ ἐφ' ἡμέρας ἑκατὸν καὶ πεντήκον-
τα, ὡς μὲν ἑβδόμῳ, ἰσταμένου δὲ νέου ἑβδόμῃ. ἔπειτα
τῆς λάρνακος ἐκ ἄκρον τινὰ ὄρους σαθείσης καὶ
τὸν ἀρυμὸν, σωσὶς ὁ νῶχος, ἀνοίγα ταύτην. καὶ
ἀσκυθρωπὸν γῆν βεχείαν ἐκ αὐτῆς, ἐπεὶ χεν-
γάρας ἤδη γεγονὸν ἐλπίδος, ἠρέμει. ὀλίγας δὲ ὕστε-
ρον ἡμέρας μᾶλλον ὑποχωρούσης δὲ ὕδατος, με-
ταπέμψασθαι βουλόμενος καὶ θεῖναι εἰ καὶ τὸ ἄλλο τῆς
γῆς ἐκλελειμμένον ὑπὸ δὲ ὕδατος, ἀσφαλὲς ἐστὶν ἤδη
πρὸς ἔκβασιν. ὃ πᾶσιν ἱεροῖς ἔτι λιμεναζομένοις πρὸς
νῶχον ἐποίησε. μετὰ δὲ ἡμέρας ἑπτὰ πρεσβυτέραν ὅτι

qui Dius à Macedonibus vocatur, ab Hebræis Marsonane. sic enim Ægyptii distinxerunt annũ. Mosesautem Nisan, qui est Xanthicus, mensem primum in suis fastis ordinavit, quod per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset. eundem etiam omnium, quæ ad rem divinam pertinerent, exordium fecit: alioqui, quod ad nundinationes rerum venalium, reliquamq; dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu annotavit. Vim autem imbrium cœpisse ait vigesima septima jam dicti mensis post annum ab Adamo primo homine bis millesimum sexcentesimum quinquagesimum sextum. hoc spatium temporis relatum est in sacros codices, diligenter annotantibus priscis illustrium virorũ tam natales quam obitus. Adæ siquidem, qui nongentos & triginta vixit annos, cum esset triginta & ducentorum annorum, Sethus filius natus est: Sethus autem ducentesimo & quinto anno genuit Enosum. qui dum quinque & nongentis vixisset annis, Cainano filio suo rerum curam tradidit, quem genuerat anno centesimo nonagesimo. hic vixit annis decem & nongentis. Cainan, cum vixisset decem & nongentis annis, Malalehelem filium dereliquit, quem genuit anno ætatis centesimo septuagesimo. Iste Malalehel, cum vixisset quinq; ac nonaginta & octingentis annis, defunctus est, Jaredum filium derelinquens, quem genuit, qvum sexaginta duorum & centum esset annorum. cui novem & sexaginta & nongentis annis viventi Enochus filius successit, natus, cum sexaginta duorum & centum annorum pater ejus existeret, qui, exactis trecentis sexaginta quinque annis, discessit ad Deum: unde finis ejus non invenitur esse conscriptus. Matusala autem Enochi filius, quinto ei & centesimo natus anno, Lamechum filium habuit, qvum esset annorum octoginta septem & centum: cui tradidit principatum, quem ipse tenuerat annis nongentis sexaginta & novem. Lamechus autem cum habuisset principatum annis septingentis & septem, Noe filium suum rebus præfecit: qui de Lamecho natus est, agente annum ætatis secundum & octogesimum supra centesimum. quiq; quinquaginta & nongentis annis rerum administrationi præfuit. Hi anni, in unam summam contracti, supra scriptum tempus conficiunt. Non sunt autem disquirendi obitus virorum illorum: cum liberis enim suis agebant vitam, eamque usq; ad ipsorũ nepotes extendebant: sed natales tantum eorum in hac ratione sunt spectandi. Cæterum Deus, signo dato, imbres emisit: qui, cum nonaginta continuis diebus ruerent, ad quindecim cubitos aqua super terram extitit: quæ causa omnem salutem ademit, non habentibus, quo se in tutum reciperent. centesima autem & quinquagesima die, postquam pluere desiit, tandem cœperunt aquæ sidere, mense septimo, vicesimo septimo die mensis. destituta deinde arca in vertice montis cujusdam in Armenia, sentiens hoc Noë, aperuit eam: & videns circa ipsam aliquantulum terræ, meliore spe concepta, paulisper quievit. mox post paucos dies magis recedente aqua, emisit corvum, cupiens cognoscere, si qua alia parte terrarum aquæ decessissent, ut tutò exscendere posset. at ille, comperto, totum adhuc stagnare, ad Noë est reversus. is post septem dies co-

Genes. 7. 8.

lumbam ad explorandum terræ ſtatum emiſit. A quæ cum lutata & frondem olivæ ferens rediſſet, intellecto, terrã a diluvio jam eſſe liberatam, poſtquam alios ſeptem dies exſpectaſſet, animantes ex arca emiſit: & ipſe quoque cum liberis egreſſus, mactatis Deo victimis, epulabatur una cum familia. Apobaterion, id eſt egreſſorium, loco nomen Armeni fecerunt. Hujus autem diluvii & Arcæ meminerunt omnes barbaricæ hiſtoriæ ſcriptores, & in his Beroſus Chaldæus. narrans enim de hoc diluvio ſic fermè ſcribit: Fertur autem & navigii hujus pars in Armenia apud montem Cordyæorum ſupereſſe, & quosdam bitumen inde abraſum ſecum reportare, qvo vice amuleti loci ejus homines uti ſolent. Meminit horum & Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum ſcripſit, & Mnaſeas, & alii plures quin & Nicolaus Damaſcenus libro nonageſimo C ſexto de his rebus narrat in hæc verba: Eſt ſuper regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluvii tempore ſervatos ferunt, & quendam arca vectum in hujus vertice hæſiſſe, ac reliquias lignorum ejus longo tempore duraviſſe. qui fortaſſis is fuit, de quo etiam Moſes ſcribit Judæorum legislator.

Geneſ. 8. Noë autem veritus, ne Deus, damnatis ad interitum hominibus, per ſingulos annos terram inundaret, victimis incenſis, precabatur, ut in poſterum priſtinus rerum ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitas, per quam univerſum animalium genus in ſalutis periculum adduceretur: utque affectis merito ſupplicio ſceleſtis, parceret innocentibus: quos ipſe ſuperſtites eſſe voluerit, & ſua ſententia abſolverit. alioqui miſeriore conditione ipſos fore & gravius damnatos, ſi non in univerſum incolumes alteri diluvio reſervarentur, & prioris pavorem ac ſpectaculum perpeſſi, & poſterioris exitio deſtinati. orabat igitur, acciperet ſacrificium propitius, neve ullam poſthac tantam iram contra terram conciperet: ut operibus ſuis eam excolerent, &, urbibus exſtructis, feliciter vitam degerent, nullis commodis carentes, quibus ante cataclyſmum fruebantur, & ad extremam ſenectutem longævitatemqve, qvalis majorum ſuorum fuerat, pervenientes.

His precibus finitis, Deus juſtitia viri delectatus, votis ejus annuit, negans ſe deletis interitus autorem fuiſſe: ſed ipſos ſibi ſuapte malitia debitas pœnas acciviſſe. Si enim deletos cuperet, G nunqvam in hanc vitam eos introducturum fuiſſe. Potius enim eſſe, ne dare qvidem vitam, qvàm eos, qvibus dederis, perdere. ſed continuis, inqvit, contumeliis, qvibus pietatem mihi debitam violabant, coëgerunt me, vindictam de ſe ſumere. non ſum autem poſthac tam iracunde pœnas peccatorum exacturus, præſertim te deprecatore. qvod ſi qvando majores tempeſtates concitavero, cavete, expaveſcatis ob *Geneſ. 9.* vim imbrium. nunqvam enim in poſterum aqvæ terram ſunt inundaturæ. Jubeo tamen, ut ab humana cæde puras manus abſtineatis, &, qvi contra fecerit, ſeverè puniatis. aliorum animalium uſum ad voluntatem ac libitum veſtrum permitto.

τὸ γνῶναι τὰ τῶν ἐπὶ τῆς γῆς περιπεμψεν. ὑπανελθούσης δὲ πεπλωμένης ἅμα, καὶ θαλὸν ἐλαίας κομιζούσης, καὶ μαθὼν τὴν γῆν ἀπηλλαγμένην τοῦ κατακλυσμοῦ, μείνας ἄλλας ἑπτὰ ἡμέρας, τὰ ζῶα τῆς λάρνακος ἐξαφῆκεν. αὐτὸς τε μετὰ τῆς γυναικὸς προελθὼν, καὶ θύσας τῷ θεῷ, συνευωχεῖτο τοῖς οἰκείοις. ἀποβατήριον τὸν τόπον τοῦτον ἀρμένιοι καλοῦσι. ἐκεῖθεν δὲ ἀναστωθείσης τῆς λάρνακος, ἔτι νῦν οἱ ἐπιχώριοι τὰ λείψανα ἐπιδεικνύουσι. τοῦ δὲ κατακλυσμοῦ τούτου καὶ τῆς λάρνακος μέμνηται πάντες οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγράφοντες, ὧν ἐστι καὶ Βηρωσσὸς ὁ χαλδαῖος, διηγούμενος τὰ περὶ τὸν κατακλυσμὸν, ἔτι που διέξεισι. λέγει δὲ καὶ ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ ἀρμενίᾳ περὶ τὰ ὄρη τῶν κορδυαίων ἐπιμέρους τινὰ εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τοῦ ἀσφάλτου ἀφαιρουμένους. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπασμούς. μέμνηται δὲ τούτων, καὶ ἱερώνυμος ὁ αἰγύπτιος, ὁ τὰ ἀρχαιολογίαν τὴν φοινικικὴν συγγεγραφώς. καὶ μνασέας δὲ, καὶ ἄλλοι πλείους. καὶ νικόλαος δὲ ὁ δαμασκηνὸς, ἐν τῇ ἑνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν, λέγων ἔτως. ἔστιν ὑπὲρ τὴν μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν ἀρμενίαν, βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει σωθῆναι. καί τινα ἐπὶ λάρνακος ἐκπεσόντα, ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. ἦν δ' ἄν ἔτος ὃν τινα καὶ μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν ἰουδαίων νομοθέτης, νῶχος ὁ φοβούμενος μὴ καθ' ἕκαστον ἔτος ἐπικλύζῃ τὴν γῆν ὁ θεὸς φθορὰν ἀνθρώπων καταψηφισάμενος, ἱερεῖα καίσας ἐδεῖτο τοῦ λοιποῦ τὸν θεὸν ἐπὶ τῆς πρώτης μένειν εὐταξίας, καὶ μηδὲν ἐπὶ πλεῖστον ἐπενεγκεῖν πάθος, ὑφ' οὗ κινδυνεύσῃ πᾶν ἀπολέσθαι τὸ τῶν ζώων γένος. ἀλλὰ τετιμωρημένων τοὺς πονηροὺς φείδεσθαι τῶν διὰ χρηστότητα ἐπιλειφθέντων, καὶ τὸ δεινὸν διαφυγεῖν κεκελευσμένων. κακοδαιμονέστερους γὰρ τούτους ἔσεσθαι ἐκείνων καὶ χείρον κατακριθησομένους, εἰ μὴ πρὸς τὸ παντελὲς εἶεν σεσωσμένοι, τηρηθεῖεν ἑτέρῳ κατακλυσμῷ, τῷ μὲν πρώτου τὸν φόβον καὶ τὴν ἰσορροπίαν παύοντες, τοῦ δευτέρου δὲ τὴν ἀπώλειαν, ὁμοίως τε οὐκ αὐτὸν προσδέχεσθαι τὰς θυσίας παρεκάλει, καὶ μηδεμίαν ὀργὴν ἔτι τὴν γῆν ὁμοίαν λαβεῖν, ὅπως τε τοῖς ἔργοις αὐτὴν προσλιπαροῦντες, καὶ πόλεις ἀναστήσαντες, εὐδαιμόνως ζῆν ἔχοιεν, καὶ μηδενὸς ὧν καὶ πρὸ τῆς ἐπομβρίας ἀπέλαυον ὑστερήσειν ἀγαθῶν, εἰς μακρόν τε τὸ γῆρας καὶ βίου μῆκος ὁμοίων τοῖς πάλαι ἐπερχομένοις. νεύσου δὲ πάντας ποιησαμένους τὰς ἱκετείας, ὁ θεὸς ἐπὶ δικαιοσύνῃ τὸν ἄνδρα ἀγαπῶν, ἐπένευσεν αὐτῷ τὰς εὐχὰς εἰς τέλος ἄξειν, ἔτε τοὺς διεφθαρμένους λέγων αὐτὸς ἀπολέσαι, κακίας δὲ τ οἰκείαν ταύτην αὐτοὺς ὑπασχεῖν τὴν δίκην. ἔτ' ἂν εἰ ἡμομένους ἀνθρώπους ἀφανίσαι διεγνώκει παραγαγεῖν αὐτοὺς εἰς τὸν βίον σῶφρον δὲ εἶναι μηδὲ τῷ δεχθῆναι αὐτοῖς χαρίσασθαι τὰ ζῆν, ἢ δόντα τούτους διαφθεῖραι, ἀλλ' οἷς ἐξύβριζον εἰς τὴν ἐμὴν εὐσέβειαν καὶ ἀρετὴν, τούτοις ἐξεδίασαντό με ταύτην αὐτοῖς ἐπιθῆναι τὴν δίκην. παύσομαι δὲ ὅλοιτο μὴ τοσαύτης ὀργῆς τὰς τιμωρίας ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασιν ἐπιτεραπτέμενον, καὶ πολὺ μᾶλλον σοῦ τῶδε καλοῦντος. εἰ δὲ ἐπὶ πλέον ποτὲ χειμάσαιμι, μὴ δείσητε τῶν ὄμβρων τὸ μέγεθος. οὐ γὰρ ἔτι τὴν γῆν ἐπικλύσῃ τὸ ὕδωρ. παραινῶ μέντοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι, καὶ καθαρεύειν φόνου, καὶ δράσαντάς τι τοιοῦτον κολάζοντας. χρῆ-

HEbræorum autem fama longè lateque divulgata, rumoribusque de his per omnes gentes circumquaque ſparſis, non mediocris metus accolas ejus regionis occupavit. & miſſis ultro citroq; legationibus, adhortabantur ſe invicem, ut aut arcerent, aut delerent etiam, ſi modo poſſent, adventantem multitudinem. præcipui vero hujus expeditionis inſtigatores erant, qui Gobolitidem regionem & urbem Petram incolunt, vocanturque Amalecitæ, inter eas gentes pugnaciſſimi. horum reges & ſe invicem & finitimos ad Hebraicum bellum concitabant, externum exercitum, Ægyptiorum fugitivos, perniciem ſibi ſtruere dictitantes: quos non oportere contemni, ſed priusquam vires eorum augeantur uberem aliquam regionem adeptæ, & fiducia ex ipſorum ceſſatione concepta, priores bellum aggrediantur, tuto poſſe opprimi, conſultiusque eſſe in deſerto eorum conatus ulciſci, quam expectare, dum urbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim eſſe prudentium, initiis adverſariorum potentiæ quam primum obſtare, nec expectare, dum quotidianis ſucceſſibus in majus augeatur, & potius curare, ne in diſcrimen veniant, quam ut periculo eximantur. Poſt hujuſmodi legationes decretum eſt communi conſilio, ut Hebræos adorti prælio repellere conentur. Nihil tum minus expectabat Moyſes, quam motum aliquem indigenarum: ergo cum videret trepidare ac tumultuari populum, cui de improviſo & imparato cum inſtructiſſimo hoſte conſligendum erat, hortatur, ut Dei ſententia freti, cujus auſpiciis libertatem ſervituti prætuliſſent, nihil aliud quam victoriam cogitarent: ne vereputarent, qvod armis, pecuniis, commeatu & aliis hujuſmodi præſidiis ſint inferiores: ſed cum Deum pro ſe contra hoſtes ſtantem habeant, tales animos conciperent, ac ſi humanis etiam opibus eſſent longe ſuperiores. nec ignorare illos, quantus ſit adjutor, toties in gravioribus malis expertos, hunc & hoſtibus eſſe infenſum, & Hebræis propitium: eumque favorem ſatis declaratum, dum famem ac ſitim prodigioſe ab eis depellit, dum mari & monte incluſis inſperatum effugium expedit. adhæc tanto magis ad victoriam aſpirandum, quod poſt hanc nihil ſint deſideraturi eorum, quæ ad humaniorem victum pertinere videntur. Talibus dictis animato populo, convocatisque tribunis & optimatibus, univerſos & ſingulos hortatur, juniores quidem, ut grandiorum dicto audiant; hos vero, ut omnes imperatoris ſui nutus obſervent. at illi periculum contemnentes & conflictus cupidi, ſperabant hanc pugnam miſeriæ finem allaturam, & ultro Moyſen rogabant, ut ſe confeſtim in hoſtem duceret, neve intempeſtiva cunctatione alacritatem militum hebetaret.

Τοῦ δὴ τῶν Ἑβραίων ἐνόματος ἤδη πολλὴν καὶ πάντας ἀλεόωμένου, καὶ περὶ αὐτῶν λόγους φοιτῶντος, ἐν φόβῳ συνεῖχεν ὀλίγους μικρῷ τοὺς ἐπιχωρίους εἶναι. καὶ πρεσβεύόμενοι πρὸς ἀλλήλους παρεκάλουν ἀμύνειν καὶ πειρᾶσθαι τοὺς ἄνδρας ἀλαφήρεις ἐπιγόντας ἢ οἱ πρὸς τοῦτο ἐναγόντες, οἵτε τὴν Γωβολίτιδα, καὶ τὴν πέτραν κατοικοῦντες, οἱ καλοῦνται μὲν Ἀμαληκῖται, μαχιμώτατοι δὲ τῶν ἐκεῖσε ἐθνῶν ὑπῆρχον. ὧν πεισθέντες οἱ βασιλεῖς, ἀλλήλους τε καὶ τοὺς πλησίους ἐπὶ τὸν πρὸς Ἑβραίους πόλεμον παρεκάλουν, σφετέραν ἀλκὴν φυλὸν καὶ τῆς αἰγυπτίων ἀποδράντα δουλείας ἐφεδρεύειν αὐτοῖς λέγοντες, ὃν οὐ καλῶς ἔχειν περιορᾶν, ἀλλὰ πρὶν ἢ λαβεῖν ἰσχὺν καὶ παρελθεῖν εἰς ἀπόρειαν, καὶ αὐτοὺς τῆς πρὸς ἡμᾶς κατάρξαι μάχης ἀσφαλὲς καὶ σῶφρον, δίκλειν αὐτοὺς καὶ πρὶν τῆς ἐρήμου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πεπραχθέντων ἀπαυθαδίσασθαι. ἀλλ' οὐχ ὅτως ὅταν ταῖς πόλεσιν ἡμῶν καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιβάλλωσιν τὰς χεῖρας. οἱ δ' ἐχόμενοι δυνάμεν ἐχθρῶν πειρώμενοι κατάλυειν ἀγαθοὶ σωτῆρας μᾶλλον, ἢ οἱ προνοήσασθαι μείζω κωλύοντες ἡδέως. οἱ μὲν γὰρ ἐπ' ἀνδρείᾳ δοκοῦσι νεμεσᾶν, οἱ δ' οὐδεμιᾶς αὐτοῖς ἀφορμὴν κατ' αὐτῶν ἐῶσι ἡδέως. τοιαῦτα πρὸς πλησιόχωρους καὶ πρὸς ἀλλήλους πρεσβεύόμενοι χωρεῖν τοῖς Ἑβραίοις ἐγνώκεσαν εἰς μάχην. μωυσῆ δ' οὐδὲν προσδοκῶντι πολέμιον, ἀπορίαν καὶ παραχὴν ἐνεποίει τὸ τῶν ἐπιχωρίων καὶ παρόντων ἅπτεσθαι μάχην ἤδη, καὶ κινδυνεύειν δέον, ἐξευρεῖν χαλεπῶς τὸ τῶν Ἑβραίων πλῆθος. ἐν ἀπορίᾳ μὲν ὢν ἁπάντων, μέλλων δὲ πολεμεῖν πρὸς ἀνθρώπους τοῖς ὅπλοις καλῶς ἐξηρτισμένους. ὡς δὲ μυθίας οὐδὲ μωυσῆς ἤρχετο, καὶ θαρρεῖν παρεκάλει τῇ δὲ θεοῦ ψήφῳ πεπιστευκότας, ὑφ' ἧς εἰς τὴν ἐλευθερίαν ἠγμένοι, κατανικήσειαν τοὺς περὶ αὐτῆς εἰς μάχην αὐτοῖς καθιστημένους. ὑπολαμβάνειν δὲ τὸ μὲν αὐτῶν στράτευμα πολὺ, καὶ πάντων ἀπροσδεές, ὅπλων, χρημάτων, τροφῆς, τῶν ἄλλων ὧν παρόντων οὐ πεποιῆσθαι πολεμοῦσιν ἀνδρώπους, κενοῖς ἐν τῇ παρὰ θεοῦ συμμαχίᾳ ταύτην αὐτοῖς παρεῖναι. τὸ δὲ τῶν ἐναντίων ὀλίγον ἄνοπλον ἀδυνατεῖν, οἷον καὶ μὴ ὑπὸ τοιούτων οἷοις αὐτοῖς συμβαίνειν οὔσιν κινδύνων βουλομένου θεοῦ. εἰδέναι δ' οἵους ἔστι τοὺς ἐπιχωρίους οὐ πολλῶν πεπειραμένους καὶ δεινοτέρων ἐν πολέμου. τέτων μὲν δὴ ἕνεκα πρὸς ἀνθρώπους, ἃ δ' ἐν αὐτοῖς πρὸς λιμὸν καὶ δίψος ἄπορα, καὶ πρὸς ὄρη καὶ θάλασσαν ὁδὸν οὐκ ἔχουσι φυγῆς, παντὶ αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ μένειν τὸ ἀπὸ θεοῦ νενικηκέναι. νῦν δὴ ἡδέως παρεκάλει προθυμοτέρους, ὡς τ' ἀπάντων ἀπορίας αὐτοῖς ἐν τῇ κρατήσει τῶν ἐχθρῶν κειμένης. καὶ μωυσῆς μὲν πιστοῖς παρεθάρσυνε τὸ πλῆθος λόγοις, συγκαλῶν τούς τε φυλάρχους καὶ τῶν ἐν τέλει καθ' ἑκάστους τε καὶ σὺν ἀλλήλοις. τοὺς μὲν νεωτέρους παρεκάλει πείθεσθαι τοῖς πρεσβυτέροις. τοὺς δ', ἀκροᾶσθαι τοῦ στρατηγοῦ. οἱ δ' ἦσαν ὑπὲρ τὸν κίνδυνον ταῖς ψυχαῖς ἠγερμένοι. καὶ πρὸς τὸ δεινὸν ἐτίμως ἔχοντες ἤλπιζον ἀπαλλαγήσεσθαι ποτὲ τῶν κακῶν, καὶ τὸν μωυσῆν ἐκέλευον ἄγειν αὐτοὺς ὑπὲρ τοὺς πολεμίους ἤδη, καὶ μὴ μέλλειν, ὡς τῆς ἀναβολῆς ἐμποδίζούσης τὴν προθυμίαν αὐτῶν.

τὸν δὲ

ἐκ τῆς πλήθους ἀποκρίνας πᾶν τὸ μάχιμον, Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ υἱὸν ἡγεμόνα μὲν ἐφ' ὅλοις τοῖς Ἑβραίοις ἀπέδειξεν, ἄνδρα τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀφανῆ καὶ πόνους ὑποστῆναι γεγυμνασμένον, καὶ νοῆσαί τι καὶ ἐπιχειρῆσαι ἱκανώτατον, καὶ θρησκεύοντα τὸν θεὸν εὐσεβῶς, καὶ μωυσῆ διδάσκαλον τῆς πρὸς θεὸν εὐσεβείας πεπιστευμένον. ὡς δὲ καὶ τοῖς Ἑβραίοις βραχὺ δέ πῃ τοῦ ὕδατος ἐπῆν, τῶν πολεμίων ὀπίσω φυλακὴν παίδων καὶ γυναικῶν τε καὶ τοῖς πᾶσι τῆς στρατοπέδου. καὶ νύκτα μὲν πᾶσαν ἐν προσκλίσει ἦσαν, τῶν τε ὅπλων ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς σώμασιν ἐπιμελούμενοι καὶ τοῖς στρατηγοῖς προσέχοντες, οἷς ὁρμήσουσιν ἐπὶ τὸν μάχιμον, ὁπότε κελεύσειαν αὐτοῖς μωυσῆς. διηγόρευσε δὲ καὶ μωυσῆς ἀναδιδάσκων τὸν ἰησοῦν ὃν τρόπον σκευάζειεν τὸ στρατόπεδον. ἡγεμὼν γὰρ φαίνειν τῆς ἡμέρας, εὐθὺς τόν τε ἰησοῦν προκαλεῖ μηδὲν χείρονα φανεῖσθαι καὶ τὸ ἔργον τῆς αὐτοῦ περὶ αὐτὸν ἐλπίδος, δόξαν τε ἀρετῆς παρούσης κτήσασθαι στρατηγίας πρὸς τοῖς ἐχομένοις ἐπὶ τοῖς γεγηθόσιν. τῶν τε ἑβραίων τοὺς ἀξιολογωτάτους ἰδίᾳ παρεκάλει, καὶ σύμπαν ἤδη τὸ πλῆθος ὡπλισμένον παρῆμα. καὶ ὁ μὲν οὕτως προθυμουμένῳ τὸν στρατὸν τοῖς τε λόγοις καὶ τῇ ἀρετῶν ἔργων προκαθηγεῖτο ἀνεχώρει πρὸς τὸ ὄρος θεῷ τε καὶ ἰησοῦ προθύσων τὰ σπάσιμα. προσέμισγον δὲ οἱ πολέμιοι κάνχερσιν ἰσοπαλῆ μάχῃ, προθυμίᾳ τε καὶ ἀλκῇ πολὺ τὸ πρὸς ἀλλήλους χεωμένων. μέχρι μὲν οὖν μωυσῆς αὐδῆς ἀνεῖχε τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς ἀμαληκίτας κατεπόνουν οἱ ἑβραῖοι. τοῦ δὲ πόνου τῆς ἀναστάσεως τῶν χειρῶν ὁ μωυσῆς οὐκ ἀνεμένων (ἐσήκεις γὰρ ἂν αὐτὰς καθῆκεν, τοσαύτας ἐλαττοῦσθαι τοὺς οἰκείους αὐτοῦ συνέβαινεν) κελεύει τόν τε ἀδελφὸν ἀαρῶνα, καὶ τῆς ἀδελφῆς μαριάμης τὸν ἄνδρα οὖρον ὄνομα, στάντας ἑκατέρωθεν αὐτοῦ ἀμφοτέρας τὰς χεῖρας, καὶ μὴ ἀνιέναι πρὶν βοηθοῦντας. καὶ τούτου γινομένου κατακρατοῦσι τοὺς ἀμαληκίτους οἱ ἑβραῖοι. καὶ πάντες ἀπολέσειαν ἄν, εἰ μὴ νυκτὸς ἀπιγνομένης ἀπεῖχοντο κτείνοντες. νίκαν δὲ καλλίστην καὶ κομιδῇ ἀπροσδόκητον νικῶσιν ἡμῶν οἱ πρόγονοι. καὶ γὰρ τῶν ἀπιστρατευσάντων ἐκράτησαν, καὶ τοὺς οἰκείους ἐφόβησαν ὑπερήσαντες μεγάλων καὶ λαμπρῶν, ὧν οὐκ ἄνευ πόνων ἐπέτυχον ἀγαθῶν. ἐλόντες δὲ καὶ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων πλούτου τε μεγάλου δημοσίᾳ καὶ κατ' ἰδίαν ἔσχον, ἀφθονίαν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς πρότερον ὑπορρύτες. ὑπῆρξε δὲ αὐτοῖς οὐκ εἰς τὸ παρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν αὖθις αἰῶνα τῶν ἀγαθῶν αἴτια κατορθωθῆναι ἡ περιφανὴς μάχη. οὐ γὰρ τὰ σώματα μόνον τῶν ὑπεναντίων ἐδούλωσαν, ἀλλὰ καὶ τὰ φρονήματα, καὶ τοῖς οἰκείοις ἅπασιν μὴ πλείω σκεύων ἢ τὰν ἐφέροντο φοβεροί. αὐτοί τε πλοῦτῳ μεγάλῳ δύναμιν προσεκτήσαντο. πολὺς μὲν γὰρ ἐν ἀργυρός τε καὶ χρυσὸς ἐγκατελείφθη τῷ στρατοπέδῳ. καὶ σκεύη χαλκᾶ οἷς ἐχρῶντο πρὸς τὰ δεῖπνα. πολὺ δὲ ἐπίσημον πλῆθος ἐκαπήρων, ἐσθῆτά τε φοινικᾶ καὶ κόσμους ἀμφὶ τοῖς ὁπλοῖς. ἥ τε ἄλλη παρασκευὴ καὶ κατασκευὴ σκευῶν, λείαι τε παντοῖαι κτήνων, καὶ ὅσα φιλεῖ στρατοπέδοις ἑπόμενα. φρονήματός τε ὑπερπλήσθησαν ἐπ' ἀνδρείᾳ ἑβραῖοι. καὶ πολὺ μετανίστησι λοιπὸν δρεστὰς αὐτοὺς, πρός τε τὰ πόνων ἦσαν, ἐν τούτῳ πάντα ληπτὰ νομίζοντες εἶναι. καὶ ταύτης μὲν τῆς μάχης τοῦτο τὸ πέρας. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ μωυσῆς νεκρούς τε ἐσκύλευε τῶν πολεμίων, καὶ τὰ παντοίαις φυγόντων σκευέλη-

A tum ille, ſelectis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis, Jeſum præficit Naueci filium è tribu Ephræmitide, virum manu ac conſilio juxta promptum, & pietate inſignem & à Moyſe præceptore hac parte non degenerantem. aliquot etiam cohortes ita diſponit, ne ab aquatione intercludi poſſit, plures etiam ad præſidium caſtrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde ad prælium ſe expediunt, & armis ſimul ac corporibus curatis, intenti ſignum claſſico per Moyſen dari expectant: qui & ipſe pernox cum Jeſu conſultabat, eumque de inſtruendis ordinibus admonebat, appetente vero jam die, hortatur ducem, ut ſpei de ſe conceptæ reſpondere ſtudeat, & re feliciter geſta, exiſtimationem ſibi apud milites comparare. ſimiliter Hebræorum optimum quemque privatim, ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit. atq; ita inſtructos & animatos Jeſu & Deo committit, ipſe montem aſcendit. jamque ad manus ventum erat. pugnabaturque ſtrenue, nec adhortationes mutuæ deerant: & quamdiu Moyſes erectas manus tendebat, Amalecitæ deteriore conditione præliabantur. Moyſes vero extenſione manuum laſſatus, cum obſervaſſet quotiescunque manus demitteret, toties ſuos non ferentes hoſtis impreſſionem cedere, jubet fratrem Aaronem, & ſororis Mariames maritum Uronem, utrinque aſtantes, manus ſibi indefinenter ſuſtinere, neque permittere, ut per laſſitudinem deferrentur. quo facto, egregie vicerunt Hebræi, fuiſſentqve internecione deleti Amalecitæ, niſi interveniente nocte fuga & latebris quidam eorum ſalutem ſibi quæſiſſent. qua victoria non alia vel magnificentior vel magis opportuna majoribus noſtris contigit. nam & occurrentem exercitum fuderunt ac fugaverunt, & omnibus circumquaque degentibus magnum terrorem incuſſerunt, & laboris præmium prædam opimam reportaverunt. namque caſtris etiam hoſtilibus expugnatis, publicè & privatim ſunt ditati, qui ad eam diem vix qvotidianum victum ſibi parare poterant. nec in præſens tantum ea victoria profuit, ſed in futurum etiam. non ſolum enim corpora adverſariorum, ſed animi quoque eo prælio ſunt fracti: & omnibus circumquaque gentibus ex illo tempore facti ſunt formidoloſi. ipſis vero opulentiæ non mediocris acceſſio eſt facta. multum enim auri & argenti in caſtris fuit repertum, multa æramenta vel eſcaria vel coquinaria, magnus etiam pecuniæ ſignatæ numerus: ad hæc textilia & armorum ornatus, aliaque ſuppellex caſtrenſis & varia præda jumentorum & impedimentorum, qvæ exercitum ſequi ſolent· quin & audaciores multo ſucceſſus hic Hebræos reddidit & fortitudinis ac induſtriæ magis ſtudioſos, nihil non ſibi pollicentes, ſi virtutem ſtrenue colerent. Et hoc quidem prælium talem exitum eſt ſortitum. Sequenti vero die Moyſes cæſorum cadavera ſpoliavit, arma, quæ fugientes abjecerant, collegit, & illis, quorum opera inſignior fuerat, præmia diſtribuit. Jeſumque ducem pro concione collaudavit, milite per acclamationes laudem viri comprobante.

adeoque incruenta fuit hæc victoria, ut ne unus quidem ex Hebræis desideraretur, cum hostilium cadaverum numerus præ multitudine incompertus manserit. Mactatis deinde pro gratiarum actione victimis, aram DEO VICTORI posuit: prædixitque internecione delendos Amalecitas, ut ne unus quidem ejus generis relinquatur, quod Hebræos ultro armis aggressi essent, idque in deserto & inopia laborantes. postremo ducem exercitus victoriali epulo excepit. hoc fuit primum prælium post exitum de Ægypto, quo hostem lacessentem fortiter rejectum magna clade affecerunt: post qvod, per dies aliquot festis epiniciis celebratis, & quiete viribus reparatis, instructo agmine iter continuabant. jam enim creverat armatorum numerus, & ad hunc modum paulatim procedentes, tertio mense, postquam ex Ægypto moverant, ad montem Sina pervenerunt, in qvo Moyses visionem ardentis rubi viderat, ut jam ante commemoravimus.

A ἀρίστευσι τὰ πρῶτα ἐδίδου, καὶ τὸν στρατηγὸν ἰησοῦν ἐγκωμίαζεν, μαρτυρούμενον ἐφ' οἷς ἔπραξεν ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ. ἀπέθανεν ὧν ἑβραίων μὲν οὐδεὶς. τῶν δὲ πολεμίων ὅσους οὐδὲ ἀριθμῷ γνῶναι δυνατὸν ἦν. θύσας δὲ χαριστήρια βωμὸν ἱδρύσατο νικητὴν ὀνομάσας τὸν θεόν, προεφήτευέ τε πανωλεθρίᾳ τοὺς ἀμαληκίτας ἀπολεῖσθαι, μηδένα αὐτῶν ὑπολειφθησόμενον εἰς αὖθις, διὰ τὸ ἑβραίους ἐπιστρατεύσασθαι, καὶ πρῶτα ἐν ἐρήμῳ τε γῇ, καὶ πολλὰ πεινῶντας. τὸν τε στρατηγὸν εὐωχίας ἀνελάμβανεν. καὶ ταύτην μὲν τὴν μάχην πρώτην μαχεσάμενοι πρὸς τοὺς κατατολμήσαντας αὐτῶν μὴ τὰ αἰγύπτου ἡγουμένῳ ἐξόδου, ἔτος ἐπολέμησαν. ἐπεὶ δὲ τῶν ἐπινικίων ἑορτὴν ὁ μωυσῆς ἤγαγε, ἀναπαύσας ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας τοὺς ἑβραίους, μὴ τὰ μάχιμα πρόῤῥωθεν συμπεπαγμένους. πολὺ δὲ ἦν ἤδη τὸ ὁπλιτικὸν αὐτῆς. καὶ πρόϊόν κατ' ὀλίγον ἐν τιμωρίᾳ μὴ τὰ ἐξ αἰγύπτου κίνησιν παρῇ ὅτι τὸ συνοδίτον ἔρος, ἐν ᾧ τε πρὸ τὰ ἡμένον αὐτοῦ καὶ τὰ λοιπὰ φαντάσματα σωτυχῶν προειρήκαμεν.

B

C

CAP. III.

Raguelis consilium, quod genero suo Moysi dedit.

III. Exod. 18. CUm autem rei feliciter gestæ fama ad Raguelem qvoque pervenisset, gratulabundus occurrit, Moysen & Sepphoram & eorum liberos salutaturus. Is lætus fœderi adventu sacrificium instaurat, & populo epulum præbet prope rubum, qui flagrationem illæsus evaserat. dum vero multitudo per suas quisque cognationes epulatur, Aaron cum suis, assumpto & Raguele, laudes divinas concinebant, autorem salutis ac libertatis celebrantes: ducem quoque suum faustis carminibus prosequebantur, cujus virtute omnia sibi ex sententia successissent. Raguel quoque privatim multa in populi laudem, multa in Moysis ejus servatoris cecinit, cujus auspiciis tot viri boni ac fortes regerentur.

Κεφάλαιον γ'.

Ποίας συμβουλὰς ῥαγουὴλ ὁ τοῦ γαμβροῦ μωυσῆ ἔδωκεν.

ΚΑὶ ῥαγουὴλ ὁ πενθερὸς τὼν αὐτὸ πυθανόμενος εὐτυχίαν, ἀσμένως ἀπήντα, τὴν τε μωυσῆν καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ. ἠδέως δὲ ὁ μωυσῆς ὅπι τῇ τοῦ πενθεροῦ ἀφίξει. καὶ θύσας ἐυωχεῖτο τὸ πλῆθος. ἦν δὲ μετὰ πολησίον, ὃς διαπεφευγὼς πόρρω τὴν φλόγωσιν. καὶ τὸ μὲν πλῆθος κατὰ συγγένειαν ὡς ἕκαστοι τῆς διωχίας μετελάμβανον. ἄρχων δὲ σὺν τοῖς παροῦσι ῥαγουὴλον προσλαβόμενος ὕμνους τε ἦδον εἰς τὸν θεὸν, ὡς τοῦ σωτῆρος αὐτῆς καὶ τῆς ἐλευθερίας αἴτιον, καὶ πρόνοιαν μεγίστην ποιούμενον, καὶ τὸν στρατηγὸν διαφέρειν ὡς κατ' ἀρετὴν σκευὴ πάντων αὐτῆς καὶ νοῦν ἀπηνηκότων. καὶ ῥαγουὴλος πολλὰ μὲν ἐγκώμια τοῦ πλήθους ἐποιεῖτο, ἐπῆρε δὲ πρὸς τὸν μωυσῆν τῆς ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν φίλων ἀνδραγαθίας. τῇ δ' ὑστεραίᾳ θεασάμενος ὁ ῥαγουὴλ τὸν μωυσῆν ἐν ὄχλῳ πραγμάτων ὄντα (διελύε γὰρ τὰς δίκας τῶν δεομένων πάντων ἐπ' αὐτὸν βαδιζόντων, καὶ μόνον ἐν τῷ δικαίου τυχεῖν ἡγουμένων, οἱ διαστῆσαι αὐτοῖς ἔτος ἦν ὁ τι, καὶ θᾶττον τοῖς ἡττωμένοις καὶ φόβον ἐδίδου τὸ λείπεσθαι, καὶ δικαιοσύνῃ ἀλλ' εὐνοίᾳ αὐτὸ πάσχειν νομίζουσιν) τότε μὲν ἡσυχίαν ἦγε μὴ βουλόμενος ἐμποδίζειν τοῖς ἀρετῇ χρήσθαι τὸ στρατηγῷ θέλουσιν. παυσάμενον δὲ θορυβοῦ θαλαβεῶν, καὶ συμμοναδὸς ἀνεδίδασκεν ἃ χρὴ ποιεῖν. καὶ συμβουλεύει τῷ μωυσῆ ἐπὶ τοῖς ἤδη πολλαπλασίοις ἑτέροις σκῆψαι. θεῖναι δὲ τῶν μειζόνων καὶ τῆς σωτηρίας ἕνεκα τοῦ πλήθους ἔχθρα τὴν θεότητα αὐτοῦ. δικάσαι μὲν γὰρ αὐτοὺς καὶ ἄλλους ἑβραίων εὑρεθήσεσθαι. φροντίσαι δὲ πόστων μυριάδων σωτηρίας, ὧν ἄλλον τινὰ δύναται, μὴ μισοῦντα ἡμᾶς. αὐθαναμόλυς σὺ τ' ἀρετὴ φησὶν αὐτὸ καὶ θεῖον γέγονας ἐπὶ τὸν λαὸν ὑπουργῶν τῷ θεῷ σώζειν, τὰ μὲν τὰ ἐγκλημάτων διαιτᾶν ἐπίτρεψον αὐτοῖς πιθεσθαι καὶ ἐπ' ἀλλήλων. σὺ δὲ πρὸς μόνῃ τῇ τοῦ θεοῦ θεραπείᾳ κατέχων σεαυτὸν ἀπαρτιζήτων οἷς ἂν τὸ πλῆθος ἀπαλλάξειας τῆς νῦν ὀχλείας. ὑποθήκαις δὲ ταῖς ἐμαῖς τῶν ἀνθρωπείων χρησάμενος, τὸν στρατὸν ἐξέτασον ἀκριβῶς καὶ κατὰ μυρίους πάντων κεκελευσμένους ἄρχοντας ὑποδείξεις. ἔπειτα κατὰ χιλίους. διαιρήσεις δὲ μετ' αὐτοὺς εἰς πενταχοσίους, καὶ πάλιν εἰς ἑκατόν. εἶτ'

D

E

F

G

IV. Sequenti autem die Raguel, videns Moysen multitudine negotiorum obrui (finiebat enim lites, qvorum opus erat, omnibus ad ipsum deferentibus, & alio arbitro jus sirum tenere se posse non existimantibus, & his etiam, qvi causam sub tali judice perdebant, æqvo animo sententiam ferentibus) tunc quidem siluit, neminem volens impedire, quo minus justitia viri frueretur. ubi vero tandem à negotiorum tumultu absolutum vidit, seductum seorsum, quid facto opus esset, docuit: consuluitque, ut minores causas aliis cognoscendas cederet, ipse vero tantum reipublicæ negotia tractaret, non deesse enim Hebræis & alios dijudicandis litibus idoneos: curam vero tot millium salutis sustinere posse neminem, nisi Moysi similem. itaque cum non ignores, inquit, tuas dotes, quæ toties populo periclitanti fuerunt usui, tibi ipse parcens, permitte aliis, ut ipsi inter se lites ex jure dirimant, tu vero divino tantum cultui deditus esto, qvo facilius populum e præsenti necessitate eximas. Quin & illud pro virili consuluerim, ut, lustratis ac recensitis copiis. eas in dena millia distribuas, singulis hujusmodi legionibus suos duces præficiendo: easque rursum in cohortes millenarias, quingenarias, centenarias & quinquagenarias partiaris,

ἐπ᾽ ἐς πεντήκοντα, ἄρχοντάς τε ἐπὶ τούτοις τάξεις οἱ A itemque in manipulos triginta & viginti & de-
κ᾽ τριάκοντα μερισθέντας διακοσμήσοντι, καὶ κ᾽ εἴκο- cem commilitonum: tum deinde ita distinctis
σιν καὶ δέκα σωαριθμουμένους. ἔστω δέ τις ἐπὶ τούτοις præfectos imponas, singulis appellatione à nu-
εἰς τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ τῶν ἀρχομένων ἀριθμοῦ mero subditorum militum indita. Judices au-
λαμβάνων. οἱ δὲ δοκιμασθέντες ἐκ τοῦ πλήθους πάν- tem viros virtute ac justitia præstantes populi
τως εἶναι ἀμφοῖ κ᾽ δίκαιοι, καὶ τε τῶν διαφόρων αὐ- suffragiis creabis, qui de controversiis eorum
τοῖς κρινοῦσι, κἂν ἤ τι μεῖζον ἐπὶ τοὺς ἐν ἀξιώματι τὸ decernant, & si forte quid gravius inciderit, e-
καθ᾽ ἕκαστα δύσκολον ἐπὶ σὲ τοῦτο ἀναπέμ- jus cognitionem ad te relegent. atque hoc pacto
ψουσι· ἕως γὰρ ἂν μὴ φότερα κ᾽ τῶν δικαίων ἑρμαῖοι B neque Hebræorum quisquam suo jure fraudabi-
τυγχάνωσι, καὶ οὐ τῷ θεῷ προσοφλίσκων ἀμφότερον ἂν tur, & tu sine interpellatione Deum colens fa-
αὐτὸ ποιήσας τῷ στρατῷ. ταῦτα Ραγουήλου παραι- vorem ejus propensiorem exercitui conciliabis.
νέσαντος, μωυσῆς ἀσμένως προσήκατο τὴν συμβουλίαν. Hoc Raguelis consilium Moyses libenter admi-
καὶ οὐκ κ᾽ τῷ ὑποθήκῃ τῷ ἑκείνε, τοῦ τρόπου sit, fecitque, quicquid ille monuerat, non sibi hoc
τῶν ἐπινοιῶν σὺκ ἀποκρυπτόμενος, ἀλλ᾽ ὅσα φέρε προσή- commentum usurpans, neque autorem ejus ce-
κοντα αὐτῷ, ἀλλὰ ποιήσας φανερὸν τὸν ἐξευρηκότα τῷ lans, sed pro concione populo indicans, cujus
πλήθει. καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις ὕστερον ἔγραψεν, ὡς hoc inventum fuerit. Quin & in libris suis Ra-
εὑρηκότα τὴν διάταξιν τῶν στρατιωτικῶν, καλῶς ἐ- gueli ascribit inventionem ordinum militarium
χειν ἠνύσθαι μὴ μαρτυρεῖν τοῖς ἀξίοις, εἰ καὶ δό- C ac judiciorum, malens dignos sua laude non
ξαν ἔμελλε φέρειν ἁρπαζόμενος τὴν τῶν ἄλλων εὕρη- fraudare, quam sibi alienum decus usurpare, ut
μάτων, ὡς τε τὴν μωυσέως ἀρετὴν καὶ κ᾽ τούτου κατα- hinc quoque virtutem ipsius conjicere liceat:
μαθεῖν. ἀλλὰ ταῦτ᾽ μὲν τούτοις ἐν καιρῷ ἐν ἄλλοις τ᾽ de qua suis locis sæpe nobis dicendum erit. Inte-
χαφῆς δηλώσομεν. μωυσῆς δ᾽ συγκαλέσας τὸ πλῆ- rea dum his locis populus hæret, Moyses pro
θος, αὐτὸς μὲν εἰς τὸ ὄρος ἀπέρχεσθαι τὸ σινᾶιον ἔλε- concione ait se ire in montem Sina collocutu-
γεν, ὡς συνεσόμενος τῷ θεῷ καί τι λαβὼν παρ᾽ αὐτοῦ rum cum Deo, & aliquid utile eis inde reporta-
χρήσιμον ἐπανήξων πρὸς αὐτούς. ἐκείνους δ᾽ ἐκέλευ- turum: jubetque, ut ipsi interim in propinquo
σεν πλησίον μὲν στρατοπεδεύσαι τοῦ ὄρους τῷ γειτνίασιν τῷ D castra metentur, viciniores Deo futuri.
θεοῦ προσημαίνοντας.

Κεφάλαιον δ᾽.

Πῶς μωυσῆς ἀναβὰς εἰς τὸ σινᾶιον ὄρος, καὶ λαβὼν παρὰ θεοῦ τὰς τῶν δέκα λόγων πλάκας, τῷ λαῷ αὐτὰς παρέδωκεν.

CAP. IV.

Moyses, consenso Sina monte, acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat.

Ταῦτα εἰπὼν, ἀνέβη πρὸς τὸ σινᾶιον ὑψηλότατον τ᾽ ἐκεῖ ἐρῶν τυγχάνον, καὶ διὰ τὸν ὑπερβολὴν τοῦ μεγέθους κ᾽ τ᾽ κρημνῶν τὸ ἀπότομον ἀνθρώποις E μὺ μόνον σὺκ ἀναβατὸν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ὠφθῆναι μὴ δίχα πόνου τῆς ὄψεως δυνάμενον, ἄλλως τε διὰ τὸ λόγον εἶναι θεῖ τὸν θεὸν ἐν αὐτῷ διατρίβειν φοβερὸν καὶ ἀπρόσιτον. ἑβραῖοι δὲ κ᾽ τὰς μωυσέως ἐντολὰς μετα- σκίδνων καὶ τοὺς ὑπερεχὰς ὄρους κατελάμβανον, ἠρεμοῦντες ταῖς διανοίαις ὡς μ᾽ τῆς ἐπαγγελίας τῶν ἀγα- θῶν ἐν ὑστέρῳ αὐτοῖς ἐπανήξοντος μωυσέως παρὰ θεοῦ ἑορτάζοντες τὴν τ᾽ στρατηγὸν θεραπεύοντες, F ἀγνεύοντες τήν τε ἄλλην ἁγνείαν καὶ ἀπὸ συνουσίας τῆς γυναικῶν ἡμέρας τρεῖς, καθὼς ἐκεῖνος αὐτοῖς προεῖπεν, καὶ ὠδὰ καλοῦντες τὸν θεὸν ἱλεών τε συμβαλέσθαι μωυσῆ δωρεὰν ὑφ᾽ ἧς εὖ βιώσονται. ταῖς τ᾽ οὖν διανοίαις ἐρῶντο πολυτελεστέρας, καὶ τῷ κόσμῳ γυναι- ξὶν ὁμοῦ τε καὶ τέκνοις ἐκπρεπῶς ἠσκηντο. ἐπὶ δύο μὲν οὖν ἡμέρας διῆγον. τῇ τρίτῃ δ᾽ πρωΐ τὸν ἥλιον ἀναφῆναι νεφέλης ὑπερέσχε δ᾽ παντὸς στρατο- πέδου τῶν ἑβραίων οὐ πρότερον δ᾽ τὸ ἰδόντων γνόμε- νον, καὶ τὸ χωρίον οὗ τὰς σκηνὰς ἦσαν πεποιημένοι πε- ρέφερεν. ὑπ᾽ δ᾽ λοιπῆ παντὸς ἐν αἰθρίᾳ τυγχάνοντος, ἀνεμίοις πνοαῖς φοβερὸν λάβρον κινουμένοις ὑπ᾽ κατηγίζον, ἀ- στραπαί τε ἦσαν φοβεραὶ τοῖς ὁρῶσιν. ὑπερφυνοὶ κατενε- χθέντες ἐβόμβησαν τ᾽ παρουσίαν δ᾽ θεοῦ οἷς μωυσῆς ἤθελεν ἀνδράσιν ἐντυχέντ᾽. ὑπ᾽ ἐμὲ μὲν τούτων ὡς βέλ- τ᾽ φρονείτω ἕκαστος τ᾽ ἐντευξομένων. ἐμοὶ δ᾽ ἀνάγκη ταῦτα ἰσρεῦν καθάπερ ἐν τ᾽ ἱερᾶς βίβλοις ἀναγεγραπται.

HIs dictis, ascendit Sina montem omnium VI.
regionis ejus celsissimum, & ob nimiam al-
titudinem cautesque præruptas non ascensus
tantum hominum, sed aspectus quoque ipsos
defatigantem, ut non immerito propter numen
incolens religiosus haberetur. Hebræi vero, jux-
ta mandatum prophetæ motis castris, radices
montis occupant, suspensi animis, qvidnam boni
ita ut prromiserat, esset è Deo reportaturus: at-
que interim dum ductorem suum expectant, fe-
stos dies agebant, castitatem servantes tum in
cæteris, tum abstinendo à congressu mulierum
per triduum; sicut jussi fuerant, & assiduis preci-
bus Deum solicitantes, ut propitius Moysem
excipiens, donum sibi per eum aliquod mitteret,
quod ad vitam bene ac feliciter degendam con-
ducibile foret. interim & victu sumptuosiore
utebantur, & ornatu splendidiore una cum u-
xoribus ac liberis excolebantur: atque in hunc
modum duabus diebus inter epulas exactis, ap-
petente jam tertia nubes primum præter solitum
supra tota castra Hebræorum sublimis pepen-
dit, tentoria, quam late patebant, contegens,
reliqvum cœlum circumquaque clara serenitate obtinente: procellæ deinde cum imbre vehementi ruebant, & fulgura simul crebro micantia terrebant, fulminaque elisa significabant Moysen ex sententia cum Deo propitio convenisse. Hæc lecturi, ut cuique placuerit accipiant, mihi certe fas non fuit discedere ab illis, quæ in sacra historia conscripta habentur.

Cæterum Hebræi, visa insolita tempestate, ejusque horrendo strepitu aures feriente, supra modum turbabantur. nam & rei novitas terrebat, & rumor vulgatus de monte, qvod crebro Deus eum inviseret. quamobrem continebant se intra tabernacula mœsti, putantes actum de salute Moysis, &, illo per iram Dei sublato, se quoque simile exitium manere. In tali rerum statu, ecce tibi, Moyses exultans lætitia, vultuque ipso animum gaudio gestientem præferens. quo conspecto, repente metus omnis abiit, inque locum ejus spes magni alicujus boni successit: nam & aër ad ejus adventum pristinam serenitatem recepit. Mox igitur concionem advocat, audituram, quæ mandata à Deo referat. quam ubi convenisse animadvertit, è superiore loco, ut a buniversis audiretur, in hunc modum est affatus: Viri Hebræi, Deus optimus maximus, qvemadmodum nunqvam antea vota nostra est aspernatus, ita hoc qvoque tempore me legatum vestrum benignissime excepit, & jam in castra vestra præsens ac propitius adest, præscripturus vobis vivendi rationem, qua nulla beatior ne cogitari quidem potest. quare per ipsum perque ejus magnifica opera vos obsecro, ne contemnatis, quæ vobis dicturus sum, meam mediocritatem intuentes, qvodqve humanam linguam audituri estis; sed expendentes mandatorum bonitatem ac utilitatem; agnoscite ejus majestatem, qui, ut vestra commoda provehat, me internuncio ad vos uti non est dedignatus. Non enim Moyses Amaramæ & Jochabelis filius, sed is, qui pro vestra salute Nilum sanguineis fluentis labefecit, & Ægyptiorum contumaciam tam variis calamitatibus fregit, qui per mare viam vobis munivit, qui omnium egenis cibos cœlitus excogitavit, qui potum desiderantibus è petra scatere jussit, a quo Adamus terræ ac maris usum fructum accepit, per quem Noe diluvium effugit, per quem Abrahamus nostri generis autor ex errore possessor Chananæ terræ est factus, per quem Isacus, confectis senio parentibus, est natus, per quem Jacobus duodecim honestissimis filiis est ornatus, per quem Josephus in Ægyptiorum præsidem evasit; is, inquam, vobis hæc præcepta largitur, ego nihil aliud sum, quam tanti numinis interpres. ea vobis sacrosancta erunt, & conjugibus ac liberis antiquiora. illis enim parendo beatam vitam agetis, fruentes terra fertili, mari tranquillo, progenie juxta naturæ leges felici, eritisque hostibus vestris semper formidolosi. ego enim cum Deo coram collocutus, immortalem ejus vocem audivi: adeo illi cordi estis vos & generis vestri incolumitas. His dictis, adducit populum cum liberis & conjugibus, ut Deum loquentem eis audiant, &, quid agendum, docentem, ne dicta minus auctoritatis haberent, si per humanam linguam in animos eorum illaberentur. itaque omnes audiebant vocem è sublimi descendentem, ut nemo non intelligeret. Præcepta autem, quæ Moyses duabus tabulis inscripta reliquit, non est fas totidem verbis evulgare, sententias tantum eorum indicabimus. Docet enim nos

Exod. 20. *Primum præceptum, Deum esse unum, & hunc solum colendum.*

Secundum, Nullius animalis simulacrum adorandum.

πάντ᾽ ἐπῆλθε θάμβος καὶ τὸ μὲν ὄρος ἐκαπνοῦτο, καὶ ὁ τῆς ἀκοῆς προσέβαλλεν ἦχος δεινῶς ἐπῆρε. καὶ ἦν τι δεῖμα καὶ τρόμος αὐτῶν, καὶ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, ὡς εἰς αὐτὸ τοῦτο φοιτῶντος ἐκ θεοῦ, σφόδρα τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἐξεπλήττεν. κατεῖχον οὖν αὐτοὺς περὶ τὰς σκηνὰς ἀχθόμενοι, καὶ τὸν τῆς μωυσέως ἐπαλωλεκέναι νομίζοντες ὑπὸ ὀργῆς τοῦ θεοῦ, καὶ περὶ αὐτῶν ὁμοια προσδοκῶντες. ἔτι δ᾽ αὐτῶν διαπιπτόντων μωυσῆς χαίρων τε καὶ μέγα φρονῶν. ὀφθεὶς τε ἐν αὐτοῖς ἀπαλλάττει δέους αὐτούς, καὶ περὶ τῶν μελλόντων χρήσιμους ἐποίησε τὰς ἐλπίδας, αἰθέριός τε καὶ καθαρὸς ἀὴρ τὸ πρὸ ὀλίγου πιθῶν εἰς μωυσέως παρεγένετο. ὅθεν τοῖς οὖν συγκαλεῖ τὸ πλῆθος εἰς ἐκκλησίαν, ἀκουσόμενον ὧν ὁ θεὸς εἴποι πρὸς αὐτόν. καὶ συναθροισθέντων εἰς ὑπερύψηλόν τινος ὄχθην ἐλθὼν ἔμελλον ἅπαντες ἀκούσεσθαι. ὁ μὲν θεὸς εἶπεν ὡς ἔφασκε καθάπερ καὶ πρότερον, ὑμῶν προσεδέξατό με. καὶ βίον τε ὑμῖν δίδωμονα καὶ πολιτείας κόσμον ἐπαγορεύσων παρέστη καὶ αὐτὸς εἰς τὸ πρατόπεδον. πρὸς γοῦν αὐτὸν καὶ τῶν ἔργων. ἃ δὲ ἐκείνων ἡμῖν ἤδη πέπρακται, μὴ καταφρονήσητε τῶν λεγομένων, εἰς ἐμὲ τὸν λέγοντα ἀφορῶντες, μηδ᾽ ὅτι γλῶττα τοῦτο ἀνθρωπίνη πρὸς ὑμᾶς λελάληκεν δ᾽ ἀρετὴν αὐτῶν καταμαθόντες ἐπιγνώσεσθε καὶ τὸ μέγεθος ἐννοήσετε, ἡνίκα συμφέροντα τοῖς ἡμετέροις πρὸς ἐμὲ μὴ φθονήσαντες εἴπεν. ὁ γὰρ μωυσῆς ὁ Ἀμραμοῦ καὶ Ἰωχαβήλης υἱός, ἀλλ᾽ ὁ τὸν νεῖλον ἀναγκάσας ἡματωμένον ὑπὲρ ὑμῶν ἐνίοις καιρικοῖς δαιμόσιν κακοῖς τὸ τῆς ἀσεβείας φρόνημα, ὁ θαλάσσης ὁδὸν ἡμῖν πορεύσιμον, ὁ καὶ τροφὴν ἐξ οὐρανοῦ μηχανησάμενος ἐλθεῖν ἀπορουμένοις, ὅθεν τὸν ἐκ πέτρας ἀναβλύσας ἀπανίσουσιν, δι᾽ οὗ ἄδαμος τῆς γῆς τὸ καρπῶν καὶ θαλάσσης μεταλαμβάνει, δι᾽ ὃν νῶε ἐκ τῆς ἐπομβρίας διέφυγε, δι᾽ οὗ ἄβραμος ὁ ἡμέτερος πρόγονος ἐξ ἀλλήτου τὴν χαναναίων κατέσχεν γῆν, δι᾽ οὗ ἰσαὰκος ἐκ νεκρᾶς γηραιοῖς ἐτέχθη γονεῦσιν, δι᾽ οὗ ἰακώβου δώδεκα παίδων ἀρεταῖς εκοσμήθη, δι᾽ οὗ ἰωσὴφος ἐδεσπότευσεν τῆς αἰγυπτίων δυνάμεως, ἔτος ὑμῖν τούτους χαρίζεται τοὺς λόγους δι᾽ ἑρμηνέως ἐμοῦ. σεβάσμιοι δ᾽ ὑμῖν γενέσθωσαν καὶ τέκνων περὶ καὶ γυναικῶν, δι᾽ ὧν γὰρ λάξετε βίον τούτοις ἑπόμενοι, καὶ γῆς ἀπολαύοντες καρπίμου, καὶ θαλάσσης ἀχειμάστου, καὶ τέκνων γονῆς καὶ φύσιν πικτομένων. καὶ πολεμίοις ἔσεσθε φόβεροι. τοῦ θεοῦ γὰρ εἰς ὄψιν ἐλθόντες, ἀκροατὴς ἀφθάρτου φωνῆς ἐγενόμεθα. ἔτους ἑκάστου δ᾽ ὑμοῦ ὑμῶν καὶ τῆς τότε μέλλοντος ἔσεσθαι, προσάγει τὸν λαὸν γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ τέκνοις εἰς ἀκρόασιν ὁ θεὸς παλεγομένου πρὸς αὐτοὺς περὶ τῶν πρακτέων, ἵνα μὴ βλάβεσιν τῶν λεγομένων ἡ ἀρετὴ ὑπὸ ἀνθρωπίνης γλώττης, ἀθεσίαν εἰς γνῶσιν αὐτοῖς παραδιδομένη. πάντες τε ἤκουον φωνῆς ὑψόθεν παγγομένης εἰς ἅπαντας, ὡς μηδένα λαθεῖν. καὶ λόγων ὃς μωυσῆς ἐν ταῖς δυσὶ πλαξὶν γεγραμμένους κατέλιπεν. οὓς δ᾽ ἡμῖν ἐστιν ἡμῖν λεγθῆναι φανερῶς πρὸς λέξιν, τὰς δυνάμεις αὐτῶν δηλώσομεν.

Διδάσκει μὲν οὖν ἡμᾶς ὁ πρῶτος λόγος, ὅτι θεὸς ἐστιν εἷς, καὶ τὸν σέβεσθαι μόνον.

Ὃ δὲ δεύτερος κελεύει, μηδενὸς εἰκόνα ζώου ποιήσασθαι προσκυνεῖν. ὁ τρί-

ὁ τρίτος ἦν, ὅτι μηδενὶ φαύλως τῶν θεῶν ὀμνύειν. A *Tertium, Non temere jurandum.*
ὁ τέταρτος, ὡς ἑβδομάδος ἀναπαυομένους ἀπὸ παντὸς ἔργου. *Quartum, Septimi diei ferias nullo opere profanandas.*
ὁ πέμπτος, γονεῖς τιμᾶν. *Quintum, Parentes honorandos.*
ὁ ἕκτος, ἀπέχεσθαι φόνου. *Sextum, à cæde abstinendum.*
ὁ ἕβδομος, μὴ μοιχεύειν. *Septimum, Non adulterandum.*
ὁ ὄγδοος, μὴ κλέπτειν ὅλως. *Octavum, Non committendum furtum.*
ὁ ἔνατος, μὴ ψευδομαρτυρεῖν. *Nonum, Non deponendum falsum testimonium.*
ὁ δέκατος μηδενὸς ἀλλοτρίου ἐπιθυμίαν λαμβάνειν. B *Decimum, Nihil alienum concupiscendum.*

καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἀκροασάμενον αὐτοῦ θεῖ ὧν μάλιστα διελέχθη χαίρον ἀπῆλθε τοῖς προφρημένοις δ' συλλαβὰ διελύθη. τῇ δ' ἑξῆς φοιτῶντες ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἤτουν αὐτὸν ἐκ νόμους αὐτοῖς ὡς ἀπὸ θεοῦ κομίζειν· ὁ δ' τάχος πάλιν, καὶ περὶ τῶν ὅλων, ὃν ἂν πραχθείη τρόπον ἐν τοῖς αὐτοῖς αἰτοῦσι μένειν χρόνοις, ὧν μνησθήσομαι κατὰ καιρὸν οἰκεῖον. τοὺς δὲ πλείονας τῶν νόμων εἰς ἑτέραν ἀναβολὴν χαρίζεται, ἰδίαν περὶ αὐτῶν ποιησόμενος ἀφήγησιν. οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς ἐχόντων ὁ μωυσῆς πάλιν εἰς τὸ συνέδριον ὄρος ἀνίει προειπὼν τοῖς ἑβραίοις. βλεπόντων δὲ αὐτῶν ἐπῄει τὴν ἄνοδον. ἐχρῆν γὰρ πρόμεινε, παραφάσκων ἡμέρας δεκαεπτὰ ἀπ' αὐτῶν εἶναι τοὺς ἑβραίους, μὴ τι μωυσῆς πάθοι. καὶ τῶν παρόντων δεινῶν ὅσα ἔστιν ὁ ἔτως ἐλύπησεν αὐτούς, ὡς νομίζειν μωυσέως ἀπολωλέναι. ἐπὶ δὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐμπίπτουσιν μὲν, ἀπολωλέναι λεγόντων θηρίοις προπεσόντα. ἧκον μάλιστα ὅσοι πρὸς αὐτὸν ἀπιχθῶς ἦσαν διακείμενοι τούτου τὸ ψεῦδος ἔφερον. τὸ δὲ πρὸς τὸ θεῖον ἀναπεπταμένον. τοὺς δὲ σώφρονας καὶ μηδὲν ἕτερον τῶν λεγομένων εἰς ἡδονὴν λαμβάνοντας ἰδίαν, καὶ τὸ θηρίοις προπεσὸν ἀπολωλὸς ἀνθρώπινον ἡγουμένους, καὶ τὸ ἐκ θεοῦ πρὸς αὐτὸν μεταβῆναι διὰ τοῦτο προσδοκᾶν λέγειν εἰκὸς νομίζοντας, πρᾴως ἔχειν ἔστιν ὁ λογισμὸς ἐπὶ πρᾳοτάτου· ἠρημωμένους καὶ κηδεμόνος ἀπολαμβάνοντας οἷς πρὸ ἐκείνου ἂν ἄλλο δύναιντο σφόδρα λυπεῖσθαι δικαίως. καὶ ὅτε τὸ ἀπονοεῖν αὐτοὺς εἶασε προσδοκᾶν τι χρηστὸν περὶ τοῦδε, οὔτε μὴ λυπεῖσθαι καὶ καταφρονεῖν ἐδύναντο. τὸ δὲ στρατόπεδον ὅλον ἐξαίρεσιν μετέχειν μωυσέως αὐτοὺς οὐκ ἐᾶν παραμένειν προσμηνύοντος. ἤδη δὲ πεντηκονταετίαν ἡμερῶν διεληλυθυῖαν, καὶ τοσούτων νυκτῶν, πλὴν οὐδενὸς τῶν ἀνθρώπινα νενομισμένων γεγευμένος. χαρὰν δὲ ἐνέπλησεν τὸ στρατεῦσαν ἐπιφανεῖσα, καὶ τὴν θεοῦ πρόνοιαν, ὡς εἶχε περὶ αὐτῶν ἀπεδήλου. τόν τε τρόπον καθ' ὃν εὐδαιμονήσουσιν πολιτευόμενοι, λέγων αὐτὸν καὶ ταύτας ἀποδέξαι τὰς ἡμέρας καὶ σκηνὴν ἐπὶ βουλῇ γνώσεσθαι αὐτῷ, εἰς ὃν κάτεισι πρὸς αὐτοὺς ἐθελήσων, ὅπως καὶ μετεβαίνοντες ἀλλαχοῦ ταύτην ἀπαγώμεθα, καὶ μηκέτι δεώμεθα τῆς ἐπὶ τὸ συνέδριον ἀνόδου, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιφοιτῶν συσκηνῇ τῶν ἐπιτυγχάνων ταῖς ὑμετέραις δεήσεσι. χωρήσεται δὲ ἡ σκηνὴ μέτροις τοῖς κατασκευῇ, οἷς αὐτὸς ἀποδείξει, ὑμῶν ἀόκνως ἐχόντων πρὸς τὸ ἔργον. ταῦτ' εἰπὼν δύο πλάκας αὐτοῖς ἐπιδείκνυσιν, ἐγγεγραμμένας ἐχούσας τοὺς δέκα λόγους, ἐκατέρας πέντε. ἐχειρὸν δὲ ἐπὶ τῇ γραφῇ ὁ θεός. οἱ δὲ χαίροντες οἷς τε ἑώρων καὶ οἷς ἤκουεν ὁ στρατηγός, τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἀσυδοῦς οὐ καταλειπούσης. ἀλλ' ἐπέφερον. ἀργυρόν τε καὶ χρυσόν, καὶ χαλκὸν ξύλα τε τῆς καλλίστης ὕλης, καὶ μηδὲν ἧττον δυνάμενα. αἰγείους τε τρίχας καὶ δορὰς πεφθάτων, τὰς μὲν ὑακίνθῳ βεβαμμένας, carien firmam, pilos caprarum, & ovium pelles

Hæc ubi multitudo læta ex ipso Deo, sicut Moyses prædixerat, audivit, dimissa est concio. Sequentibus autem diebus sæpius ad ducis tentoriū ventitantes postulabant, ut etiam leges eis à Deo deportaret. ille & in hoc eis gratificatus leges tulit, & quid quove modo agendum esset per idem tempus præscripsit, sicut suo loco dicetur, sed majorem legum partem in aliud tempus differo, privatim de his commentaturus. Eodem fere tempore Moyses rursum in Sina montem ascendit, præmonito ante populo: nam & spectare eos ascensionem suam voluit. cumque diutius moraretur, per quadraginta enim dies abfuit, cœperunt soliciti esse, ne quid gravius illi accidisset. neque in tot ærumnis aliud quicquam eos sic contristavit, ut interitus Moysis opinio. variabant enim rumores, dum alii devoratum à bestiis jactant, maxime qui minus eum amabant; alii raptum à Deo videri malunt. qui vero prudentiores erant, inter utramque sententiam ancipites, quod alterum ab humanis casibus non alienum, alterum viri illius virtuti convenientius videbant, ipsius sortem satis æquo animo ferebant: suam autem vicem dolebant, qvod tali præside ac patrono essent orbati, qvalem alium inveniri credebant impossibile: & neque solicitudo sperare eos sinebat, neque, spe adempta, non dolere poterant. at ne castra movere quidem audebant, reditum expectare jussi. tandem, quadraginta diebus totidemque noctibus elapsis, revertitur, nullo interim humano alimento degustato: adventuque suo tota castra ingenti gaudio replevit, divinam providentiam illis adesse significans, & rationem bene ac beatè vivendi se per eos dies didicisse: postulareque Deum, ut tabernaculum ei faciant, quo descenderet, qvoties placeret, quod etiam migrantes secum circumferre possent, ut non sit opus amplius in Sina ascendere, sed intervisitans crebro & tantum non cohabitans præsto sit votis eorum ac deprecationibus. mensuram quoque & formam tabernaculi sibi prænonstratam, nihilque superesse, nisi ut ad ejus fabricam quam primum se accingerent. His dictis, profert duas tabulas continentes decem præcepta inscripta, in singulis quina. erat autem Dei manus ea scriptura. Illi vero præsentia sermoneque Moysis læti pro se quisque certatim ad structuram tabernaculi conferebant, aurum, argentum cuprum, materiam ligneam elegantem & contra partim hyacinthina partim punicea tinctura,

Exod. 21.
Exod. 24.
Exod. 36.
Exod. 35.

qvasdam etiam candidas colore, & alias purpuræ flore infectas. adhæc lanas eisdem coloribus tinctas, & linum byssinum, lapillos qvoqve pretiosos, qui ad ornatum auro includi solent, atque insuper vim magnam odoramentorum. nam hujusmodi erat materia tabernaculi, quod nihil ab ambulatorio templo & portatili differebat. ergo posteaquam istæ species ambitiose sunt collatæ, viritim contribuentibus, nonnullis etiam plura quam pro domesticis facultatibus, architectos operi propheta præficit ex mandato Dei, sed tales ut non alii deligendi fuerint, etiamsi populi suffragiis res commissa fuisset. Eorum nomina etiam nunc in sacris codicibus extant: Beselel ex tribu Judæ, Uronis filius & Mariammes, quæ erat ducis soror: & Eliabus Isamachi, tribus Danidis. plebs autem tanta alacritate operam & impensam offerebat, ut edicto coercendi fuerint, & præconis voce admonendi non esse opus pluribus: ita enim fabricatoribus est visum, atque ita structuram tabernaculi aggrediuntur, Moyse & mensuram & magnitudinem designante, sicut in monte ex Dei colloquio didicerat, tum, quantum instrumentum capere deberet ad usum sacrificiorum & sacrorum ministerium, ritè ac ordinatè præscribente. nec minor fuit largitio mulierum circa vestes sacerdotales & cætera, quæ vel ad tabernaculi ornamentum, vel ad divinum cultum attinere videbantur.

Exod. 36.

CAP. V.

De tabernaculo per Moysen in terra desertæ facto, quod similitudinem templi portatilis referebat.

Exod. 36.

OMnibus autem paratis, & vasis aureis, æramentis ac textilibus, Moyses, indicto festo & sacrificio pro cujusque opibus, tabernaculum erigit hoc modo: Atrium primo dimensus latitudine quinquaginta cubitorum, longitudine centum, vallos æreos statuit altos quinque cubita per longiora latera vicenos, & in postico latere denos. In uno quoque inerant anuli, & capitella argentea, bases vero auratæ mucronatæ, imæ hastæ similes, ex ære factæ & in terram defixæ. anulis innectebantur funes, qui ab altero capite clavis æreis cubitalibus humi confixi singulos vallos firmabant, & contra ventorum vim tabernaculum muniebant. Linteum deinde byssinum mollissimum circumtendebatur à capitellis ad bases dependens, totumque eum locum sepiens, ut nihil a pariete differre videretur. atque hoc modo se habebant septi tria latera. quartum vero latus quinquaginta item cubitorum totius operis erat frons, cujus janua viginti cubita patebat, utrinque habens geminatos vallos instar postium. ex argento hi quoque constabant præter bases, quæ erant æneæ. ab utroque autem latere stabant tres valli bene firmati. erant autem & illi linteo è byssо contexto circumducti. ad januam vero pendebat velum viginti cubita longum, & quinque altum ex purpura byssoque & hyacintho contextum

VII.

τὰς δὲ φοίνικι. αἱ δ', πορφύρας ἄνθος, ἕτερα δὲ λάμπρας πυρὲ ἔχον τὴν χρόαν. ἐρυθρά τε τῆς ωεσειρημένης ἄνθεσι μεμολυσμένα, καὶ λίνου βύσσου. λίθους τε ἐς ἐνδεδεμένους χρυσίῳ καθειργωῦτες, ἀνθρώωοι κόσμῳ χρῶνται πολυτελεῖ θυμιαμάτων τε πολὺ πλῆθος συνέφερον. ἐκ γὰρ τοιαύτης ὕλης κατεσκάζετο τοῦ σκηνοῦ. ἡ δ' οὐδὲν μεταφερομένου καὶ συμπεπηγοῦτος ναῷ διέφερεν. τούτων οὖν κ' ἀπουδῇ συγκομισθέντων ἑκάστου καὶ ωρὸς δύναμιν φιλοτιμησαμένου, τοὺς ἀρχιτέκτονας τοῖς ἔργοις ἐφίστησιν κατ' ἐντολὴν θεοῦ, οὓς καὶ τὸ πλῆθος ἂν ἐπελέξατο τῆς ἐξουσίας ἐπ' αὐτῷ γιομένης. τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν, καθὼς ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἀναγέγραπται, ταῦτα ἦν. Βασαήλος μὲν οὖν, ἐκ φυλῆς τοῦ Ἰούδα φυλῆς, υἱὸς δ' Μαελαμμης τοῦ ἀδελφῆς δὲ γραπηγοῦ. ἐλιάβζος δ' ἰσαμάχου δανιδ φυλῆς. τὸ δὲ πλῆθος οὕτως ἦν ωρὸ ωροθυμίας τοῖς ἐγχειρουμένοις ἔπηλθεν, ὥς τε μωυσῆς ἀνεῖρξεν αὐτούς, ἐπωκηρυξάμενος ἐρκεῖν τοὺς ὄνιας. τοῦτο γὰρ οἱ δημιουργοὶ ωεσειρήκασι. ἐχώρουν οὖν ἐπὶ τὴν τῆς σκηνῆς κατασκευὴν, καὶ μωυσῆς αὐτοὺς ἔκαζε ωρὸς τῶν μέτρων καὶ τὴν ἐπιθήκην τοῦ θεοῦ καὶ τὸ μεγέθους ὅσα τε δεῖ σκάλη χωρεῖν αὐτὴν ἀνεδίδασκεν ωρὸς τὰς θυσίας ἐπιτηρεῖσθαι. ἐφιλοτιμοῦντο δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ωρός τε στολὰς ἱερατικὰς καὶ ωρὸς τὰ ἄλλα ὅσων ἐχρῄζεν τὸ ἔργον, κόσμου τε καὶ λειτουργίας ἕνεκα τοῦ θεοῦ.

Κεφάλαιον ε.

Περὶ τῆς σκηνῆς ἣν μωυσῆς ἐποίησεν ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἣ ὁδὲν ναῷ μεταφερομένῳ διέφερεν.

ΠΑντων δ' ἑτοίμων γεγυμνασμένων χρυσίου τε καὶ χαλκοῦ, καὶ τῶν ὑφαντῶν, ωροειπὼν ἑορτὴν μωυσῆς θυσίας, καθ' ἑκάστου δύναμιν, ἵστα τὴν σκηνὴν ωρώτον μὲν αὐλὴν ἀμφιμετρησάμενος, τὸ μὲν εὖρος πεντήκοντα ωηχέων, ἑκατὸν δὲ τὸ μῆκος, κάμακας ἑστὼς χαλκέας πεντεωήχεις τὸ ὕψος, καθ' ἑτέραν ωλευρὰν εἴκοσι τῶν ἀωὸ μεσημβρίαν. δέκα δὲ τῶν ἐν ωλάτει κειμένων τῆς κατόπιν. κρίκοι δὲ τῶν καμάκων ἑκάστῃ ωροσῆσαν. κιονόκρανα μὲν ἀργυρέα, βάσεις δὲ χρυσᾶς, σαυρωτῆρσιν ἐμφερεῖς. χαλκῆ δ' ἦσαν ἐπὶ τῆς γῆς ἐρηρεισμέναι. ἐξήπλετο δὲ τῶν κρίκων καλῶς ἀπὸ τοῦ ἐσχάτου ἥλων χαλκέων πηχυέων τὸ μέγεθος ἐσκεδεσμένα. οἱ καθ' ἑκάστου κάμακα παρέντες καὶ ἐδάφους ἀκίνητον ὑπὸ βίας ἀνέμων τὴν σκηνὴν ἐμελλον παρέξειν. σινδὼν δ' ἐκ βύσσου μαλακωτάτη ἀπὸ ωασῶν ἐωὶ δύο δὲ κιονοκράνου καταῦσα μέχρι τῆς βάσεως ωολλὴ κεχυμένη, ωεριφράττουσα ἅωαν τὸν κύκλῳ τὸ χωρίον, ὡς ἂν μηδὲν δοκεῖν τεῖχους διαφέρειν. καὶ οὕτως μὲν ἔσχον αἱ τρεῖς, ωλευραὶ δὲ ωεριβόλου. τὸ δὲ τετάρτης ωλευρῶν, πεντήκοντα γὰρ οὖσαι ωηχέων ἡ ἑτέρα μέτωωον δ' ωᾶσαν ἦν εἴκοσι μὲν ωήχεις ἀνεώγουσαν κατὰ ωύλας, ἐν αἷς ἀνὰ δύο κάμακες εἱστήκεσαν καὶ μίμησιν ωυλώνων. ὕλη δ' αὐτῆς ἄργυρος ἐωικεχαλκωμένος ωάρεξ τὰ βάσεων. χαλκῆ γὰρ ἦσαν. ἑκατέρωθεν δὲ τοῦ ωυλῶνος τρεῖς κάμακες ἦσαν ἑστῶσαι, οἷς ωυλοῦχοι ἐμβεβήκεσαν ἐρηρεισμέναι. καὶ κατ' αὐτῶν δὲ βύσσινον ὕφος σινδόνος ἐωὶ ωεπηγμένον. τὸ δὲ κατὰ τὰς ωύλας μῆκος μὲν ὄντος ωηχέων εἴκοσι, ωέντε δὲ βάθους, ὕφος ἐκ ωορφύρας φοίνικος σὺν ὑακίνθῳ, καὶ βύσσῳ ωεωοιημένον, ωολ-

πολλῶν κύπῳ σεσωσμένων καὶ ποικίλων ἑπόσα μὴ ζώων ἐζέτυπον τὰ μορφάς. ἐντὸς δὲ τῶν πυλῶν τὸ εἰσαντήριον ἦν χαλκοῦν, ὁμοίαν αὐτῷ τὴν κρηπίδα παρεχόμενον. ἐξ ἧς τοῖς ἱερεῦσι τὰς χεῖρας ἀποπλύνειν, καὶ τοὺς πόδας καταχεῖν παρῆν. καὶ ὁ μὲν δὴ σὰθεὶς τοιοῦτος ἦν τὸν τρόπον τοῦτον. ὁ δὲ σκηνὴν ἴσησιν αὐτῷ καὶ μέσον. πετάσμασιν ὑφῆλε τοὺς ἀνατολὰς, ἵνα καθ' ὧν ὁ ἥλιος ἐπ' αὐτὴν ἀνίοιν, ἀφίη τὰς ἀκτῖνας. καὶ τὸ μὲν μῆκος αὐτῆς, ἐπὶ πήχεις ἐγήγερτο τριάκοντα. τὸ δὲ εὖρος ἐπὶ δέκα δύο οἱ ἔφκει. καὶ ὁ μὲν ἕτερος τῶν πτερύγων ἦν, ὁδὶ ἕτερος καὶ βορέαν ἐτέτραπτο. κατὰ πᾶν δ' αὐτῆς ἡ δύσις κατελήπτετο. ἀνίσκαζε δὲ αὐτὸ ἐφ' ὅσον προσβαίνοι τὸ εὖρος. κίονες δ' ἦσαν ἑκάτερθεν πεποιημένοι κατὰ πλευρὰν ἑκατέραν εἴκοσι. πτερύγιοι μὲν τὸ σχῆμα ἐῤῥασμένοι. εἰς δὲ πάχος διῳκῶτες πηχέως τὸ ἥμισυς. τοῦ δὲ βάθος δακτύλων πασάρων. λεπίδες δ' αὐτοῖς ἦσαν ὑπικεχαλκευμέναι πανταχόθεν χρυσαῖ, ἀφ' ὧν τε τῶν ἐνθόθεν καὶ τῶν ἐκτὸς μερῶν δύο δ' αὐτῶν ἑκάστῳ προσῆσαν γρυφίγγες, ἐλαυνόμενοι κατὰ δύο βάσεων. αὗται δ' ἐχρυσοῦντο μὲν ἅπαν. πύλη δ' ἑκατέρου τέτων προσῆν, δεχομένη τὸν γρύφιγγα. ἓξ δὲ καὶ δύσιν τοῖχον κίονες μὲν ἓξ ἦσαν. σωρεῖαι δ' ἀλλήλοις ἀκριβῶς ἅπαντες ὡς τε μεμικτῶν τῶν ἁρμῶν ὡς ἕνα δοκεῖν εἶναι τοῖχον αὐτῶν τὴν ἀμέλευσιν χρυσέων τάτε ἔνδοθεν καὶ τὰ ἐκτός. ἀνελόγα δὲ ὁ τῶν κίονων ἀριθμὸς, εἴκοσι δὲ ἦσαν. καὶ παρεῖχεν πλάτος τρίτον ἀπολαμβάνων ἕκαστος αὐτῶν, ὡς τε συμπληροῦσθαι τοὺς τριάκοντα πήχεις ὑπ' αὐτῶν. κατὰ δὲ τὸν ὄπισθεν τοῖχον ἐννέα δὲ πήχεις οἱ ἐξ κίονες παρεχόντων συμπελθόντες, αὖ ἕτερους τοιούτους κίονας ἐν πηχέως τετμημένους, οὓς ἐγγωνίους ἔλεγον, ὄπισθε τοῖς μείζοσι ἠσκημένους, ἕκαστος δὲ τῶν κίονων κρίκον εἶχε χρυσοῦν κατὰ τὸ ἔξω μέτωπον προσφυῆ, ὡς ὧν ῥίζοις ἐμπεπαλεγμένος κατὰ τοῖχον πρὸς ἀλλήλους πεπαμμένοι τὴν ἀσφάνειαν. καὶ δι' αὐτῶν ἐπίχρυσοι σκυταλίδες ἐλαιοπάμμαι πέντε πηχέως ἑκάστης τὸ μέγεθος, συνδεσμοῦσιν ἦσαν τῶν κίονων ἐμβαινούσης κατὰ κεφαλὴν σκυταλίδος ἑκάστης τῇ ἑτέρᾳ, τέχνῃ τοῦ γρύφιγγι κοχλιοῦ τρόπον δεδημιουργημένῳ. κατὰ δὲ τὸ ὄπισθεν μία φάλαγξ καὶ πάντων ἴσων τῶν κίονων, ἐς ἣν ἐνέβαινον πλαγίαι αἱ τελευτῶσαι τῶν σκυταλίδων ἐξ ἑκατέρου τοίχου τῶν ὑπομηκεστέρων, κρατεῖσαι σφὶν ἑαυτῶν γλυφαῖς τοῦ ἥλου δὲ ἄῤῥενος συνελθόντος. τὸ μὲν τοῖς πρὸς τὸ μὴ ὑπ' ἀνέμων κραδαίνεσθαι, μήτ' ἄλλης αἰτίας, τοῦ σκηνοῦ συνέσχεν. ἀλλ' ἀκίνητον αὐτῷ ἐν ἐρημίᾳ πολλῇ διαφυλάξειν ἔμελλεν. ἐντὸς δὲ ἐλάσας τὸ μῆκος αὐτῆς εἰς τρία μέρη, μοῖρα δέκα πήχεις ἠρμοσμένους ἐν δὲ μυχοῦ τέσσαρας ἴσησι κίοσι, ὁμοίοις τοῖς ἄλλοις εἰργασμένους καὶ βάσεσιν ὁμοίας ὑπικειμένους, διαλείπουσας ἀλλήλων κατ' ὀλίγον. τὸ δὲ ἐνδοτέρω ἐν αὐτῶν ἄδυτον ἦν, τὸ δὲ λοιπὸν ἡ σκηνὴ τοῖς ἱερεῦσιν ὑπῆτο. τοῦ μέν τοι διαμέτρησιν τοῦ τοιαύτης σκηνῆς πρὸς μίμησιν τῆς τῶν ὅλων φύσεως συνῆκαν εἶναι. τὸ μὲν δὴ τέτρον αὐτῆς μέρος τὸ ἐντὸς τῶν τεσσάρων κιόνων, ὁ τοῖς ἱερεῦσιν ἦν ἄβατον ὡς οὐρανὸς ἂν εἴη τοῦ θεοῦ. οἱ δ' εἴκοσι πήχεες ὡς πρὸ γῆ καὶ θάλασσα βασιμος ἀνθρώποις, οὕτως τοῖς ἱερεῦσι μένειν ἐπετέτραπτο. κατὰ μέτωπον δὲ ἐξ οὗ τὴν ὁδὸν ἦσαν πεποιημένοι, κίονες ἕστασαν χρυσοῦς χαλκείοις βάσεσιν ἐφεστῶτες πέντε τὸν ἀριθμόν. καταπεπάννυσαν δὲ τοὺς σκηνοὺς ὕφεσι βύσσου καὶ πορφύρας καὶ ὑακίνθου καὶ φοινικος

A varie picturatum, exceptis animantium formis. intra januas autem erat aſperſorium æneum, baſi ex eadem materia ſuperpoſitum, unde ſacerdotes manus ablŭerent, & pedes perfunderent. Hunc in modum ſeptum atrii ſe habuit. Tabernaculum autem ſtatuit in ejus medio verſum ad Orientem, ut ſol ſurgens radios in illud mitteret: eratque longum cubita triginta, & latum duo-
B decim. alter parietum erat auſtralis, alter ad ſeptemtriones obverſus. tergum ad occidentem ſpectabat, attollebaturque tantum, quantum in latitudinem patebat. Erantque tabulæ ligneæ vicenæ ex utroque latere, qvadrangulæ, craſſitudine quatuor digitorum, latitudine unius & dimidii cubiti, intus & extra laminis aureis contectæ: & ſingulis tabulis inerant cardines bini immiſſi
C per duas baſes, quæ erant argenteæ, & in ſuis foraminibus tabularum cardines ſuſcipiebant. Parietis vero Occidentalis tabulæ ſex erant, intus & extra deauratæ, inter ſe omnes ita compaginatæ, ut unus paries eſſe videretur. Ex lateribus autem tabulæ erant vicinæ, quarum latitudo habebat menſuram unius & dimidii cubiti, craſſitudo tertiam partem palmæ, & ita triginta cubita adimplebant. poſterioris vero parietis no-
D vem cubitos ſex tabulæ faciebant: quibus conjunctæ ſunt aliæ duæ tabulæ, ex medio cubito ſectæ, quas angulares poſuerunt ad inſtar majorum tabularum. Singulæ vero tabulæ anulos habebant aureos, per exteriores frontes eminentes, velut quibusdam radicibus confixos per ordinem, ad invicem per circuitum reſpicientes: & per eos deaurati vectes immiſſi, ſinguli cubitorum quinque, tabulas conjungebant: intrabat-
E que caput vectis uniuscujusque in alio capite, in modum pyxidis: & poſt tergum parietum in longitudine poſitorum, unus erat ordo, per tabulas omnes vadens, quo per uncinos utriusque parietis latera continebantur, in caſtrationibus factis & immiſſis ad invicem. atque ita cautum eſt tabernaculo contra ventorum vim aliosve impetus, ut ſecurum & immobile conſiſteret. Intus
F autem diviſa in tres partes longitudine, poſt decem cubita intima, ſtatutæ ſunt columnæ quatuor eodem opere & ex eadē materia factæ, ſimilibꝰ baſibus impoſitæ, paribus intervallis per transverſum diſſitæ: ultra has fuit adytum, reliqvum vero tabernaculi ſacerdotibus patebat. atq; hæc tabernaculi trifariam diviſio, univerſitatis naturam referebat. nam tertia pars, quæ intra quatuor columnas continebatur, ſacerdotibus inac-
G ceſſa cœlum Dei quodammodo repræſentabat: viginti vero cubitorum ſpatium, tanquam mare & terra hominibus inacceſſibilis, ſolis ſacerdotibus concedebatur: à fronte vero, qva aditus patebat, columnas ſtatuerunt quinq; æreis baſſibus innixas. poſt hæc vela ſunt per tabernaculum expanſa, è byſſo contexta, & purpureo, hyacinthino, puniceo coloribus diſtincta. horum primum

cubita decem quaqua versum patebat: qvod per columnas est distentum, quæ aditum à reliquo spatio disparabant, & à conspectu hominum excludebant. totumq; hoc fanum vocabatur sanctum, adytum vero ultra quatuor columnas situm dicebatur sanctum sanctorum. fuitque hoc linteum omnis generis floribus, quæ terra fert aliisque ornamentis picturatum, exceptis tantum animantium figuris. alterum autem velum magnitudine, colore, textura priori par, circa ingressum sitas quinque columnas tegebat: qvod à summo ad dimidium columnarum pendens ibi anulis sustinebatur, & accessum sacerdotibus subintrantibus præbebat. huic pene contiguum erat aliud velum magnitudine par, sed è lino contextum, anulis, à funiculo per transversum pendens, qvod aliquando adducebatur, aliquando festis præcipue diebus reductum populi prospectum admittebat. reliquis diebus, & maxime parum serenis, objectu suo picturatum illud velum a tempestatibus protegebat. unde mos mansit etiam post templum exædificatum, ut velum huic simile in aditu prætenderetur. erant præterea decem aulæa quaternorum cubitorum latitudinis, longitudinis vicenum octonum cum uncinis aureis, qui contiguorum anulis ita inserebantur, ut coaptata unum viderentur: quæ extensa fanum superne obtegebant, & parietes à lateribus & à tergo, minus uno pede ad terram pertingentia. erant & alia peripetasmata undecim æque lata, sed longiora, videlicet triginta cubitorum singula, è pilis eadem subtilitate, qua illa è lana, contexta: quæ tegmine suo usque terram fusa instar thalami exhibebant, uno à fronte prominente, qvod in hunc usum supra denarium numerum erat adnexum. hæc rursus ab aliis è pellibus consutis contra æstus ac pluviarum injuriam protegebantur. quapropter è longinquo spectantibus res erat miraculo dignissima: colores enim tabernaculi non aliter micabant, quam si cælum quis contueretur. cæterum cilicia & pellicea vela ita pendebant, sicut illud circa fani introitum, ad arcendas tempestates objecta.

Exod. 36.

CAP. VI.

De arca, in qua tabulas legis Moyses collocavit.

VI. Exod. 37. TAbernaculo autem hunc in modum constituto, etiam arcam Deo sacram inferunt è materie natura valida & ab omni carie inviolabili. hæc vernacula nostra lingua dicitur Heoron, figura tali: longitudo ejus erat quinque palmorum, altitudo vero & latitudo trium palmorum, eratque intus & extra tota laminis aureis incrustata: & habebat tegmen aureis cardinibus coaptatum, nulla ex parte prominens, ex utroque autem longiore latere inerant anuli aurei duo, totum lignum penetrantes, & per eos vectes aurati utrinque trajecti, ut, quoties opus esset, quocunque transportari posset,

καρπῶν ὑγρῶν ἢ ξηρῶν, καὶ νοῦν αὐτοῖς τῶν θεῶν τὸ
θεοῦ χορηγησάντων κομίζοντες, μετ' ἡδονῆς ἀποδιδό-
τωσι τοῖς δοῦσιν ὥσπερ ἀποθέμενοι εἰς τὰ αὐτῶν, καὶ
πάλιν εἰ δεηθεῖεν ἔχοντες. Αν δὲ ἀναμοχλωτῶσιν οὐκ
πλὴν ἀποδῶσιν, μὴ πρὸς πλὴν οἰκίαν βαδίσαντες
ἐνεχυράζειν πρὶν ἡ δίκη πρὸ τούτου ἥκῃ. τὸ δὲ
ἐνέχυρον αὐτῶν ἔξω. καὶ τὸν ὀφείλοντα κομίζειν δί- D
καιον μηδὲν ἀντιλέγοντα τῷ μὴ νόμου βοηθείας ἐπ'
αὐτῷ ἥκοντι. κἂν μὲν εὔπορος ἡ ὁ ἐνεχυρασθείς,
κατεχέτω τοῦτο μέχρι τῆς ἀποδόσεως ὁ δανειστής. ἂν
δὲ πένης, ἀποτιθέτω πρὶν ἡλίου δῦναι, καὶ μάλι-
στα ἂν ἱμάτιον ἢ τὸ ἐνέχυρον, ὅπως εἰς ὕπνον ἔχῃ τοῦ-
το, φύσει τοῦ θεοῦ τοῖς πένησιν ἔλεον νέμοντος. Μύ-
λην δὲ καὶ τὸ πρὸς πούτῳ σκεῦος, μὴ ἐξεῖναι λαμ-
βάνειν ἐνέχυρον. ὅπως μὴ στερώνται καὶ τῶν πρὸς τὰ
στόμα ἀρχέντων, μηδ' ὑπ' ἐνδείας πάθωσί τι τῶν χει- E
ρόνων. Εἰ δ' ἀνθρώπου μὲν κλοπὴ, θάνατος ἔστω ζη-
μία. ὁ δὲ χρυσὸν ἢ ἄργυρον ὑφελόμενος, τὸ διπλοῦν
ἀποτινύτω. Κτείνας δὲ ὀπὶ τοῖς κατ' οἶκον κλεπτο-
μένοις τις, ἀθῷος ἔστω κἂν εἰ πρὸς διωρύγματι τει-
χίου. Βόσκημα δὲ ἁλίσκας, τετραπλοῦν πλὴν ζημίαν
ἀποτινύτω, πλὴν βοός. πεντεπλοῦν δὲ ὑπὲρ τούτου
καταβαλέτω. ὁ δὲ τὸ ὀπίσθιον ἄρδην ἀλαλύσα-
σθαι, δοῦλος ἔστω τοῖς καταδικασθεῖσι. Πρασθεὶς F
ἢ ὁμοφύλῳ τις ἔτη δουλευέτω, τῷ δὲ ἑβδόμῳ
ἐλεύθερος ἀφειέσθω. Εαν δὲ τέκνον αὐτοῦ γνησίου
ἐκ δούλης θεοῦ τοῦ πειαθέντος, ἅμα πλὴν οὐσίαν, καὶ
πλὴν πρὸς τὰ οἰκεῖα φιλοτεχνίαν βούλῃται δουλεύειν,
ἐνιαυτοῦ ἰωβήλου, πεντηκοστὸς δὲ ἐνιαυτός ἐστιν, ἐλευ-
θερούσθω, καὶ τὰ τέκνα καὶ πλὴν γυναῖκα ἐλευθέ-
ραν ἐπαγόμενος. Εαν δέ τις, ἢ χρυσίον ἢ ἀργύριον
εὕρῃ καθ' ὁδὸν, ὑπολήψασθω τὸν ἀπολωλεκότα καὶ
παρούσας τὰς πίστεις ἐν ᾧ εὗρεν, ἀποδότω, πλὴν ἐκ τῆς G
ἐπιστήμης ζημίας ὠφέλειαν σὸκ ἀγαθὴν ὑπολαμβά-
νων. Ομοίως καὶ περὶ βοσκημάτων οἷς ἂν ἐντύχοι τις,
κατ' ἐρημίαν πλανομένοις, μὴ εὑρεθέντος τοῦ κυ-
ρίου θηρεύμα παρ' αὐτοῦ φυλαττέτω, μαρτυράμε-
νος τὸν θεὸν μὴ νοσφίζεσθαι ἀλλότρια. Μὴ ἐξεῖναι δὲ
παρέντα κτηνῶν τινὶ κακοπαθοῦντων ὑπὸ χει-
μῶνος πεπτωκότων ἐν πηλῷ συναίρεσθαι δὲ, καὶ τὸν
πόνον οἰκεῖον ἡγεῖσθαι βοηθεῖν. Μεμύσθω δὲ
καὶ τὰς ὁδοὺς τοῖς ἀγνοοῦσι, καὶ μὴ γέλωτα θηρω-
μένους αὐτοῖς ἐμποδίζειν πλάνῃ πλὴν ἑτέρου χρείαν.

Ahoc enim & ad legislatoris clementiæ laudem, & ad parentum felicitatem pertinet, si nec filium nec filiam legibus dare pœnas videant. quod si hi sermones & præcepta nihil profecerint, sed contumacibus in parentes ausis pergat leges sibi infestas reddere, ab ipsis extra urbem, sequente turba, productus obruatur lapidibus, & per totum diem omnibus ad spectandum propositus, nocte demum sepeliatur. Similiter & qui quomodocunque legibus damnati dant supplicium. Quin & hostes sepeliantur, nec mortuus quisquam expers terræ jaceat, ultra quam justum est, pœnas exsolvens. Mutuum dare ad usuram Hebræorum nemini liceat, neque cibum neque potum. non enim justum est reditus captare ex fortunis tribulium, sed præstat opem ferre illorum necessitatibus, & ad lucrum imputare eorum gratiarum actionem, & Dei retributionem, quæ hujusmodi beneficentiam solet consequi. Qui vero acceperint mutuo sive pecuniam, sive fructum aliquem aridum aut liquidum, ubi, Deo favente, ex sententia fruges ipsorum provenerint, alacres restituant eis, qui mutua verunt, quasi sua reponentes, & usuri denuo, si opus fuerit. Qvod si non pudeat eos non reddere, non sunt e domibus auferenda pignora, nisi jussu judicum, & pignus foris est expectandum. is vero, qui afferre debet, nihil contradicat ei, qui cum legum auxilio ad se venit: & si quidem non inops fuerit, qui oppigneraverit, retineatur pignus, donec reddatur mutuum. sin autem pauper, restituat id creditor, priusquam sol occidat, maxime si vestimentum pignus fuerit: ut habeat iturus cubitum. quandoquidem Deus à natura erga pauperes est misericors. Molam & instrumentum, quod ad hanc pertinet, non esto jus pignus capere: ne, carentibus his, si desit cibum parandi facultas, ob inopiam gravius aliquid accidat. Plagium qui commiserit, mulctator capite: qui vero aurum aut argentum subtraxerit, duplum restituito. Qui in furto deprehensum, aut parietem perfodientem occiderit, impunis esto. Pecudem qui furatus fuerit, quadruplo mulctator, excepto bove. pro hoc enim quincuplum numerandum est. Qui vero mulctam solvere non valet, in servitutem vindicetur. Qui tribuli in servitutem est venditus, sexennio serviat, septimo anno manumittatur. Qvod si in herili domo prolem e conserva susceperit, & propter suos affectus servire maluerit, anno jubileo, is est quinquagesimus, liber esto una cum filiis & uxore. Si quis aurum aut argentum in via invenerit, quærat eum, qui perdidit, per præconem, indicato loco, in quo invenit, reddatque, sciens non esse bonum ex alieno damno lucrum facere. Sic & de pecudibus, in quas errantes in deserto inciderit, si ignoretur Dominus, statim apud se reservet, Deum testatus, qvod aliena usurpare non cupiat. Jumentum per tempestatem in luto hærens præterire non licet, sed sublevandum est non secus quam proprium. Viam ignoranti commonstrare oportet, non per ludibrium risum captando alienas utilitates impedire.

Deut. 23.

Deut. 24.

Deut. 22.

Absenti & surdo nemo malè loquitor. Percussus in rixa absque ferro, confestim vindicetur: idem patiente eo, qui percussit, qvod fecit. quod si domum relatus complures dies ægrotaverit, deinde moriatur, qui percussit à cæde insons esto. sin autem revaluerit, & multa in ægritudine insumpserit, percusso, quicquid interim, dum decubuit, impensum est, dissolvat, præterque mercedem medici. Qui mulierem uterum gerentem calce percusserit, si quidem mulier abortiat, pecunia mulctetur à judicibus, quod, corrupto fœtu, populum uno cive diminuerit: & aliam præterea pecuniam det marito mulieris. qvod si illa moriatur, & ipse det pœnas capite: quando quidem vitam pro vita reponi justum est. Venenum neque letale, neque alias noxium quisquam Israelitarum penes se habeat: qvod si habere deprehensus sit, morte mulctetur, & patiatur id, qvod facturus erat illis, adversus qvos venenum paraverat. Qui excæcaverit quenquam, similia patiatur, privatus, quo privavit alium, nisi is malit pecuniam accipere. nam ipsi lex permittit arbitrium æstimandi suum casum, si nolit haberi sæverior. Bovem cornupetam Dominus jugulet. qvod si in area quenquam percussum interfecerit, ipse quidem obruatur saxis, indignus, qui vel in cibum veniat. quod si & dominus coarguatur novisse ingenium ejus, nec tamen cavisse, & ipse morte mulctetur, ut qui à bove necato mortis causa fuerit. Qvod si servum aut ancillam bos interfecerit, ipse quidem lapidetur; dominus autem ejus triginta siclos necati hero persolvat. Qvod si bos à bove alio ita percussus mortuus fuerit, vendantur tam mortuus, quam qui percussit, & pretium utriusque inter se domini partiantur. Qui puteum aut lacum fodiunt, diligenter curent, ut, injectis tabulis, operiantur, non, ut aquatio non sit libera, sed ut absit periculum, ne quid incidat. qvod si in talem fossam non clausam pecus alicujus illapsum moriatur, pretium ejus domino restitui debet. tecta quoque circumsepienda sunt obicibus, qui non facile prolabi sinant ac decidere. Depositum tanquam rem sacram qui accepit, diligenter custodiat, & nemo ejus commissorem fraudare sustineat, neque vir, neque mulier, etiam si, nemine coarguente, ingentē auri vim lucrifacturus sit. in universum enim danda est opera, ut sua cuique conscientia sana sit, & huic testi approbari satis est, quicquid laudem meretur apud homines. Præcipuus autem Dei respectus habendus est, quem nemo malus unquam potest fallere; quod si absque dolo malo cui commissum est, & id perdiderit, accedens ad septem illos judices, jurejurando Deum testem faciat, qvod nihil sua voluntate aut malitia sit perditum, nec usum se parte depositi, atque ita absolutus abeat. qvod si vel minima commissorum parte usus post perdiderit, ad redhibendum, qvod accepit, in solidum condemnetur. Idem jus esto de mercedibus, quæ parantur labore corporis.

Deut. 24.

Ibidem.

Ομοίως μηδὲ βλασφημείτω τις τὸν ἄρχοντα καὶ τὸν ἐνεόν. Ἐν μάχῃ τὶς ὅπου μὴ σίδηρος πληγεὶς, φονικὸν μὲν ἐκδικείσθω παὐτὸν παθόντος δὲ πεπληγότος. ἂν δὲ κομισθεὶς παρ' ἑαυτὸν καὶ νοσήσας ὕπτιος πλείονας ἡμέρας, ἔπειτα ἀποθάνῃ, ἀθῶος ἔστω ὁ πλήξας. σωθεὶς δὲ καὶ πολλὰ δαπανήσαντος εἰς τὴν νοσηλείαν, ἀποτινύτω πάνθ' ὅσα ἐδαπάνησε τὸν χρόνον τῆς κατακλίσεως ἀνάλωσεν, καὶ ὅσα τοῖς ἰατροῖς ἔδωκεν. Ὁ γυναῖκα λακτίσας ἔγκυον, ἂν μὲν ἐξαμβλώσῃ ἡ γυνὴ, ζημιούσθω χρήμασιν ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ὡς πειρᾶτο διαφθεῖρεν ἐν τῇ μαστὶ μειώσας τὸ πλῆθος. διδόσθω δὲ καὶ τῷ ἀνδρὶ τῆς γυναικὸς παρ' αὐτοῦ χρήματα. ἀνησκούσης δὲ ἐκ τῆς πληγῆς, καὶ αὐτὸς ἀποθνησκέτω, ψυχὴν ἀντὶ ψυχῆς κατατιθεὶς δικαιοῦτος δὲ νόμῳ. Φάρμακον μήτε θανάσιμον, μήτε τῶν εἰς ἄλλας βλάβας πεποιημένων ἰσραηλιτῶν ἐχέτω μηδεὶς. ἐὰν δὲ κεκτημένος φωραθῇ, πιθανάτω, ἔστο πάσχων ὁ διεθήκεν ἂν ἐκείνους, καθ' οὓς τὸ φάρμακον ἐπαρεσκευασμένον. Ὁ πηρώσας, παχέτω τὰ ὅμοια, στερόμενος οὐ περ' ἄλλον ἐστέρησε, πλὴν εἰ μὴτι χρήματα λαβεῖν ἐθελήσειεν ὁ πεπηρωμένος, αὐτὸν τὸν πεπονθότα κύριον δὲ νόμου ποιοῦντος τιμήσασθαι τὸ συμβεβηκὸς αὐτῷ πάθος, καὶ συγχωροῦντος εἰ μὴ βούλεται χρέασθαι τῇ κρίσει. Βοῶν τὶς κέρασι πλήσσοντα ἐ θεραπόντης ἀποσφαττέτω. εἰ δὲ ἐφ' ἅλῳ κτείνειέν τινα πλήξας, αὐτὸς μὲν καταλυθεὶς ἀποθνησκέτω, μὴ δὲ εἰς τροφὴν εὔχρηστος εἶναι κατηξιωμένος. ἐὰν δὲ καὶ ὁ θεραπόντης ἐλεγχέτω, ὡσαύτως αὐτὸ τὸν φύσιν, καὶ μὴ φυλαξάμενος, καὶ αὐτὸς θνησκέτω, ὡς αὐτὸς τῷ ὑπὸ βοὸς ἀνηρημένῳ γεγωνημένος. Ἐὰν δὲ δοῦλον ἢ θεράπαιναν ἀποκτείνῃ βοῦς, αὐτὸς μὲν καταλιθούσθω. τριάκοντα δὲ σίκλους ὁ κύριος δὲ βοὸς ἀποτινύτω τῷ δεσπότῃ δὲ ἀνηρημένου. Βοῦς δὲ ἐὰν οὕτως πλήσσῃ ἀποθάνῃ, ἀπολλύσθωσαν καὶ ὁ τεθνεὼς καὶ ὁ πλήξας, καὶ τὼ τιμὼ τὴν ἀμφοτέρων, οἱ δεσπόται αὐτῶν διαμεμέσθωσαν. Οἱ φρέαρ ἢ λάκκον ὀρύξαντες, ἐπιμελὲς ποιείσθωσαν ὡς τε σανίδων ἐπικαλαῖς ἔχειν κεκλεισμένα, οὐχ ὅπως πίνες ἐξέρχοιντο ὑδρίας, ἀλλ' ἵνα μηδεὶς κίνδυνος, ὡς ἐμπεσουμένοις ἢ. εἰ δὲ ἀνοίξας ὄρυγμα τοιοῦτον μὴ κλείσῃ ἐμπεσὼν βόσκημα τινὸς ἀφαιρεῖσθω, τῷ τιμῷ αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ καταβαλλέτω. φωλεοβαλλεσθω δὲ καὶ τοῖς τείχεσιν ἅπερ ὡς ἀντὶ τείχους ὄντα, ὥστε ἐάσει τινὰς ἀποκυλισθέντας ἀποβάλλεσθαι. Παρακαταθήκην δὲ ὥσπερ ἱερόν τι καὶ θεῖον χρῆμα ὁ φυλαλαβὼν, φυλακῆς ἀξιούτω, καὶ μηδεὶς ἀποστερήσας σωθείη τὸν πεπιστευκότα, μήτε ἀνὴρ, μήτε γυνὴ. μηδ' εἰ χρυσὸν ἄπειρον μέλλοι κερδαίνειν καταφρονῶν τοῦ μηδένα εἶναι τὸν ἐξελεγξοντα. καθ' ὅλου μὲν γὰρ τὸ σωτήριον ἐπισάμενον τὸ αὐτοῦ φυλάττειν ἕκαστον εὖ πράττειν. καὶ μάρτυς ἐρχόμενος αὐτῷ πέντε ποιείτω ἃ παρ' ἄλλων ἕπομεν αὐτῷ παρέξει. μάλιστα δὲ τὸν θεὸν ὃν οὐδεὶς πονηρὸς ὢν λανθάνει. εἰ δὲ μηδὲν ἐπίδοξον ἐρῶν ὁ πιστευθεὶς ἀποδώσειεν, ἀφικόμενος ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ κριτὰς, ὀμνύτω τὸν θεὸν, ὅτι μηδὲν φθορᾷ τῷ αὐτοῦ βούλησιν ἀπόλοιτο ἢ κακίαν, οὐδὲ χρησαμένου τινὶ μέρει αὐτῆς, καὶ οὕτως ἀνεπαίτιατος ἀπείτω. χρησαμένου δὲ κἂν ἐλαχίστῳ μέρει τῶν πεπιστευμένων ἀπολέσας τύχῃ, τὰ λοιπὰ πάντ' αὐτῷ ἀπολαβὼν ἀποδοῦναι κατεγνώσθω. Ὁμοίως δὲ τῷ περὶ φυλακαθηκῶν, κἂν μισθόν τις ἀποστερήσῃ τῶν ὑπὸ σώματι τῆς αὐτῶν ἐργαζομένων,

μεμνῆ-

μεμνήσθω ὅτι οὐκ ἀποστερητέον ἀνδρὸς πένητος μισθοῦ, εἰδότας ὡς ἀντὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων κτημάτων ὁ θεὸς αὐτῷ τοῦτον ἔδωκε παρεχόμενος. ἀλλὰ μηδὲν ἀναβαλλέσθω τὴν ἀποδοσιν, ἀλλ' αὐθημερὸν ἀπόδιδόσθω, ὡς οὐ βουλομένου τοῦ θεοῦ τῆς ἐξ ἐπόνησε χρήσεως ὑστερεῖν τὸν ἐργασάμενον. παῖδας γὰρ ἀδικίας πατέρων μὴ κολάζειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεεῖν τῷ λόγῳ τῷ κείνων αὐτῶν ἀρετῷ, εἰκὸς μᾶλλον ἀξιοῦν, ὅτι μοχθηρῶν ἐγένοντο πατέρων, ἢ μίσους φωτὸς ἐκ φαύλων. Οὐδὲ μὴν πατράσιν ὑῶν ἁμαρτίαν λογιστέον, τῶν νέων πολλὰ τῷ τρόπῳ ἡμετέραν διδασκαλίαν αὐτοῖς ὑπερεώντων καταφανίας δ' διδάσκεσθαι. Εὐνοῦχους ἐκτρέπεσθαι, καὶ σιωπὴν φεύγειν τῷ μετ' αὐτῶν, ἀφελομένους αὐτοὺς τὸ ἄρρεν καὶ τὴν τῆς παιδοποιίας καρπὸν, ὃν ἀνθρώποις ἐπ' αὐξήσει δ' ἡμῶν ὁ θεὸς παρέχειν. ἐλαύνειν δὲ οὕτως, ὡς ὑπὸ τέχνων σφαγῆ, καὶ πρὸ τούτων ἀπολλύτας τὸ κείνων ἀνάπτειν. δῆλον γὰρ ὡς τῆς ψυχῆς αὐτοῖς τεθηλυσμένης, μεταπεσεῖται τὸ πρὸς τοῦτο καὶ τὸ σῶμα· ὁμοίως δὲ καὶ πᾶν τὸ νομιζόμενον τέρας τῆς ὁρᾶν. Μὴ ἐξεῖναι δὲ πρὸ σκοπιᾶς, μήτε ἀνθρώπους, μήτε τῶν ἄλλων ζώων. Αὕτη μὲν οὖν ὑμῖν εἰρωνικὴ τῶν νόμων καὶ τὴν πολιτείαν διάταξις ἔστω. καὶ ὁ θεὸς ὑμῖν ἀσφάλειαν αὐτῆς τὸν κόσμον παρέξεται. γένοιτο δὲ χρόνου μηδεὶς ὃς καινίσει τι τούτων ἢ πρὸς τὸ ἐναντίον μεταβάλλοι. ἐπεὶ δὲ ἀνάγκη τὸ ἀνθρώπινον καὶ εἰς ἀβουλήτους ἢ καὶ αἵρεσιν παραχὰς καὶ κινδύνους ἐμπίπτειν, φέρε καὶ περὶ τούτων βραχέα προδιατάξωμεν, ὡς ἂν εἰδότες ἃ χρὴ ποιεῖν, ἐν τῇ χρείᾳ τῶν σωτηρίων εὐπορῆτε, καὶ μὴ τότε ἃ δεῖ ποιεῖν ἀπιζήτητοι ἀπαρασκεύαστοι τοῖς καιροῖς παραπέσητε. μὴ γὰρ ὑμῖν ὁ θεὸς ἔδωκε, πόνων καταφρονοῦσιν καὶ ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν ἠσκημένους ἀπόλεμον νέμοισθε, κεκτημένοι αὐτῷ μήτε ἀλλοτρίων εἰς αὐτὸν ὅπλα κακῶς στρατευσάντων, μήτε στάσεως ἐμφυλίου κατεχούσης ὑμᾶς. ὑφ' ἧς τἀναντία πατράσι τοῖς ἑαυτῶν πράττοντες, ἀπολεῖτε τὰ κείνοις νομισθέντα. χρώμενοί τε νόμοις οὓς ἀγαθοὺς δοκιμάσας ὁ θεὸς παραδίδωσι διατελοίητε. ἔργον δ' ὅτι ἂν πολεμικὸν, ἢ νῦν ὑφ' ὑμῶν ἢ ὕστερον ὑπὲρ παίδων ὑμετέρων γένηται, θεῷ δ' ἀγαθῷ ἐπιτέριον πράττειν. μέλλοντας δὲ πολεμεῖν πρὸς βίαν καὶ κήρυκας πέμπειν θεὸς τοὺς ἐκουσίους πολεμίους. πρὸ γὰρ τῶν ὅπλων, καλὸν ἂν εἴη χρῆσθαι λόγοις πρὸς αὐτοὺς, δηλοῦντας ὅτι καὶ στρατιᾶς πολλῷ ἔχοντες καὶ ἵππους καὶ ὅπλα, ἐπὶ πρὸ τούτων ἅμα τὸν θεὸν καὶ σύμμαχον, ὅμως ἀξιοῦμεν μὴ ἀναγκάζεσθαι πολεμεῖν αὐτοὺς, μηδὲ τὰ κείνων ἀφαιρούμενοι ἀβούλητον αὐτοῖς κέρδος προσλαμβάνειν. καὶ παθόντων μὲν καλῶς ὑμᾶς ἔχειν τὴν ἐφ' ἑαυτοῖς φυλάττεσθε, φρονοῦντας ἐφ' ἑαυτοῖς ὡς ἀρχὴ διαφέρουσιν· εἰ δ' ἀδικεῖν ἐθέλοιεν, στρατὸν ἐπ' αὐτοὺς ἀγάγετε, στρατηγὸν μὲν αὐτοκράτορα χρώμενοι τῇ ἴλῃ, συστρατηγὸν δὲ χειροτονήσαντες ἕνα τὸν ἀρετῇ πρέποντα. πολυαρχία γὰρ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου σπουδὴν ἀνάγκην ἔχουσιν ἐμπόδιον εἶναι, καὶ βλάπτειν πλέον τοὺς χρωμένους. στρατὸν δ' ἄγειν καθαρὸν ἐκ πάντων τῶν ῥώμῃ σωμάτων, καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ διαφερόντων. τὸ δὲ δειλὸν ἀποκλείοντας, μὴ τοὺς πολεμίους πρὸ τοῦ ἔργου τρέπειν εἰς φυγὴν ὠφελῇ. πρός τε νεωστὶ δεδιωγμένους οἰκείας,

A Cavendum, ne quis virum pauperem mercede
sua defraudet, memor, quod is vice agri & fa-
cultatum hoc à Deo sortitus sit. proinde non pro-
crastinanda solutio, sed eadem die reddenda,
cum constet, Deum nolle, ut operarius laboris
sui fructu careat. Liberi ob parentum iniquita- *Ibidem.*
B tem puniendi non sunt, nimirum propter suam
virtutem digniores miseratione, qvod è talibus
nati sint, quam odio propter illorum vitia. Ne-
que patribus peccata filiorum sunt imputanda,
qui, contempta parentum disciplina, multa
sibi permittunt facere. Spadones abominare &
aversare, qui virilitate & genitura se ipsi priva-
verunt, quam nobis Deus ad incrementum &
multiplicationem addidit. Procul arcendum est
hoc genus, qvod non modo posteritatem, quan-
C tum in se est, sed multo ante propriam innocen-
tiam ac puritatem perdidit. Satis enim constat,
quod, effœminato primum animo, etiam corpora
habent muliebria. similiter abhorrere oportet,
quicquid inter portenta ducitur. Castrare nec
hominem licet, nec ullum aliud animal.
Hæ pacis leges & instituta sunto, & Deus propiti-
us inconcussam eam & imperturbatam conser-
D vabit. abst autem, ut ullum tempus veniat, qvod
hæc innovet & in contrariam formam transferat.
Qvoniam autem necesse est homines vel sponte
vel invitos in turbas ac pericula incidere, age, et-
iam de his pauca præcipiamus, ut scientes, qvid
opus facto sit, cum usus erit, in promptu habeatis
salutaria consilia, nec sitis hac parte imparati in
ipso temporis articulo. Faxitque Deus, ut ter-
E ram, quam vobis pro labore vestro ac virtute de-
dit, in pace & tranquillitate colentes possideatis,
nec hostibus incursantibus, nec domestica sedi-
tione turbante, quæ, abrogatis patrum legibus
& institutis, in contrariam disciplinam vos indu-
cat: utque in perpetua legum à Deo comproba-
tarum observatione permaneatis. Bella vero,
vel vobis vel vestris posteris gerenda, extra fines
Deus avertat. Cæterum cum bellum instabit, ca- *Deut.* 20.
F duceatores primum ad destinatos hostes sunt
mittendi. decet enim ante arma verbis ad eos
uti, docendo, quod, quamvis & copiæ vobis ad-
sint numerosæ, & equi, & arma, & super
omnia Deus auxiliator propitius, mavultis ta-
men non cogi ad bellum, neque ex rebus illorum
direptis ingrata lucra quærere. Et si quidem,
G quod æqvum est, persuaderi sibi patiantur, præ-
stat pacem inviolatam servare: qvod si plus suis
viribus tribuentes jus in armis reponant, exerci-
tum contra eos educite, imperium Deo commit-
tentes, creato uno aliquo forti viro, qui vicarius
illi sit, & quasi proimperator. multorum enim
imperium non modo moram affert rebus strenue
gerendis, sed non raro plus nocet, qvam prodest.
Delectus autem habendus est virorum tantum
robore tam animi quam corporis præstantium:
ignavi vero minime admiscendi, ne, dum res ar-
mis geritur, in fugam aversi hostium conditionē
potiorem faciant. Immunes autem sint a militia,

qui, ædificata nova domo, nondum integrum annum illa sunt usi:tum qui,plantata vinea, nondum ex ea fructus perceperunt:& præter hos,qui, desponsata uxore, nondum eam domum duxerunt: ne harum rerum desiderio sibi parcentes, & servantes se, relictis voluptatibus, in gratiam uxorum parum fortiter rem gerant. Castris autem positis, cavete, ne quid asperè ac crudeliter faciatis: & oppugnaturi urbem, si desit materies ad machinarum fabricam, ne deglabretis terram frugiferas arbores excidendo: sed parcite, non ignorantes in usum hominum ista creata,& si vox eis daretur expostulatura vobiscum, qvod cum ipsa belli causa non fuerint, injustè affligantur, mut atura domicilium, si liceat, & alio migratura. Victores in prælio facti, eos, qui in adversa acie steterunt, cædite, cæteros tributarios futu-
Deut. 22. ros servate, excepta Chananæorum gente. Hi enim cum totis familiis sunt delendi. Cavete autem, maximè in bello, ut neque mulier habitu virili utatur, neque vir stola muliebri. Hæc sunt instituta, quæ Moyses reliquit. Leges vero ante quadragesimo anno conscriptas tradidit, de qui-
Deut. 30. bus in aliis commentariis dicemus. Sequentibus
31.32.33.34 deinceps diebus; nam continenter conciones advocabat, faustis eos precationibus Deo commendavit, sicut contra diris imprecationibus eos devovit, qui, neglectis legibus, adversus earum præscriptum agerent. deinde carmen hexametrum eis recitavit, quod scriptum reliquit in sacro volumine, continens prædictionem futurorum, juxta quam omnia facta sunt, atque fiunt,eventis nusquam non congruentibus. Hæc volumina & arcam sacerdotibus dedidit, in qua decem illa præcepta in duabus tabulis scripta reposuerat, & præterea tabernaculum. populo etiam mandavit, ut, occupata terra & fixis sedibus,non obliviscereturinjuriæ ab Amalecitis acceptæ: sed, expeditione in eos suscepta, pœnas reposceret pro damnis in deserto sibi illatis. Capta autem
Deut. 27. Chananæa, & plebe ejus, ut par est, deleta, aram
28. erigere jussit ad solem Orientem obversam, non procul à Sicimis urbe inter duos montes, dextrum Garizeum, sinistrum Gibalem: divisasque copias in senas tribus super duobus montibus consistere, & una cum illis Levitas ac sacerdotes. & primum illos in Garizeo precari omnia fausta leges Dei & religionem servantibus, & Moysis constitutiones non violantibus, alteros vero acclamationibus hoc approbare, & rursum his precantibus illos acclamare. deinde pari modo transgressoribus execrationes inferre, succinentes sibi invicem, ab alteris dicta comprobantes. & tam faustas ominationes quam devotiones in literas retulit, ut in perpetuum cuivis eas discere liceat: quæ tandem huic aræ inscriptæ sunt ex utroq; latere, qua populus jussus est stare,& holocautomata offerre,& post eam diem nunquam alias victimas imponere: neque enim fas esse. Hæc sunt, quæ Moyses præcipit, & quæ Hebræorum gens indesinenter observat.

οἷς οὔπω χρόνῳ ἀπολαύσεως αὐτῶν ἐνιαύσιος, καὶ φυτεύσαντας, οὔπω δὲ καρπῶν μετεσχηκότας, ἐᾶν κῆ χώραν. καὶ τοὺς μνηστευσαμένους δέ, καὶ νεωστὶ γαμηκότας, μὴ πόθῳ τούτων φειδόμενοι δ' ἴσως καὶ προϊόντες ἑαυτοὺς εἰς τὴν τούτων ἀπόλαυσιν ἐθελοκακήσωσι πρὸς τοὺς γυναῖκας. στρατοπεδευσάμενοι δὲ, φείδεσθε μήτε τῶν δυσχερεστέρων ἐργάσησθε. πολιορκοῦντας δ' καὶ ξύλων ἀπορουμένους, εἰς πάσην μηχανημάτων, μὴ κείρειν τὴν γῆν, ἥμερα δένδρα κόπτοντας· ἀλλὰ φείδεσθαι λογιζομένους ἕνεκ' ὠφελείας τούτων ἀνθρώπων γεγονέναι, καὶ φωνῆς ἂν δύνηται δικαιολογήσασθαι πρὸς ὑμᾶς ὡς οὐδὲν αἴτια γεγονότα τοῦ πολέμου πάσχοι κακῶς παρὰ δίκην, εἰ δύναμις αὐτῆς ἐᾷ καὶ μετοικήσαντα ἂν καὶ πρὸς ἄλλην μεταβάντα γῆν. κρατήσαντες δ' τῇ μάχῃ τοὺς ἀντιταξαμένους κτείνατε, τοὺς δ' ἄλλους, εἰς τὸ τελεῖν ὑμῖν φόρους σώζετε, πλὴν τῶν χαναναίων ἐθνους, τούτους γὰρ πανοικὶ ἀφανίσαι. φυλάσσεσθε δὲ μάλιστα ἐν τοῖς μάχαις, ὡς τε μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ γυναικείᾳ. πολιτείαν μὲν οὖν τοιάνδε μωυσῆς κατέλιπε. νόμους δ' ἐπὶ πλείστοις τεσσαράκοντα ἔτεσι γεγραμμένους ὕστερον ἐξέδωκε, πρὸς ὧν ἐν ἑτέρᾳ γραφῇ λέξομεν. τῇ δ' ἑξῆς ἡμέρας, συνεχῶς γὰρ ἐξεκκλησίασεν, εὐλογίας αὐτοῖς δίδωσι καὶ κατάρας ὑπὲρ τοὺς μὴ τοὺς νόμους ζηλοῦντας, ἀλλὰ παραβαίνοντας τὰ ἐν αὐτοῖς διωρισμένα. ἔπειτα πρῶτον ἐξάμετρον αὐτοῖς ἀνέγνω, ὃν καταλέλοιπεν ἐν τῇ βίβλῳ τῇ ἱερᾷ, προρρήσεις ἔχουσαν τῶν ἐσομένων, καθ' ὃν γέγονε πάντα καὶ γίνεται, μηδὲν ἐκείνου διημαρτηκότος τῆς ἀληθείας. ταῦτ' οὖν τὰ βιβλία παραδίδωσι τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς λοιποῖς, εἰς ὃν καὶ τοὺς δέκα λόγους γεγραμμένους ἐν δυσὶ πλαξὶ κατέθετο καὶ τὸν σκηνήν. τῷ τε λαῷ παρεύεσθ κρατήσαντι τῆς γῆς, ἰσχύοντι, μὴ λήθην λαβεῖν τῆς ἀμαληκιτῶν ὕβρεως· ἀλλὰ στρατεύσαντας ἐπ' αὐτοὺς, τιμωρίαν ἀπολαβεῖν, ὧν ἐπὶ τῆς ἐρήμου τυγχάνοντας ἐπίπησαν κακῶς. ἐξελάντας δ' τὴν χαναναίαν γῆν, καὶ πᾶσαν ἀφανίσαι φθορᾷ τὴν ἐν αὐτῇ πᾶλησιν καθάπερ ἔφαμεν, τὸν βωμόν τε ἀναστῆσαι πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα τετραμμένον, οὐ πόρρω τῆς σικίμων πόλεως μεταξὺ δυοῖν ὀροῖν, γαριζείου μὲν δ' ἐκ δεξιῶν κειμένου, τὸ δ' ἐξ ἀριστερῶν ἐβάλου προσαγορευομένου. μερισθέντων δ' τὴν στρατιὰν κατ' ἐξ φυλὰς ἐπὶ τοῖν δυοῖν ὄρεσιν ἀναστῆναι, καὶ σὺν αὐτοῖς λευίτας τε καὶ τοὺς ἱερεῖς. καὶ πρῶτα μὲν τοὺς ἐπὶ τοῦ γαριζείου γινομένους εὔχεσθαι τὰ κάλλιστα τοῖς περὶ τὴν θρησκείαν δ' θεοῦ τε τοῦ τῶν νόμων φυλακὴν ἀπευδάζουσιν, ὧν τε μωυσῆς εἶπε μὴ παραβαινομένοις, εὐφημεῖν δ' τοὺς ἑτέρους, καὶ τούτων πάλιν εὐχομένων, τοὺς προειρημένους ἐπαινεῖν. ἔπειτα κατὰ ταῦτα τοῖς παραβησομένοις καταράς τιθέσθαι, ὑποφωνοῦσιν ἀλλήλοις ἐπὶ κυρώσει τῶν λεγομένων. ἀνέγραψε δὲ τὰς εὐλογίας καὶ τὰς κατάρας αὐτῶν, ὡς μηδέποτε ἐκλιπεῖν τὴν μάθησιν αὐτῶν ὑπὸ χρόνου· ἃς δὴ καὶ τῷ βωμῷ τελευτῶν ἐνέγραψε κατὰ πλάτος ἑκατέρας, ἣ καὶ φησὶ τὸν λαὸν θῦσαί τε καὶ ὁλοκαυτῶσαι, καὶ μετ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν οὐκ ἐπενεγκεῖν ἱερείων ἑτέρων· οὐ γὰρ εἶναι νόμιμον. ταῦτ' οὖν μωυσῆς τε διέταξε, καὶ τὸ ἑβραίων ἔθνος, ἀκόλουθα τούτοις πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον τηρεῖ διατελεῖ.

τῇ δ' ὑ-

τῇ δ' ὑστεραίᾳ, τὸν λαὸν σὺν γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις εἰς ἐκκλησίαν συναγαγών, ὡς παρεῖναι καὶ τὰ ἀνδράποδα, ὅρκου τῶν νόμων αὐτοὺς φυλακὴν ποιήσατο. καὶ τῆς τοῦ θεοῦ διανοίας ἀκριβῶς λογισάμενος γνώμους, μηδὲν εἰς αὐτοὺς μήτε συγγνώμῃ χαριζόμενος, μήτε ἥκοντας φόβῳ, μήτε ἄλλῳ καθάπαξ αἰτίαν κωλυτήριον τῆς τῶν νόμων φυλακῆς ὑπολαμβάνοντας ὠφελῆσαι τοὺς τι. ἀλλ' ἂν τις τῶν ἐξ αἵματος συγχέαι καὶ καταλύειν ἐπιχειρῇ τὰ κατ' αὐτὸς πολιτικά, ἢ πόλις, ἀμυνεῖν αὐτοῖς καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, καὶ κρατήσαντας μὲν ἐξ αὐτῶν ἀναστάτους ἐμελλεν, καὶ μηδὲ τὸ ἐδαφος τῶν ἀλλογενῶν ἐᾶν ὅλως καταλιπεῖν. εἰ δ' ἀσθενοῖεν, λαβεῖν τὴν τιμωρίαν, αὐτὸ τὸ μὴ κατὰ βούλησιν ἰδίαν παθεῖν χαλεπὴν ἡγούμενος. καὶ τὸ μὲν πλῆθος ὤμνυεν. ἐδίδασκε δὲ αὐτοὺς, ὡς ἂν αἱ θυσίαι τῷ θεῷ μᾶλλον κεχαρισμέναι γίνοιντο. καὶ ὅπως ἂν οἱ στρατεύοντες ἐξίοιεν, πυνθάνεσθαι χεώμενοι τοῖς λίθοις ὡς καὶ πρόπερον δεδήλωκα. προεφήτευσε δὲ καὶ ἡσοῦς μετανοεῖς παρόντος ἔτι Μωυσέως ὑπὲρ ὅσα ποιήσειεν ὑπὲρ τῆς τοῦ λαοῦ σωτηρίας, ἔν τε πολέμοις καὶ κατ' εἰρήνην νόμους θησόμενος. καὶ τὸν τῆς πολιτείας κόσμον συμπερίζων ἀναλογιζόμενος προεῖπεν ὡς δηλώσειεν αὐτῷ θεὸν, ὅτι φθαρέντες τὴν αὐτοῦ θρησκείαν περιφήσεται κακῶν, ὡς ὅταλωντε αὐτοὺς πολεμίων καταδουλώσαι τῇ γῇ καὶ καταστρέψαι πόλεις. καὶ τὸν νεὼ κατασταθῆναι, καὶ καταπεσόντας δουλεύειν ἀνδράσιν οὐδένα λῆψόμενοις οἶκτον ὅπερ ταῖς συμφοραῖς αὐτῶν. μετανοήσειν δ' αὐτοὺς ὅτι μηδὲν χρήσιμον παθόντας. ὁ μὲν τοι θεὸς ὁ κτίσας ὑμᾶς, πόλεις τε πλουτίσας ὑμετέρους ἀποδώσει, καὶ τὸν ναόν. ἐπειδὰν δὲ τῆς τούτων ἀποβολῆς, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις. παρορμήσας δὲ τὸν ἡσοῦν ὅτι τοὺς χαναναίους στρατιὰν ἐξαγαγεῖν ὡς ὁ θεοῦ συνεργοῦντος οἷς ἂν ἐπιχειρήσῃ, καὶ πᾶσαν ἐπευφημήσας τὴν πληθύν. ἐπεὶ φησι πρὸς τοὺς ἡμετέρους ἀπιέναι μέλλοντας, καὶ θεὸς τήνδε μοι τὴν ἡμέραν τῆς πρὸς ἐκείνους ἀφίξεως ὥρισε, χάριν μὲν αὐτῷ ζῶν ἔτι καὶ παρὼν ὑμῖν ἔχειν ὁμολογῶ. προνοίας τε τῆς ὑπὲρ ὑμῶν, ἣν οὐχ ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς μόνον τῶν ἡμετέρων ἐποιήσατο κακῶν, ἀλλὰ καὶ δωρεᾶς τῶν χρειττόνων. ὅτι τε πονοῦντί μοι καὶ κῆδος πᾶσαν ὑπόνοιαν τῆς ὑπὲρ τὸ βέλτιον ὑμῶν μεταβολῆς φρονοῦντα λαμβάνοντι σωτηρίως ἐστὶ, παρέσχεν ἐν ἅπασιν αὐτὸν ἀμείνω ἡμῖν. μᾶλλον δ' αὐτὸς ἐμοὶ θ' ἅμα τῷ ἀφήγησιν αὐτὸν ὄντες ἐπὶ τέλει χαριζόμενος ὑποστρατηγῷ χρώμενός μοι ὑπηρέτῃ, ὧν τὸν ὑμέτερον λαὸν διέργετεῖν ἠθέλησε, ἀνθ' ὧν προθύμου τῷ τοῦ θεοῦ δυνάμει, ὡ μελήσῃ καὶ πρὸς τὸ μέλλον ὑμῶν, ἀπαλλαττόμενος καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι, αὐτός τε ταύτην ὀφειλομένην ἀμοιβὴν ἀποδιδοὺς, καὶ καταλειπὼν εἰς μνήμην ὑμῖν, τὸ σέβειν τε καὶ πρὸ πάντων προσήκειν τοῦτον ἡμῖν, καὶ τοὺς νόμους τιμᾶν ὧν τε παρέσχηκε, καὶ μόνων ὑμῖν ἐπὶ παρέξει δώρημα κάλλιστον φυλάττειν. ὡς ὄντως μόνῳ ἐχθρὸς καὶ ἀνθρωπίνῳ νομοθέτης ὑβριζόμενος αὐτὸς τῶν νόμων καὶ μάτην πεπόνθοι. θεοῦ δὲ μὴ παροφθέντος χαλεπαίνοντος ὥσπερ ἀμελουμένων νόμων οὓς αὐτὸς γνησίους ὑμῖν ἔδωκε.

A Postridie populo cum uxoribus & liberis in concionem collecto, ne mancipiis quidem exclusis, jurejurando eos ad legum custodiam adstrinxit: utque Dei voluntatem diligenter expendentes, neque cognationis gratiam, neque periculorum metum, neque ullam aliam causam tanti facerent, ut eam potiorem legibus ducentes, ab earum præscriptis discederent: sed sive consanguineorum unus aliquis, sive urbs quæpiam, circa eas turbare aliquid, aut statum earum labefactare conetur, privatim & publice illis periclitantibus auxilium ferrent. quam si vicissent, à fundamentis, ut desertricem, revellerent, & ne solum quidem ipsius, si fieri posset, superesse paterentur, sin vero id efficere non valerent, nec pœnas meritas exigere, saltem testarentur se impietati alienæ non consentire. hæc populus in foro jurejurando firmavit. Post hæc docebat eos, quomodo sacrificia Deo gratiora fierent: & quomodo expeditiones suscipiendæ, captato signo ex lapillis, de quibus jam diximus. Sed & Jesus, superstite etiam tum & præsente Moyse, vaticinatus est, quicquid pro salute populi gesturus erat, vel foris bello administrando, vel domi ferendis legibus: & ad vivendi rationem recens institutam eos præparans, divino monitu se præfagire ajebat, quod si patriam religionem violarent, clades non effugerent. nam & regionem ipsorum armis exterorum opplendam, & urbes diruendas, & templum incendendum, & ipsos sub hasta victoris venundandos, serviturosque gentibus, quæ afflictorum nulla miseratione tangerentur: ac tum demum seram atque inutilem erratorum pœnitentiam acturos. Deum tamen ipsorum conditorem, & urbes suis civibus & templum populo redditurum. Hæc autem fore, ut non semel tantum amittant, sed sæpius. Deinde Moyses exhortatus Jesum, ut in Chananæos exercitum duceret, affuturumque cœptis ejus Deum pollicitus, & populo omnia fausta ominatus: Quoniam, inquit, ad patres nostros abeo, & Deus hanc mihi diem abitus præfinivit, gratias illi vivens adhuc, & vobis præsentibus, ago pro cura ac providentia, quam de rebus vestris hactenus habuit, non solum depellendis adversis, sed commodis etiam largiter exhibendis: & quia laborem meum ac solicitudinem, dum vestrum statum in meliorem fortunam reducere conor, propitius semper adjuvit: imo vero ipse & exorsus est rem & absolvit, me ministro usus & vicario in obeundis, quæ ad vestram felicitatem pertinere visa sunt. Quapropter æqvum est, ut, priusquam decedam, ejus potentiæ, qui & in posterum vobis non deerit, dignas laudes rependam, meque hoc debito exsolvam, vestræque memoriæ commendem, quod hunc solum colere & venerari convenit: & leges ejus habere in precio, ut quæ omnibus reliquis donis jam acceptis, aut in posterum à propitio conferendis, longe sint anteponendæ. Gravis enim adversarius est vel homo legislator, si constitutionibus suis autoritatem adimi sentiat: Dei vero indignationē, absit, ut experiamini, quæ legibus ipsius contemptis, excitari posset,

Deut. 29.

Deut. 31.

Deut. 34.

Hæc poſtrema verba Moyſe loquente, & ſingulis tribubus ſua fata aperiente, univerſa multitudo in lacrymas erupit, ut & mulieres plangentes dolorem ob futuram ipſius mortem conceptum declararent, quin & pueri præ mœroris impotentia plorantes, præ ſe ferebant, quod tanta eſſet viri virtus ac magnificentia, ut ne illam quidem ætatem latere poſſet. Itaque certamen quoddam erat inter minores & grandiores, utros major haberet mœſtitia. alteri enim intelligentes, quali orbarentur antiſtite, futuram ſuam conditionem lamentabantur. alteri hoc ipſum lugebant, quod, priusquam ejus virtutem ſatis deguſtaſſent, jam carendum eo, ſeque deſtituendos videbant. Quantus autem fuerit populi ploratus & querimoniæ, conjecturam capere licet ex eo, quod tum prophetæ accidit. Quamvis enim perſuaſiſſimum ſemper habuit, non eſſe inſtante morte dolendum, ut quæ præter Dei voluntatem ac naturæ leges non veniat, viſo tamen affectu populi, à lacrymis temperare non valuit: dum vero eo proficiſcitur, ubi diſpariturus erat, omnes cum fletu ſequebantur. Tum Moyſes his, qui longius aberant, manu mota ſignificavit, ut conſiſterent: propiores autem rogabat, ne exceſſum ſuum lacrymabilem facere pergerent, cum fletu proſequendo. Illi vero & hanc extremam gratiam ei referendam exiſtimantes, ut, quemadmodum cupiebat, ſeorſum ſecederet, continuerunt ſe inter ſe lacrymantes. Solus autem ſenatus eum deduxit, & pontifex Eleazarus, & imperator Jeſus. Ut vero in monte, Abari vocato, conſtitit, qui celſus è regione Hierichuntis attollitur, & conſcendentibus late Chananæ terræ proſpectum exhibet, ſenatum dimiſit. Cumque poſt mutuos complexus Eleazaro ac Jeſu ultimum vale diceret, inter loquendum repentina nube circumdatus in vallem quandam eſt ablatus. In ſacris autem voluminibus ſcripſit ſe mortuum, veritus, ne propter excellentem ejus virtutem à Deo raptum prædicarent. Vitæ ejus tempus univerſum centum viginti annorum fuit, cujus tertiam partem in imperio exegit, uno menſe minus. Mortuusque eſt ultimo anni menſe, die prima menſis, qui à Macedonibus Dyſtrus dicitur, à noſtris vero Adar: vir omnium, quotquot unquam fuere, prudentiſſimus, & qui conſilia bona optime noſſet exequi: adhæc eloquentia & in tractando populo gratia & dexteritate incomparabilis: affectus quoque ita ſemper in poteſtate habuit, ut omnino illis carere videretur, & nomina tantum eorum ex his, quæ in aliis hominibus conſpiceret, cognita habere. Imperator idem cumprimis bonus, vates vero, qualis nemo alius, ut omnia ejus verba vim oraculorũ obtinerent. Qvapropter triginta diebus eum luxit populus, cui nunquam quicquam triſtius accidit, quam tunc prophetæ mors. nec in præſens tantummodo ſui deſiderium reliqvit, ſed maximam apud omnes exiſtimationem, quotquot ſcripta ejus evolvere contigit, dum ejus virtutem ex illis æſtimant. Atque hæc ſunt, quæ de Moyſis exitu dicenda habuimus.

A μωυσέως δὲ πᾶσι περὶ τελευτῆς τοῦ βίου φήσαντος, καὶ μετ' ὀλίγας ἑκάστῃ τῶν φυλῶν προφητεύσαντος τὰ καθ' ἡμέραν, τὸ πλῆθος εἰς δάκρυα προῆλθεν, ὡς καὶ τὰς γυναῖκας στρηνιαστικῶς ἐμφανίζειν τὸ ἐπ' αὐτῷ πενθούμενον πάθος. οἱ παῖδες δὲ θρηνοῦντες ἔτι μᾶλλον ὡς ἀσθενέστεροι κρατεῖν λύπης ἐδήλουν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ αὐτοῦ καὶ μεγαλουργίᾳ παρ' αὐτοῖς τοῖς ἡλικίαν σωμάσιν. ἦν δὲ κατ' ὄψιν τοῖς τε νέοις καὶ πρεσβυτικοῖς, ἄμιλλα τῆς λύπης. οἱ μὲν γὰρ εἰδότες οἷον στέρονται κηδεμόνα τὸν μέλλοντα ἀπιθρηνεῖσθαι. τοῖς δὲ καὶ τοῦτο τὸ πένθος ἦν, καὶ ὅτι μήπω καλῶς τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ γευσάμενοι ἀπολείπεσθαι συνέβαινεν αὐτόν. τὴν δ' ὑπερβολὴν τῆς τοῦ πλήθους εἰμωγῆς καὶ τῶν ὀδυρμῶν τεκμήρασθαι ἔστι ἐκ τοῦ συμβάντος τῷ προφήτῃ. καίπερ γὰρ πεισμόνως ἅπασι τοῦ χρόνου μηδὲν ὀφείλοντος μέλλουσαν πληγὴν κατηφεῖν, ὡς κατὰ βούλησιν αὐτοῦ πάντα ἔχοντας θεοῦ καὶ φύσεως νόμον, ὅτι τοῖς ὑπὸ τοῦ λαοῦ πραπομένοις συνεκήδετο δακρύσας. προελομένῳ δ' ἐνθεν οὐ μέλλειν ἀφανισθήσεσθαι, πάντες ἔκλαυτο δεδακρυμένοι. ὁ μωυσῆς, τοὺς μὲν πόρρω τῇ χειρὶ καταστέλλων θορύβους ἠρεμοῦντας ἐκέλευε. τοὺς δ' ἐγγὺς λόγοις παρεκάλει μὴ ποιεῖν αὐτῷ δακρυστὸν ἀπαλλαγὴν ἐπιθορύβους. οἱ δὲ καὶ τοῦτ' αὐτῷ χαρίζεσθαι κρίνοντες, τὸ μὲν βούλησιν ἀπελθεῖν αὐτῷ τὸν ἰδίαν ἐφέναι, κατέχουσιν αὐτοὺς ἐν ἀλλήλοις δακρύοντας. μόνη δ' ἡ γερουσία προὔπεμψεν αὐτόν, ὁ ἐλεάζαρος, καὶ ὁ στρατηγὸς ἰησοῦς. ὡς δ' ὅπου τοῦ ὄρους ἦν τοῦ ἀβαρεὶ καλουμένου ἐγένετο, τὸ μὲν ὑψηλὸν ἱεριχοῦντος ἀντικρὺς κεῖται, γῆν ἀρίστην τῶν χαναναίων ὁλοκλήρου παρέχων τοῖς ἐπ' αὐτὸ καταβᾶσιν, ἀπέπεμπε τὴν γερουσίαν, ἀσπαζόμενον δὲ τὸν ἐλεάζαρον αὐτοῦ καὶ ἰησοῦν, καὶ προσομιλοῦντας αὐτοῖς ἔτι, νέφους αἰφνίδιον ὑπὲρ αὐτοῦ στάντος, ἀφανίζεται κατά τινος φάραγγος. γέγραφε δ' αὐτὸν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τεθνεῶτα, δείσας μὴ διὰ ὑπερβολὴν τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς πρὸς τὸ θεῖον αὐτὸν ἀναχωρῆσαι τελμήσωσιν εἰπεῖν. ἔβιωσε δὲ τὸν πάντα χρόνον, ἐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι καὶ ἑκατόν, ὧν ἦρξε τὸ τρίτον μέρος ἐνὶ λείποντι μηνί. ἐτελεύτησε δὲ τῷ ὑστάτῳ μηνὶ δυστρου καλουμένου, ἀδάρου δὲ ὑφ' ἡμῶν μνημονεύοντος. σωφρονέστατός τε τῶν πάντων ἀνθρώπων ὑπάρξαι λαλῶν, καὶ χρήσιμος ἄριστα τοῖς νοηθεῖσιν. ἐπεῖν τε πρὸς τὸν θεὸν ὁμιλῆσαι κεχαρισμένως. τά τε ἄλλα καὶ τῶν παθῶν αὐτοκράτωρ ὡς μηδὲν ἐκείνου τι τούτων τῇ ψυχῇ δοκεῖν αὐτοῦ, καὶ γινώσκειν μόνον αὐτὸ προσηγορεῖσθαι ἐκ τοῦ παρ' ἄλλοις αὐτὸ βλέπειν μᾶλλον ἢ παρ' αὐτοῦ. καὶ στρατηγὸς μὲν ἐν ὀλίγοις. προφήτης δ', οἷος οὐκ ἄλλος, ὡς θ' ὅτι ἂν φθέγξαιτο δοκεῖν αὐτὸν λέγοντες ἀκροᾶσθαι τοῦ θεοῦ. πενθεῖ μὲν οὖν αὐτὸν ὁ λαὸς, ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα. λύπη δὲ οὐκ ἄλλη κατέσχεν ἑβραίους τὸ μέγεθος, ὅσα τότε μωυσέως ἀποθανόντος. ἔπαθεν δ' αὐτὸν, οὐχ' οἱ πειραθέντες αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ τοῖς νόμοις ἐντυγχάνοντες αὐτοῦ, θείαν ἐπιθυμοῦντες τὴν ἀφιζήτησιν, τὸ θεῖον αὐτοῦ τ' ἀρετῆς ἐκ τούτων λογιζόμενοι. καὶ τὸ μὲν καθ' μωυσῆν τέλος, τοιοῦτον ἡμῖν δεδηλώσθω.

TADE

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΕΜΠΤΩ ΛΟΓΩ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ
ἱστορικῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως ἰησοῦς ὁ στρατηγὸς τῶν ἑβραίων πολεμήσας τοὺς χαναναίους, καὶ κρατήσας αὐτῶν, τοὺς μὲν διέφθειρε, τὴν γῆν δὲ κατακληρουχήσας, διένειμε ταῖς φυλαῖς. Κεφ. α.

Ως ἀποθανόντος τοῦ στρατηγοῦ, ἀφροντίσαντες οἱ ἰσραηλῖται τοὺς πατρίους νόμους, μεγάλων ἐπειράθησαν συμφορῶν, καὶ στασιασάντων ἡ βενιαμὶς διεφθάρη φυλὴ, χωρὶς ἀνδρῶν ἑξακοσίων. Κεφ. β.

Πῶς μὴ πάσχειν τὴν κακοπραγίαν ἀσεβήσαντας αὐτοὺς, ὁ θεὸς ἀσυμβίοις ἐδούλωσεν. Κεφ. γ.

Η ἀφ' ἁλὸς αὐτοῖς ἐλθοῦσα θεμία γνωμένη. Κεφ. δ.

Οπ πάλιν ὁ λαὸς ἡμῶν ἐδούλευσε μωαβίταις· καὶ ὑπὸ τινος ἰουδοῦς τὴν δουλείας ἀπαλλάγη. Κεφ. ε.

Ως χαναναίων αὐτοὺς καταδουλωσαμένων ἠλευθερώθησαν ὑπὸ βαράκου καὶ δεββώρας. Κεφ. ς.

Οπ πολεμήσαντες ἀμαληκίταις τοῖς ἰσραηλίταις ἐνικησάντο, καὶ τὴν χώραν ἐπάκωσαν ἔτη ἑπτά. Κεφ. ζ.

Ως γεδεὼν αὐτοὺς ἠλευθέρωσεν ἀπὸ ἀμαληκιτῶν. Κεφ. η.

Οπ μετ' αὐτὸν πολλοὶ γνώμονες ἀφέδοχοι τοῖς πέραξ ἔθνεσιν ἐπολέμησαν ἱκανῷ χρόνῳ. Κεφ. θ.

Περὶ τῆς συμφορᾶς ἀνδρείας καὶ ὅσων κακῶν αἰτία παλαιστίνοις ἐγένετο. Κεφ. ι.

Ως οἱ υἱοὶ ἠλὶ τοῦ ἱερέως ἐσφάγησαν, ἐν τῇ πρὸς παλαιστίνους μάχῃ, Κεφ. ια.

Ως ὁ πατὴρ αὐτῶν ἀκούσας τὴν συμφορὰν, βαλὼν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ θρόνου ἀπέθανεν. Κεφ. ιβ.

HÆC IN QVINTO JOSEPHI HISTORIARUM DE ANTIQVITATE JUDAICA LIBRO CONTINENTUR.

Quomodo Jesus Hebræorum imperator, debellatis ac cæsis Chananæis, terram eorum sorte divisit tribubus. Cap. I.

Quomodo post mortem imperatoris Israelitæ, neglectis patriis religionibus, in extremas calamitates inciderunt, & exorto civili bello, ex universis Benjamitis sexcenti tantum fuere superstites. Cap. II.

Quomodo propter impietatem in Assyriorum servitutem à Deo populus Israelitarum est traditus. Cap. III.

Libertas per Cenizum reddita. Cap. IV.

Quomodo populus rursus à Moabitis est subjugatus, & per Jodem è servitute exemptus. Cap. V.

Quomodo sub Chananæorum imperium redacti, & per Baracum in libertatem sint repositi. Cap. VI.

Quomodo Amalecitæ, devictis Israelitis, regionem eorum per septem annos vastaverunt. Cap. VII.

Quomodo Gedeon populum liberavit. Cap. IIX.

Quomodo aliquot successores Gedeonis cum gentibus circumquaque finitimis bella gesserunt. Cap. IX.

De Sampsonis fortitudine, & quanta mala Palæstinis fecerit. Cap. X.

Quomodo filii sacerdotis Elis à Palæstinis in prælio sunt cæsi. Cap. XI.

Quomodo Elis, audita filiorum cæde, & arcæ amissione provolutus de throno exspiravit. Cap. XII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

FLAVII JOSEPHI ANTIQVITATUM JUDAICARUM

Liber Qvintus.

CAP. I.

Quomodo Jesus Hebræorum imperator, debellatis ac cæsis Chananæis, terram eorum sorte divisit tribubus.

POst Moysem, quemadmodum dixi, ex hominibus sublatum, officiumque memoriæ viri exhibitum, sedato luctu, Jesus jubet copias ad expeditionem instrui; mittitque exploratores in Hierichuntem, quo mentem eorum & vires cognosceret: castra deinde movet mature Jordanem trajecturus. mox convocatis Rubelidis & Gadidis tribuum principibus, atque etiam Manassetidis: nam & huic tribui dimidiatæ Amorææam habitare permissum erat, quæ fuit Chananææ pars septima: revocavit eis in mentem, quid Moysi fuissent polliciti: rogavitque, ut in ejus gratiam, qui ne ultimo quidem vitæ tempore prospicere eis defatigatus est, & propter communem utilitatem, alacriter præstarent, quæ promiserant. illis vero imperata haud gravatim facientibus, armatis quinquaginta millibus, ab Abila ad Jordanem sexaginta stadia castra promovit: quæ postquam metatus est, commodum speculatores aderant, omnibus apud Chananæos exploratis. ignoti enim à principio, totam illorum urbem per otium consideraverunt, & mœnia, qua parte magis aut minus erant munita, & portarum quænam assultum minus ferre possint, & capi essent faciliores. nec quisquam obviorum spectantibus singula fuit molestus, dum curiositatem hospitum consuetam interpretantur, nec hostile adhuc quicquam suspicantur. ut vero sub vesperam secesserunt in quoddam diversorium non longe à mœnibus, in quod primum fuerant deducti, jamque cœna peracta, de reditu consultabant, indicatum est regi cœnanti, venisse speculatum quosdam e castris Hebræorum,

Κεφάλαιον ά.

Ὡς ἰησοῦς στρατηγὸς τῶν ἑβραίων πολεμήσας τοὺς χαναναίους, καὶ κρατήσας αὐτῶν, τοὺς μὲν διέφθειρε, τὴν γῆν δὲ κατακληρουχήσας διένειμε ταῖς φυλαῖς.

ΜΩΥΣΕΩΣ δὲ τὸν τοιοῦτον τρόπον ἐξ ἀνθρώπων ἀποβεβηκότος, ἰησοῦς ἁπάντων ἤδη τῶν ἐπ' αὐτῷ νενομισμένων τέλος ἐχόντων, καὶ δὲ πένθους λελωφηκότος, παρήγγειλεν ὅπλα στρατιὰν ἐπιμον εἰσαγαγεῖν τῇ πόλει. πέμψας δὲ κατασκόπους εἰς ἱεριχοῦντα, τήν τε δύναμιν αὐτῶν, καὶ τίνα γνώμην ἔχουσιν αὐτοὶ γὰρ ὤμοσαν. αὐτὸς δὲ ἐξῆγαγε τὸν στρατὸν, ὡς κατὰ μικρὸν ἀσφαλούμενος τὸν ἰορδάνην. ἀναλαβόμενος δὲ τοὺς τῆς δουβηλίδος φυλῆς ἄρχοντας, καὶ τοὺς τῆς γαδίδος καὶ μανασσήτιδος ἡμισείας, (ἐξ ἡμισείας γὰρ καὶ τῇδε τῇ φυλῇ τὴν ἀμορραίαν κατοικεῖν ἐπετέτραπτο τῆς χαναναίων γῆς ἕβδομον οὖσαν μέρος,) ὑπεμίμνησκεν ἃ ὑπέσχοντο μωυσῇ. καὶ παρεκάλει χαριζομένους τῆτε σκευῇ προθυμίᾳ μηδ' ὁτιοῦν ἀπειθήσαι πρὸς αὐτοὺς καμοῦσι, τοῦτο καὶ αὐτοῖς συμφέροντι, παρέχειν αὐτοὺς εἰς τὰ προκαλούμενα προθύμους. τῶν δ' ἑπομένων ὑπλίσας πεντακισμυρίους, ἀπὸ τῆς ἀβίλης ὅπου τὸν ἰορδάνην ἐξίει σταδίους ἑξήκοντα. καὶ στρατοπεδευσάντων εὐθὺς οἱ κατασκοποὶ παρῆσαν, μηδὲν ἀγνοήσαντες τῶν προκειμένων τοῖς χαναναίοις. λαθόντες γὰρ τὸ πρῶτον, ἅπασαν ἐπ' ἀδείας τὴν πόλιν αὐτῶν κατενόησαν, τῶν τε τειχῶν, ὅσα χαρτερὰ, καὶ ὅσα μὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον αὐτοῖς ἀσφαλῶς, καὶ τῶν πυλίδων αἷς εἰς εἴσοδον τοῖς στρατιώταις δι' ἀσθένειαν σωφέρουν. ἠμέλουν δ' ἡμῶν οἱ ἐντυγχάνοντες, καθ' ἑστίαν ξένοις προσηκούσαν, ἀκριβῶς ἑκάστα πολυπραγμονεῖν τὰ ἐν τῇ πόλει νομίζοντες, ἀλλ' οὐκ ἀφανοῦς πολεμίων. ὡς δ' ἡμομένης ὀψίας, ὑπεχωρήσαμεν εἰς τι καταγώγιον ἐγγὺς τείχους πλησίον, εἰς ὃ καὶ προήχθησαν δειπνοποιησάμενοι, καὶ περὶ ἀπαλλαγῆς αὐτοῖς τὸ λοιπὸν ἡ φροντὶς ἦν, μεμνημένοις τῷ βασιλεῖ περὶ δείπνου ὅτι, κατασκεψάμενοι τινὲς τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν ἑβραίων στρα-

στρατιῶτου παρεῖναι, καὶ ὄντες ἐν τῇ τῆς ῥαχάβης καταγωγίῳ, μὴ μᾶλλον τῆς τοῦ λαμβάνειν προνοίας ὑπάρχειν. ὁ δὲ, ὡς ἤσθετο πέμψας πρὸς αὐτοὺς, ἐκέλευσεν ἀγαγεῖν συλλαβόντας, ἵνα βασανίσας μάθοι τί καὶ βουλόμενοι παρεῖεν. ὡς δὲ ἦλθον τοῦ ἐφόδου αὐτῶν ἡ ῥαχάβη, λίνου γὰρ ἀγκαλίδας ὅπῃ ἔτεχνε ἔψυχε, τοὺς μὲν κατασκόπους εἰς ταύτας ἀποκρύπτει. τοῖς δὲ πεμφθεῖσιν ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐλεγεν ὡς ξένοι τινὲς ἀνῶτες ὀλίγῳ πρότερον ἢ δύναι τὸν ἥλιον παρ' αὐτῇ δειπνήσαντες ἀπαλλαγῶν. οὓς εἰ φθάσειαν τῇ πλάνῃ δοκοῦσιν ἢ κίνδυνον τοῦ βασιλεῖ φέροντες ἦκον, ἄπιστον εἶναι λαβεῖν διωχθέντας. οἱ δὲ, τῆς γυναικὸς αὐτοὺς ὑποδείξαντος, εὐθέως ὑπονοήσαντες δόλον, ἀπῆλθον, οὐδὲ ἐρευνήσαντες τὸ καταγώγιον. ἐπεὶ δὲ ἐρημήσαντες καθ' ἃς ἐνόμιζον αὐτοὺς μάλιστα τῶν ὁδῶν ἀπέρχεσθαι, καὶ κατὰ τοὺς εἰς τὸν ποταμὸν φέροντας, οὐδενὶ γνωρίσματι προσετύγχανον, παύονται τοῦ πόνου. τοῦ δὲ δρυμοῦ καταφαλέντος ἡ ῥαχάβη καταγαγοῦσα τοὺς ἄνδρας, καὶ τὸν κίνδυνον ὃν ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ὑπάρξει σωτηρίας, ἀλέσασα δὲ ἀπειρύπτουσαν αὐτοὺς, οὐ κατὰ ἀμφιφυγὴν τοῦ ἐκ τοῦ βασιλέως τιμωρίαν, ἀλλὰ πανοικὶ αὐτοῦ ἀπολέσθαι κακῶς, ἅθλα καλέσειεν ἀμὰ μνήμης ἔχειν ὅταν ἐγκρατὴς τῆς χαναναίων γῆς καταστάντες, ἀμοιβὴν ἐκτίσαι δύναιντο τῆς ἄρτι σωτηρίας, χωρεῖν ἐκέλευσεν ὅπῃ τὰ οἰκεῖα, ὁμόσαντας ἢ μὲν σώσειν αὐτοῦ καὶ τὰ αὐτῆς ὅταν τοῦ πόλιν ἑλόντες, φθείρωσι πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ παρ' αὐτοῖς γνώμενον. ταῦτα γὰρ εἰδέναι σημείοις τοῖς ἐκ τοῦ θεοῦ διδαχθεῖσαν. οἱ δὲ, καὶ τῶν παρόντων αὐτῇ χάριν ἔχειν ὁμολόγουν. καὶ περὶ τῶν αὖθις ὤμνυον ἕτοιμοι τοῦ ἀμοιβὴν ἀποδώσειν. ὁπόταν δ' ἂν αἰσθηται μελλούσης ἁλίσκεσθαι τῆς πόλεως, συνεβάλλοντο κτῆσιν τε τοῦ αὐτῆς καὶ τοὺς οἰκείους ἅπαντας εἰς τὸ καταγώγιον ἀποτρέμοντα ἐγκαθέξειν, τοὺς τῶν θυρῶν ἀνατείνασαν φοινικίδας. ὅπως ἰδὼν τοῦ οἰκείαν ὁ στρατηγὸς φυλάττηται κακῶς ποιεῖν. μεμύσειν γὰρ αὐτῷ ἔφασαν ἀμὰ τὸ σὺν σώζεσθαι προθύμου. εἰ δέτις ἐν τῇ μάχῃ πέσοι τῶν σῶν, ὅτε οὐκ ἂν ἡμῖν ἐπενέγκαις αἰτίαν. τὸν τε θεὸν ὃν ὁμωμόκασιν παραιτούμενοι, μηδενὶ ὡς ἐπὶ φθορᾷ σφίσι τοὺς ὅρκους δυσχεραίνειν. καὶ οἱ μὲν ταῦτα συνθέμενοι, ἐχώρουν ἀμὰ τείχους καθημένης ἑαυτούς. καὶ ἀσφαλέστατα πρὸς τοὺς οἰκείους ἐδήλωσαν ὅσα πεπόνθασιν ἐπὶ τῆς πόλεως ἥκον. ἰησοῦς τε τοῦ ἱερέως ἐλεαζάρου καὶ τῇ γερουσίᾳ φράζει τὰ τοῖς στρατοῖς ὁμόσαντα πρὸς τοῦ ῥαχάβου. οἱ δὲ ἐπεκύρωσαν τὸν ὅρκον. ἐδεδίστο δὲ ὁ στρατηγὸς τοῦ διάβασιν, μέγας γὰρ ὁ ποταμὸς τοῦ ῥύματι, οὔτε γεφύρας πρόσθεν, οὐ γὰρ ἐζεύκτου πρότερον, βουλομένοις τε γεφυροῦν, οὐκ ἔξειν σχολὴν ἀμὰ τῶν πολεμίων ἐπελαύνειν, πρὶν ἂν μὴ τυγχανόντων, διάβασιν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται θεὸς ποιήσειν τὸν ποταμὸν μειώσας αὐτοῦ τε πλήθους. καὶ δύο ὅπλα ἡμέρας ἰησοῦς, διεβίβαζε τόν τε στρατὸν καὶ τοῦ πλῆθος ἅπασαν ταύτῃ τρέπων. προῆσαν μὲν οἱ ἱερεῖς τοῦ κιβωτὸν ἔχοντες. ἔπειτα οἱ λεῖται, τοῦ τε σκεύους καὶ τοὺς θεοῦ ὑπηρεσίαν τοῖς θυσίαις σκιὰν κομίζοντες. ἔπονται δὲ τοῖς λεῖταις καὶ φυλαὶ ὁ πᾶς ὅμιλος, μέσους ἔχων παῖδας καὶ γυναῖκας, καὶ δεδιὼς μὴ αὐτῶν μὴ βιασθεῖεν ὑπὸ τοῦ ῥύματος. ὡς δὲ τοῖς ἱερεῦσι πρῶτοις ἐμβάσιν, πρῶτος ἔδοξεν ὁ ποταμὸς, τοῦ μὲν βάθους ἐπισχημένου,

A & nunc divertentes apud Rachaben hoc tantum curare, quomodo latenter se subducant. Ille vero confestim mittit, qui eos comprehendant quæstioni admovendos, ut causam adventus sui aperiant. quos ubi adventare Rachabe cognovit, forte enim lini manipulos siccabat in mœnibus, speculatores his contexit. missis autem a rege dixit, hospites quosdam ignotos paulo ante solis
B occasum apud se cœnatos discessisse, qui si suspecti essent regi, quasi detrimentum aliquod reipublicæ allaturi, parvo negotio posse ab insequentibus de via retrahi. Tum illi decepti à muliere, quam serio loqui putabant, ne perscrutati quidem diversorium abierunt, & excurrentes per vias, quibus verisimile erat eos discedere, & quæ ad flumen ducebant, vestigio nullo invento,
C frustra laborare destiterunt. Sedato autē tumultu, Rachabe deductos de mœnibus, & admonitos quanto suo periculo saluti eorum consuluisset, ut quæ in dolo deprehensa pœnam capitis cum tota familia regi erat datura, rogatosque, ut, occupata terra Chananæa, memores beneficii gratiam sibi rependerent pro accepta salute, jussit, ut bono animo abirent: jurejurando prius delato, quod,
D expugnata urbe, & aliis juxta ipsorum decretum internecioni traditis, mulieri salus manebit incolumis. hunc enim eventum sibi Deum jam ante significasse. Illi & in præsens ei gratias agunt, & in futurum abundè relaturos jurejurando confirmant, & hoc consilium dant, ut, cum præsenserit urbem expugnandam, contractis facultatibus & propinquis intra diversorium, vestem
E coccineam pro foribus expandat. imperatorem enim edicto inhibiturum, ne quis eam domum lædere audeat, quo datæ sibi salutis gratiam recipiat. qvod si aliquis ex ejus propinquis in pugna caderet, ipsius culpam fore, non suam: neque se ad ejus incolumitatem præstandam jurejurando teneri velle. His conditionibus discessum est, cum se fune de mœnibus demisissent: reversique
F ad suos rem totam, ut erat acta, narraverunt. Tum Jesus pontifici Eleazaro cum senatu indicat, quid exploratores Rachabæ juraverint: eorumque autoritate jusjurandum ratum est habitum. Imperatore autem solicito de trajectu: *Josua. 3.* amnis enim auctus aquis fluebat, & cum pontem non haberet, ne fabricari quidem hostis passurus videbatur, nec naves ullæ præsto aderant: Deus se illis transitum procuraturum promisit, fluentis ejus imminutis. Itaque Jesus post-
G quam duos dies expectasset, copias omnes ad hunc modum in ulteriorem ripam traduxit. Sacerdotes cum arca agmen præcedebant, post eos ibant Levitæ portantes tabernaculum & vasa sacrificiis destinata. Sequebatur deinde totum agmen in suas tribus distinctum, receptis in medium mulieribus ac pueris, quo tutiores essent ab impetu fluminis. Ut vero sacerdotibus primis ingressis vadabile est visū, qvod & aqua decrevisset,

& glarea non amplius vi undarum volveretur, sed stabile solum exciperet vestigia, omnes jam intrepide vadum transibant, tale redditum cernentes, quale Deus promiserat. steteruntque in alvei medio Sacerdotes, donec transiret multitudo, & in tuto consisteret. qvod ubi factum est, & ipsi egressi fluvium: liberum ei solitum cursum reliquerunt: qui confestim auctus, ad pristinam aquarum molem rediit. Exercitus autem quinquaginta stadia progressus, ad decimum à Hie- *Josue.4.* richunte stadium castrametatus est. Porro Jesus, ara exstructa è lapidibus, qvos singuli tribuum principes ex alveo, propheta jubente, sustulerant, ut monumentū esset prodigiose refrænati fluminis, sacrum in ea Deo fecit: & paschæ solemnitas eo loci celebrata est, omnibus rebus jam affluentibus, quarum penuria hactenus laboratum fuerat. nam & segetes Chananæorum maturas tum demetebant, & alias prædas abigebant. eodem enim tempore & manna eis defecerat, post annum, ex *Josue.6.* quo ea primum uti cœperant, quadragesimum. Cumque hæc omnia secure & impunè Israelitæ facerent, nusquam occurrentibus Chananæis, sed intra mœnia præ metu se continentibus, expugnare urbes eorum Jesus decrevit. Itaque prima die festivitatis sacerdotes arcam gestantes, stipati armatorum custodia, accesserunt ad urbem septem cornubus clangendo, & ad virtutem suos adhortando circumambulabant mœnia, senatu comitante, nec aliud quicquam faciendo, quam quod inflarent cornua, retro in castra revertebantur. Cumque per sex continuos dies idem fecissent, septima Jesus, contractis in unum copiis, reliquo populo convocato, lætum illis affert nuncium, urbem ea die sine labore capiendam, Deo hanc in potestatem ipsorum tradente, & ruentibus sua sponte mœnibus facilem aditum aperiente. jussitque omnes occidi, qvotquot in manus militum devenirent, & neque lassitudine, neque miseratione, neque prædæ cupidine à cædibus avocari, aut effugium ullum hostibus permittere: sed quicquid spiritum vitalem habet, extinguere, nihil in prædam aut proprium emolumentum cessurum reservando. Quicquid autem auri ac argenti repertum fuerit, in unum comportari voluit, ut primitiæ ob rem feliciter gestam spolia de primum capta urbe Deo dedicarentur: solam autem Rachaben cum sua cognatione servari, propter jusjurandum ab exploratoribus acceptum. Hæc locutus instructum exercitum ad muros admovet. urbem deinde rursum circumambulant, præcedentibus cum arca sacerdotibus, & cornuum classico militem ad aggrediendum opus incitantibus. cumque septies lustrata, paulisper constitissent, collapsa sunt mœnia, nec machinis admotis, nec ulla alia vi ab exercitu illata. Hebræi vero nullo negotio per ruinam irrumpentes in Hierichuntē omnes promiscue cędunt, inopinato mœnium casu consternatos, & subitaneo stupore ad pugnam inutiles. passimq; cadaveribus viæ sternebantur, nullum nec præsidium nec effugium incolis invenientibus, ita ut ne fœminis quidem parceretur ac pueris.

πεσφαξε, & ταύτην τῷ ξενοκόμῳ ἐτοίμασε τὸν ξένον. σφόδρα δὲ ἐλύπησεν ὁ λεγόμενος τὸ βασιλέα. καὶ παρευθὺς πρὸς τὸν ναθὰν τὸν ἄνθρωπον ἐκεῖνον ὃς δὴ τὸ ἔργον τοῦτο ἐτόλμησεν ἀπεφώνατο, καὶ τὸ τετραπλοῦν τε ἀποτίσειν τὴν ἀμνάδα δίκαιον εἶναι, καὶ πρὸς τούτῳ θανάτῳ κολασθῆναι. νάθαν δὲ ὑποτυχὼν αὐτὸν ἐλέγχειν ἐκεῖνον εἶναι τὸν ἄξιον ταύτης παθεῖν, ὑφ' αὐτοῦ κεκριμένον τολμήσαντα μέγα καὶ δεινὸν ἔργον. ἀνεκάλυπτε δὲ αὐτῷ καὶ παρεγυμνοῦ τὸν ὀργὴν τοῦ θεοῦ ποιήσαντος μὲν αὐτὸν βασιλέα τῆς ἑβραίων διαφέρειν, καὶ τῶν κύκλῳ πάντων ἐθνῶν πολλῶν καὶ μεγάλων κύριον. ῥύσασθαί τε ἐπὶ τοῖς τῶν συγγενῶν χειρῶν, δόντος δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκας ἃς δικαίως καὶ νομίμως ἠράσατο. καταφρονηθέντος δὲ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἐσεβηθέντος, ὃς ἀλλοτρίαις γήμας ἔχοι γυναῖκα, καὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἀποκτείνας σκόλοψ τοῖς πολεμίοις. δώσειν γοῦν αὐτὸν ἀντὶ τούτων δίκας τοῦ θεοῦ. καὶ βιαθήσεσθαι μὲν αὐτοῦ τὰς γυναῖκας ὑφ' ἑνὸς τῶν παίδων. ἀποθανεῖσθαι δὲ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἐκείνου, καὶ τὸ ἁμάρτημα κρύφα τοῦτο δράσαντα, φανερὰν τίσειν ἐπ' αὐτοῦ δίκην ὑφέξειν. πεπυνθέναι γὰρ τοῦ παῖδά σοι θανάσιμα τῆς ἐξ αὐτῆς γεγονυῖαν. ταραχθέντος δὲ ὑπὸ τούτοις βασιλέως, καὶ συγχυθέντος ἱκανῶς, καὶ μετὰ δακρύων καὶ λύπης ἀσεβῆσαι λέγοντος, ὡς γὰρ ὁμολογοῦντος θεοσεβὴς, καὶ μηδὲν ἁμαρτὼν ἕλως πρὸς τὸν βίον, ἢ τὰ πρὸς τὴν τοῦ γαμοῦ γυναῖκα, οἰκείρειν ὁ θεός. καὶ μᾶλλόν τε περὶ φυλάξειν αὐτοῦ καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὴν βασιλείαν ἐπαγγειλάμενος. μεταποιῶν γὰρ πρὸς τὸ μεγαλομένων, οὐκέτι χαλεπῶς ἔχειν ἔφασκε. καὶ νάθαν μὲν ταῦτα τοῦ βασιλέως προφητεύσας, οἴκαδε ἐπανῆλθε. τῇ δὲ ἐκ τῆς οἰκείας γυναικὸς ὠδινοῦντι παιδὶ δαβίδη, νόσον ἐνσκήπτει χαλεπὴν τὸ θεῖον. ἐφ' ᾗ δυσφορῶν ὁ βασιλεὺς, προφανῶς μὲν ὅτι ἡμέρας ἑπτὰ, καὶ τοῦτο ἀναγκαζόντων τῶν οἰκείων ἐπεσήνεγκατο. μέλαναν γὰρ ἐνδεδεμένος ἐφαίνετο, πεσὼν ὅτι αὐχμοῦ χοῦς ἔκειτο, τὸ θεῖον ἱκετεύων τὸ παιδὸς ἱκετεύων σωτηρίας, σφόδρα γὰρ ἐστέργεν αὐτοῦ τὴν μητέρα. τῇ δὲ ἑβδόμῃ τῶν ἡμερῶν τελευτήσαντος τοῦ παιδὸς, οἱ τολμῶντες τοῦ βασιλέως ἔτι μᾶλλον ἐπόχθη καὶ προφῆς καὶ τὰ ἄλλης ἐπιμελείας, ὡς ἂν ὅτι πένθει πολλῷ τετελευτηκότος, ὁπότε ζῶντος ἔτους ἐτοῦ τὰ λύπης αὐτοῦ ἐκάκει. παραπλομένων δὲ αἰθέριος τῶν οἰκετῶν ὁ βασιλεὺς, καὶ πάντα παρόντων ἃ μάλιστα συγκρύψαντι θέλοντι συμβαίνει, σωεὶς ὅτι τέθνηκεν ὁ παῖς, προσφωνήσας ἕνα τῶν οἰκετῶν, καὶ μαθὼν πάλιθες, ἀνίστο. καὶ λουσάμενος καὶ λαβὼν ἐσθῆτα λαμπρὰν, εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ θεοῦ προῆλθε. καὶ κελεύσας δεῖπνον αὐτῷ προτεθῆναι, πολλὴν ὅτι τοῦ προλόγου τῆς τε συγγενοῦς καὶ τοῖς οἰκέταις ἐκπλῆξιν παρῆχεν, ὅτι μηδὲν τούτων ὅτι νοσοῦντι τῷ παιδὶ ποιήσας, πάνθ' ὁμοῦ πολλαπλοῦν ἐπεδείξατο. τὴν τε αἰτίαν δεηθέντες ὅτι πρόσφατον αὐτοῖς πάθος θεὸν παρεκάλεσεν εἰπεῖν τὰ γεγραμμένα, ὁ δὲ, ἀμαθεῖς εἰπὼν αὐτοὺς ἐδίδασκεν, ὡς ἐπὶ μὲν ζῶντος τοῦ παιδὸς, ἔχων ἐλπίδα σωτηρίας αὐτοῦ δεόντως πάντ' ἐποίει, τὸν θεὸν ἡγούμενος τούτοις δύνασθαι καμφθῆναι. ἀποθανόντος δὲ οὐκέτι χρείαν εἶναι λύπης ματαίας. ταῦτ' εἰπόντος, ἐπῄνεσαν τὴν σοφίαν καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ βασιλέως. συνελθὼν δὲ τῇ γυναικὶ βεθσαβεῇ, ἔγκυον αὐτὴν ἐποίησε. καὶ γενόμενον ἄρρεν παῖδα, σολομῶνα προσηγόρευσε, ναθὰν τοῦ προφήτου κελεύσαντος. ἰώσηβος δὲ, τῇ πολυορκίᾳ τῆς ἁμαρτίας, exactis legitimis naturæ menſibus, filiũ ei peperit, qvem Nathanis monitu Salomonẽ nominavit. In-

A jugulatam & apparatam hoſpiti appoſuit. His verbis rex graviter commotus, ſceleſtum hominem illum facinus hoc auſum pronuntiavit, juſtumqve eſſe, ut quadruplum pro adempta ovicula reſtituatur, & ipſe inſuper capite plectatur. Tum Nathan incunctanter ſubjecit, ipſum eſſe, qvi hac pœna dignus ſit, ſuopte judicio nefarii ſceleris damnatus. ac tum demum illi expoſuit, in qvantam indignationem numinis incurriſſet, cujus favore univerſæ gentis Hebræorum rex conſtitutus, circumqvaqvé vicinarum etiam gentium earumqve multarum & magnarum dominium conſecutus eſſet: non ſemel antea liberatus è Sauli manibus: nunc cum ejusdem benignitate aliqvot legitimas uxores habeat, contempto omni humano ſimul atqve divino jure, alienam eum duxiſſe uxorem, marito ipſius interfecto & hoſti prodito. Igitur affore divinam ultionem, & ipſius qvoqve mulieres ab uno è filiis per vim conſtuprandas, & ipſum inſidiis ab eodem appetendum, ut pro clam admiſſo peccato in propatulo pœnas perſolvat, qvin & puerum ex ea natum ſine mora eſſe interiturum. territo autem per hanc denunciationem rege, vehemēterqve perturbato, & cum lacrymis fatente ſe peccaſſe in Deum: erat enim vir pius, & qvi, hoc uno excepto, in tota vita nihil admiſerat: placatus Deus recepto in gratiam promiſit, & regnum & vitam ei ſervaturum ſe eſſe. Poſt pœnitentiam enim non amplius ſe iraſci. Atqve ita Nathan poſtqvam futura regi aperuiſſet, domum revertitur. Porro infans, ex uxore Uriæ natus Davidi, immittente Deo, gravi morbo corripitur, cujus vicem mœſtiſſimus pater dolenter ferens, per ſeptem dies à familiaribus induci non potuit, ut ullum cibum deguſtaret: ſed atratus & ſacco amictus, humi proſtratus jacebat, & à Deo ſalutem pueri precabatur. Nimis enim ejus matrem diligebat. Septima vero die mortuo puero, familiares non audebant hoc regi indicare, veriti, ne re cognita, pertinacius etiam à cibo reliquaq; cura corporis abſtineret, deſiderio defuncti infantis, cujus morbum tam impotenter tuliſſet. qui cum turbatam familiam ſentiret, & aliqvid mali celari, facile intellexit, extinctum puerum: accitoq; uno è famulis, poſtqvam veritatē comperit, confeſtim ſurrexit: lotus deinde ſumptaq; veſte candida, ad Dei tabernaculum properavit, poſthac juſſis famulis, ut cœnam ſibi apponerent, præter omnem opinionem, admirationi fuit omnibus cognatis & domeſticis. ſtupentibus, qvod, cum nihil horum ægrotante puero feciſſet, nunc poſt ejus obitum omnia ſimul faceret: impetrataq; prius licentia, cauſam ſciſcitabantur. Tum ille: Non intelligitis, inqvit, qvod dum puer viveret, de ſalute ejus ſperans, nihil non faciebam, qvo Deum flecterem? nunc poſtqvam is obiit, ſupervacaneum ſit inaniter mœrore confici. His auditis, omnes ſapientiam ejus laudaverunt. nec ita multo poſt Bethſabe gravida,

terea Joabus Ammanitas acri obsidione premebat, præcisis aqvæductibus, & commeatibus interceptis, ita ut fame simul & siti laboraretur, ab unico enim puteo spes eorum pendebat, ac ne hoc quidem ad satietatem utebantur, parce aqvam dispensantes, ne forte in totum deficeret. Hæc Joabus per literas regi significavit, hortans, ut ad excidium urbis ipse veniret, & hunc qvoqve titulum victoriis suis apponeret. qui collaudato ducis officio fideqve, assumpto secum exercitu, ad devastandam Rabatham proficiscitur: eamqve mox vi captam militi diripiendam permisit. ipse vero ex præda nactus est Ammanitarum regis auream coronam talentum pendentem, & precioso sardonyche insignem, qvam postea capite gestare solitus est. nec non & alia multa ac magni precii præda in ea urbe potitus est. viros vero ejus excruciatos prius ad unum interemit: nec mitius alias Ammanitarum urbes tractavit, pari modo expugnatas.

VIII. 2. Reg. 13.

Post hanc victoriam domum reverso grave quiddam accidit ex tali causa: Filiam habebat adhuc virginem, formosissimas qvasqve mulieres pulchritudine vincentem, Thamaram nomine: ex eadem, qua Abesalomus, genitrice natam. hujus amore correptus Amnon, filiorum Davidis natu maximus, cum propter virginitatem ipsius & asservationem potiri ea non posset, adeo passione hac conflictabatur, ut non aliter, qvam ex morbo lentam tabem ac pallorem sibi contraheret, id malum deprehendit Jonathas, qvidam ejus cognatus & amicus, vir prudens & magni consilii. videns enim Amnonem à nativa corporis habitudine indies magis ac magis deficere, accessit illum, rogans, ut causam sibi indicaret. Suspicari enim se, amatoriam qvandam esse hanc passionem. qvo fatente, sororem germanam sibi adamatam, consilium dat, qvomodo optatis potiri valeat. svasit enim, ut simulata ægritudine, simulatqve pater visendi causa illum accessisset, roget, ut sororem ad se mittat, cujus ministeriis relevatus eo citius convalescere possit. Paruit Amnon, & cum nihil cunctatus decubuisset, simulare morbum cœpit. Dein cum pater officiose invisens percontaretur de valetudine, petiit, sororem ad se mitti. ea postqvam jussu patris accita venit, postulavit, ut suis manibus colyphia frixa afferret. Sic enim libentius se comesturum. quæ in conspectu fratris farina subacta, formatisqve colyphiis ac frixis, juveni obtulit. at ille non ea gustavit, sed famulis mandavit, ut, qvotqvot præ foribus cubiculi obversarentur, submoverent, dicens se absq; strepitu qvievscere cupere. qvo facto, jussit sororē in intimum conclave paratam cœnā inferre. qvod cū puella fecisset, apprehensæ svadere cœpit, ut sui copiam faceret. At puella exclamat: Abstine vim, frater, abstine, nefas est te rē tā turpē perpetrare. Desine à tam flagitiosa cōcupiscentia, qvæ nihil præter dedecus & infamiā toti familiæ nostræ afferre potest, aut si resistere ei non vales, à patre tibi hoc impetrandum est, non per vim extorqvendum. at ille amore fervens non paruit,

A νίτας ἰσχυρῶς σκάπτε, τ τε ὑδάτων αὐτὸς ἀποτεμνόμ-
μ(ν)ος, ϗ τῆς τῶν ἄλλων δ' πρείας, ὡς π ἀνυπαλαιπωρεῖν ἐνδεία πό ϗ καὶ τροφῆς, ἐξ ὀλίγ ϗ φρέατ(ος) ἠρτιτο, καὶ τ τῷ ὡς π μὴ πλέως αὐτὸς ἀπολειπεῖν τ πηγὴν ἀφθονώτερον χρώμενοι. γράφει ⸗ τῷ βασιλεῖ ταῦτα δηλῶν ϗ παρακαλῶν αὐτὸν ἐπὶ τ ἀναίρεσιν τῆς πόλεως ἐλθεῖν, ἵνα τ̀ν νίκην αὐτὸς ἐπιγράψηται. ταῦτα ἰωάβ γράψαντ(ος). ἀποδεξάμεν(ος) δ' νοίας ϗ τ πίστεως ὁ βασιλεὺς, παραλαβὼν τὴν συν αὐτῷ δύναμιν,
B ἦκεν ἐπὶ τ̀ν ῥαββατῖτ πόρθησιν. καὶ κ̄ κράτ(ος) ἑλὼν ἀφαρπάσας τοῖς σταλιώτας ἔφηκεν. αὐτὸς ⸗, τ δ' βασιλέως τ ἀμμανιτῶν λαμβάνει στέφανον, ἑλκυσθ(ε)ν χρυσοῦ πάλαντον, ϗ πολυτελῆ λίθον ἔχοντα, ἐν μέσῳ σαρδόνυχα. ἐφόρει δ' αὐτὸν ἐπὶ τ κεφαλῆς Δαβίδης. πολλὰ ⸗ ϗ καὶ ἄλλα σκύλα λαμπρὰ καὶ πολύτιμα εὗρεν ἐν τῇ πόλει. τοὺς δ' ἄνδρας αἰκισάμενος διέφθειρε. ταύτῃ ⸗ C τὰς ἄλλας τ ἀμμανιτῶν πόλεις διέθηκεν, ἑλὼν αὐτὰς κ̄ κράτ(ει). ἀναιρεθέντ(ος) δ' εἰς ἱεροσόλυμα δ' βασιλέως, πᾶσμα αὐτοῦ τὴν οἰκίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης καταλαμβάνει. θυγάτηρ ἦν αὐτῷ, παρθένος μὲν ἔτι, τὸ ⸗ κάλλος δ' ὑπερέπης, ὡς ἁπάσας ὑπερβάλλειν τὰς δ' μορφωτάτας γυναῖκας, ἡμάτερα ὄνομα, τῆς δ' αὐτῆς ἀδελφὸς μὲν μητρὸς κεχοινωνηκώς. ταύτης ὁ πρεσβύτατ(ος) τῶν Δαβίδου παίδων ἀμνὼν ἐρασθείς, ὡς ἔτι διὰ τὴν παρθενείαν αὐτῆς, ἔτι διὰ τὴν φυλακὴν τυχεῖν τ ἐπι-
D θυμίας ἐδύνατο, χαλεπῶς διέκειτο. ϗ τὸ τε σώματ ὀδύνης αὐτὸν καταθλίβουσης καλιχναίνετο ϗ τ̀ν χρόαν μετέβαλεν. δηλ(ο)ν ⸗ ταῦτα πάσχων γίνε(σθ)αι ἰωνάθῃ τινὶ συγγενεῖ ϗ φίλῳ, σοφὸς δ' λῶ ἔτος ἐν τοῖς μάλιστα, ϗ τὴν διάνοιαν ὀξύς. ὁρῶν οὖν καθ' ἑκάστην πρωΐαν τ ἀμνώνα μὴ κ̄ φύσιν ἔχοντα τῷ σώματι, προσελθὼν ἠρώτα φράσαι τὴν αἰτίαν αὐτῷ. εἰκάζειν μέν τινα αὐτὸς ἔλεγε ἐξ ἐρωτικῆς οὕτως ἔχειν αὐτὸν ἐπιθυμίας. ⸗ ἀμνὼν(ος) ὡμολογήσαντ(ος) τὸ πάθ(ος), ἐπὶ τῆς
E ἀδελφῆς ἐρᾷ τυγχανούσης ἐμοπατρίας, ὁδὸν αὐτῷ ϗ μηχανὴν εἰς τὸ προσελθεῖν τ εὐκταίων ἐπέθετο. νόσον ⸗ προσποιήσαντ(α) πυρήνευσεν. ἐλθόντα ⸗ πρὸς αὐτὸν τὸν πατέρα, πέμψαι τὴν ἀδελφὴν αὐτῷ βρωθησομένην, σκέλος προσκαλέσαι. φάων ⸗ ἔσεσθ(αι) ϗ ταχέως ἀπαλλαγήσεσθ(αι) τῆς νόσου. τοῦτο γινομένου, κατα-
πεσὼν ὁ ἀμνὼν ἐπὶ τὴν κλίνην, νοσεῖν προσεποιεῖτο
F ϗ τὰς ἰωνάθου ἐπιτάξεις. ὡς δ' ἠλθομένην ⸗ δ' πατρὸς ϗ σκεπομένην πῶς ἔχει, τὴν ἀδελφὴν ἐδέετο πέμψαι πρὸς αὐτόν. ὁ δ' εὐθὺς σκέλος ἀχθῆναι. ἡσθεὶς ⸗ προσέταξεν ἄρτους αὐτῷ ποιῆσαι τηνικαῦτα, αὐτάρκως ἡδομένῳ. προσαιτεῖσθ(αι) γὰρ ἡδέως ἐκ τῶν ἐκείνης χειρῶν. ἡδὺ ἐμβλέποντ(ος) τὰ δελφῇ φυράσασαν τὸ ἄλευρον, ϗ πλάσασαν κολλυρίδας. ϗ τηνικαῦτα, προσηνεγκεν αὐτῷ. ὁ ⸗ δ' ἔτο μὲν οὐκ ἐγεύσατο. προσέταξε ⸗ τοῖς οἰκέταις παρεστῶσαν πάντας πρὸς δ' δωματίῳ. βαλεῖν γὰρ ἀναπαύσασθ(αι). χορεύσᾳ ϗ παραχῆς ἀπηλλαγμένου. ὡς ⸗ τὸ κελεῦσθ(αι) ἐγένετο, τὴν ἀδελφὴν ἐκέλευσεν εἰς τὸν ἐνδοτέρω οἶκον τὸ δεῖπνον αὐτῷ παρενεγκεῖν. ποιησάσης ⸗ δ' ἔτο τῆς κόρης, λαβόμεν(ος) αὐτῆς, συνελθεῖν αὐτῷ πείθειν ἐπειρᾶτο. ἀναβοησάσης ⸗ ἡ παῖς ἀλλὰ μὴ σύ γε ἔτο βιάσῃ με, μὴ ⸗ αἰσθήσῃ εἶπεν ἀδελφὲ τὰς νόμους βεβαίας, ϗ δεινῆ πρὸς ἁλῶν σωτ αἰσχύνη. παῦσαι δ' ἔτως ἀδίκου ϗ μιαρᾶς ἐπιθυμίας, ἐξ ἧς ὄνειδ(ος) ϗ κακοδοξίαν ὁ οἶκ(ος) ἡμῶν κερδανεῖ. συνεβούλευέ τε πρὸς τοῦτο ἀμαλεχθῆναι τῷ πατρὶ, συγχωρήσειν γὰρ ἐκεῖνον, ταῦτα δ' ἔλεγε, βουλομένη τ ὁρμὴν αὐτοῦ τ ὀρέξεως πρὸς τὸ παρὸν διαφυγεῖν.

ὁ δ'

ὁ δ' οὐ πείθεται, τῷ ἔρωτι κρείττονι, καὶ τῆς δ' πάσης κέντροις μυωπιζόμενος βιάζεται τὴν ἀδελφήν. μισῶν δ' αὐτὴν μᾶλλον τῆς ἀμνῶνα, καὶ προσλοιδορησάμενος ἐκέλευσεν ἀναστᾶσαν ἀπέναι. τῆς δὲ χείρω τὴν ὕβριν καὶ ἅμα τοῦτο προσκαλούσης, εἰ βιασαμένου αὐτὸς μηδ' ἄχρι νυκτὸς ὑπομένοι μεῖναι, ἀλλὰ σφοδρότερα ἀπαλλάττεσθαι κελεύσειεν ἡμέρα καὶ φωτί, ἵνα μάρτυσι τῆς αἰσχύνης χρήσοιτο, προσετάξεν αὐτῷ ἐκβαλεῖν τὴν οἰκέτην. ἡ δέ, βιαίως ὑπὸ τῆς ὕβρεως καὶ τῇ βίᾳ λυομένη, διέρρηξεν τὸν χιτωνίσκον (ἐφόρουν γὰρ αἱ τῶν ἀρχαίων παρθένοι χιτωνίσκους ἀχρὶ τῶν σφυρῶν πρὸς τὸ μηδὲ βλέπεσθαι χιτῶνας) καὶ σποδὸν κατασχεαμένη τῆς κεφαλῆς, ἀπῆλθε διὰ τῆς πόλεως βοῶσα καὶ ὠδυρομένη τὴν βίαν, πρὶν τυχὼν δ' αὐτῆς ἀδελφὸς ἀβεσαλωμος, ἀνέκρινε τίνος αὐτῇ δεινοῦ συμβάντος ἔτως ἔχοι. κατεπτοημένης δ' αὐτῆς πρὸς αὐτὸν τὴν ὕβριν, ἡσυχάζειν καὶ μετρίως φέρειν παρῄνει, καὶ μὴ νομίζειν ὑβρισθαι φθαρεῖσαν ὑπ' ἀδελφοῦ. ἡ μὲν πεισθεῖσα παύεται τῆς βοῆς, καὶ ἐς πολλοὺς τὴν βίαν ἐκφέρειν. καὶ πολὺν χρόνον χηρεύουσα παρ' ἀβεσαλώμῳ τῷ ἀδελφῷ διεκαρτέρησε. γνοὺς δὲ τὸ πατὴρ Δαβὶδης τοῖς μὲν πεπραγμένοις ἠχθετο. φιλῶν δὲ τὸν ἀμνῶνα σφόδρα, προσεδυσχέραινε μὲν αὐτῷ, μὴ λυπεῖν αὐτὸν ἠναγκάζετο. ὁ δ' ἀβεσάλωμος, ἐμπεπληχαλεπῶς αὐτὸν, καὶ λαθραίων καιρὸν εἰς ἄμυναν αὐτῷ τῶν ἁμαρτιῶν ὑπομένων παρεφύλασσεν. ἔτος δὲ ἤδη τῆς φθορᾶς τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ παρῆλθε διελήλυθε δεύτερον. καὶ μέλλων ὑπὲρ τῶν ἰδίων κουρὰν ἑξήνειν θρεμμάτων εἰς βελσεφῶν, πόλις δέ ἐστιν αὐτῇ τῆς ἐφραὶμ κληρουχίας, παρεκάλει τὸν πατέρα σὺν καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐφ' ἑστιασιν. φιλοτιμουμένου δ' ὡς ἂν μὴ βαρὺς αὐτῷ γένοιτο, τοὺς ἀδελφοὺς ἀπέστειλαν παρεκάλεσε. πέμψαντος δὲ, τοῖς ἰδίοις ἐκέλευσεν ὁπηνίκα ἴδωσι τὸν ἀμνῶνα μέθῃ παρειμένον καὶ κάρῳ, νύσσειν αὐτὸν φονεύσωσι, μηδένα φοβηθέντες.

A sed libidinis œstro percitus reluctantem per vim opprimit: atqve post oblatum vitium, in contrarium mox affectum vertitur, & exosam, ac fastiditam conviciis aggressus jubet, ut è vestigio se inde faceſſat. quæ cùm hanc injuriam priore graviorem diceret, quòd constupratam vel usqve noctem illic manere non patiatur, sed confestim extrudat clara adhuc luce, ut turpitudinis suæ testibus occurrat: mandavit famulo, ut eam ejiceret. illa verò scissa talari tunica, qualibus tum regiæ puellæ ex more velabantur, & cinere caput sparsa, per mediam urbem discedebat, vim sibi illatam quiritando. in quam sic affectam cùm Abesalomus frater incidisset, sciscitatus est, quid mali haberet, qvòd ita se afflictaret. cùmque illa de stupro rem totam ei denarrasset, solatus eam hortabatur, ut æqvo animo factum hoc ferret, nec ad injuriam suam pertinere putaret, cùm à fratre sit vitiata: qvibus verbis placata puella vociferari ac quiritari desiit: & deinde aliquam multo tempore in cœlibatu apud Abesalomum fratrem perseveravit. His cognitis David pater vehementer indoluit, sed quia diligebat Amnonem, ut filiorum natu maximum, non sustinuit illi molestus esse. Porro Abesalomus grave odium ejus in pectore celabat, opportunitatem vindictæ expectans. jamqve alter annus abierat, ex qvo pudicitiæ sororis ejus illusum est: & cùm esset iturus in Belsephon, qvod est oppidum tribus Ephremiticæ, ad tondendos suos greges, invitavit patrem ac fratres ac solenne convivium. qvo excusante, qvod nollet eum gravare, rogavit ut pace ejus liceret filiis proficisci. qvo impetrato suis injunxit, ut qvamprimum animadvertissent Amnonem temeto gravatum, neminem veriti ad nutum suum illum trucidarent.

B C D E

Κεφάλαιον ή.
Οπι τῶν περὶ τὴν οἰκίαν αὐτῷ στασιασάντων, ὑπὸ παιδὸς ἐξεβλήθη τῆς ἀρχῆς.

CAP. VIII.
Quomodo per intestinum familiæ dissidium David à filio regno pulsus est.

Ὡς δ' ἐπύθοντο τὸ προσταχθὲν, ἔκπληξις καὶ πτοία τοὺς ἀδελφοὺς λαμβάνει. καὶ δείσαντες περὶ ἑαυτῶν, ἐμπηδήσαντες ἵπποις ἔφερον τὸ πρὸς τὸν πατέρα. φθάσας δέ τις αὐτοὺς, ἅπαντας ὑπὸ ἀβεσαλώμου πεφονεῦσθαι τῷ πατρὶ προσήγγελλεν. ὁ δ' ὡς ὑπὸ παντὸς οἰκείου τοῦτο τοὺς ἀπολωλότας, καὶ τὸ θ' ὑπὸ ἀδελφοῦ. τῆς λύπης καπὶ τῷ κλεινῷ δυναμένης πρότερον συναρπαγείς ὑπὸ δ' πάθους, οὔτε τὴν αἰτίαν ἀνέκρινεν. οὔτ' ἄλλοτι μαθεῖν εἰκὸς τηλικούτου προσκεκλημένου κακοῦ, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἀπιστίαν ἔχοντα προσιέμενον. ἀλλὰ καταρρήξαμενος τὴν ἐσθῆτα, καὶ ῥίψας αὐτὸν ὑπὲρ τὴν γῆν, ἔκλαιε πενθῶν τοὺς υἱοὺς ἅπαντας, καὶ τοὺς ἀπολωλεκότας δεδηλωμένους, καὶ τὸν ἀνηρηκότα. ὁ δ' σὺν μόνῳ δ' ἀδελφοῦ αὐτῷ παῖς ἰωνάθης, ἀνεκτικώτερον τῆς λύπης παρεκάλει. καὶ περὶ μὲν ἄλλων μὴ πιστεύειν ὡς τεθνᾶσιν. οὐδὲ γὰρ αἰτίαν εὑρίσκειν ὑπολαμβάνειν. περὶ ἀμνῶνος δ' ἐξετάζειν ἔφη δεῖν. εἰκὸς γὰρ διὰ τὴν ἡμέρας ὕβριν ἀποτολμῆσαι τὸν ἀβεσάλωμον τὴν ἀναίρεσιν τοῦ ἐκείνου.

UT verò perpetratum est, qvod mandaverat, stupor & trepidatio fratres occupat: & sibi quisque timens, correptis equis cursu ad patrem ferebantur. Interim quidam præveniens, omnes ab Abesalomo cæsos nunciat. qvi non aliter quàm par erat, amissis simul tot filiis, idque fratris scelere, gravi dolore ictus, ne causam qvidem rogavit: neqve expectato nuncio in re propter facinoris magnitudinem incredibili, totum se luctui tradens, conscissa veste humi prostratus jacebat, deplorans non magis, qvos peremtos acceperat, quam ipsum interfectorem. Jonathas verò Samnæ fratris ejus filius hortabatur, ut moderatius doleret, negans se de morte cæterorum credere: nec enim causam facti invenire posse: de solo Amnone dicens diligentius perquirendum. nã de hoc probabile esse, qvod memor injuriæ sororis frater in eum tale aliqüid ausus sit.

F G

interea ſonitus adventantium eqvorum,& quorundam eos præcurrentium, omnes in ſe convertit. hi fuere filii regis, qui relicto convivio profugerant. ibi pater occurrit flens flentibus, ex inſperato videns,qvos paulo ante extinctos acceperat. denuoq;gemitus ac lacrymæ inſtaurantur, his fratrem, rege filium fœdè trucidatum deplorantibus. At Abeſalomus in Geſura ad maternum avum fugit, ejus regionis dynaſtam, ibiqve toto triennio permanſit. Cum autem Davidi animus eſſet Abeſalomum ad ſe revocare, non ad ſupplicium,ſed ut eum apud ſe
2.Reg.14. haberet: jam enim ira reſederat: ultro huc propenſum Joabus imperator ſuis artibus impulit. mulierculam enim quandam grandi natu ſubornat, quæ lugubri cultu ad regem accedens ajebat, inter duos ſuos filios ruri agentes rixam exortam adeò incruduiſſe,ut cum ſoli eſſent, ac nemo adeſſet,qui dirimeret,alter ab altero ictus exſpiraverit: rogabatque hanc gratiam,ut qvoniam cognati ejus,qui interfectus eſt, alterum ad cædem expeterent,ſaluti ejus conſuleret,ne reliqua ſpe ſuæ ſenectutis orbaretur. neqve enim aliud remedium ſupereſſe, ſi nullum apud regem inveniret, nam nihil eſſe,qvod illos compeſcere qveat, præter majeſtatis regiæ reverentiam. Cùmque rex poſtulatis ejus annuiſſet,hæc verba ſubjecit: Tuæ quidem benignitati rex gratias ago,qvòd ſenectutem meam & tantùm non orbitatem miſeraris: ſed qvo certior ſim de tua clementia, tuum ipſius filium prius in gratiam recipe, & indignationem contra eum depone: alioqui quomodo poſſem deconceſſa hac mihi gratia non dubitare, cum ipſe adhuc ob ſimilem injuriam filio infenſus eſſe pergas? At cujus eſt prudentiæ, uno contra voluntatem amiſſo, ultro necem alterius addere? Tetigit mox regis animum ſuſpicio perſonam à Joabo eſſe ſubornatam: & cognito ex anicula rem ita ſe habere, accerſit Joabum, dicens eum aſſecutum quod cupiebat, licereque, ut Abeſalomum reducat. Non enim amplius ſe in eum ſtomachari, ſed totam indignationem præteriiſſe. At ille adorato rege, & verbis ejus libenter acceptis, eveſtigio Geſura properavit, & aſſumptum ſecum Abeſalomum Hieroſolyma reduxit. Rex vero audiens filium adventare, miſit qui ei denunciaret, ne ad ipſum accederet, nondum enim ita ſe affectum, ut reverſum videre ſtatim ſuſtineat. Ille ita ut juſſus eſt,devitato patris conſpectu, intra domeſticos parietes cum ſuo famulitio ſe continebat. nec tamen aliquid ejus pulchritudini deceſſit, vel propter mœrorem, vel qvod non ea tractatione uteretur, qua uti regium juvenem par erat: ſed tam forma quàm ſtatura quosvis in maximis deliciis agentes ſuperabat. Tanta autem fuit ejus cæſaries, ut intra octavum qvemque menſem ad ducentos ſiclos, hoc eſt ad quinq; pondo accreſceret. Ad hunc modum privato cultu per biennium Hieroſolymis habitavit: natique ſunt ei filii tres,& una filia formoſiſſima, quæ Solomonis filio Roboamo poſtea nupſit, & filium ei nomine Abiam peperit.

μεταξὺ ἢ κτύπος ἵππων καὶ θορύβου περιόντων πυνῶν αὐτοὺς ἐπέστρεψεν. ἦσαν δ' οἱ τοῦ βασιλέως παῖδες, οἱ διαδράντες ἀπὸ τῆς ἑστιάσεως. ὑπαντᾷ δ' αὐτοῖς ὁ πατὴρ θρηνοῦσι, λυπούμενος, καὶ παρ' ἐλπίδα ἐρῶν οὓς ἀκηκόει μικρὸν ἔμπροσθεν ἀπολωλότας. ἦν ἢ ᾠδὴ πάντων δάκρυα καὶ στόνος,τῶν μὲν ὡς ἐπ' ἀδελφῷ πεπολιτευκότι,τοῦ βασιλέως δ' ὡς ὑπὸ παιδὶ κατασφαγμένῳ.φεύγει δ' Ἀβεσάλωμος εἰς γεσούρην πρὸς τὸν πάππον τὸν πρὸς μητρὸς, δυναστεύοντα τῆς ἐκεῖ χώρας, καὶ τρισὶν ὅλοις ἔτεσι παρ' αὐτῷ κατεμείνε. τοῦ δὲ Δαβίδου πρόθυμον ἔχοντος ὅπως τὸν υἱὸν Ἀβεσάλωμον πέμψειε, οὐκ ἐπὶ τιμωρίᾳ κατελθόντα, ἀλλ' ὅπως εἴη σὺν αὐτῷ. καὶ γὰρ τὰ τῆς ὀργῆς ὑπὸ τοῦ χρόνου λελωφήκει πρὸς τοῦτο μᾶλλον αὐτὸν ἰώαβος ὁ ἀντιστράτηγος παρώρμησε. γυναῖόν τινα τῶν τηλοῦ ἡλικίαν ἤδη πρεσβυτικὴν ἐποίησεν αὐτῷ προσελθεῖν ἐν σχήματι πενθίμῳ. παίδων ἐπὶ τῇ ἀγροικίᾳ αὐτῇ διειληχότων καὶ πρὸς φιλονεικίαν τραπέντων, οὐδενὸς δὲ καταπαῦσαι δυναμένου φανέντος, ἕλεγεν ὑπὸ θατέρου τὸν ἕτερον παληγενῆ ἀποθανεῖν. ἠξίουτε τῶν συλλειτουργῶν ἐπὶ τὴν ἀνηκεστοτάτην ὁρμηκότων καὶ ζητουμένων αὐτὸν ἀνελεῖν, χαρίσασθαι τὴν σωτηρίαν αὐτῆς τῷ παιδὸς, καὶ μὴ τὰς ἐπιλοίπους τῆς γηρωκομίας αὐτῇ ἐλπίδας προσαφαιρεθῆναι. τοῦτο δ' αὐτὴ κωλύσαντα τοὺς βουλομένους ἀποκτεῖναι τὸν υἱὸν αὐτῆς παρεξειν. οὐ γὰρ ἐφέξειν ἐκείνους ἄλλῳ τινὶ τῆς ἀσυδησίας, ἢ τῷ παρ' αὐτοῦ φόβῳ. ὁ δ' συγκαταπεόντα εἰς τὸ γλύκασιν ἱκέτευσεν, ὑπολαβὼν πάλιν πρὸς τὸν βασιλέα, χάριν μὲν εἶπεν οἶδα σοῦ τῇ χρηστότητι κατικλείσαν τι μου τὸ γήρας καὶ τῷ ᾠδῇ μικρὸν ἀπαυδίαν. ἀλλ' ἵνα βέβαια τὰ ᾠδῇ τῆς σῆς μοι ἡ φιλανθρωπίας, τῷ σαυτοῦ παιδὶ πρῶτον καταλλαγεῖη, καὶ τῷ πρὸς αὐτὸν ὀργὴν ἄφες.πῶς γὰρ ἂν πεισθείην ἐμοί σε ταύτην ἀληθῶς δεδοκέναι τῷ χάριν,αὐτῷ σου μέχρι νῦν ἐφ' ἑμοίοις ἀπεχθανομένου τῷ παιδί. ἀνίητον δ' ἂν εἶναι προσθεῖναι τῷ ᾠδῇ γνώμῃ ἀποθνήσκοντι καὶ ἄλλον ἑκουσίως. συνεὶς δ' βασιλεὺς, ὑπόβλητον οὖσαν τὴν σκέψιν ἐξ ἰωάβου καὶ τῆς τούτου ἀσυδησίας, καὶ ἐπειδὴ ᾠδῇ τῆς πρεσβύτιδος πυθόμενος ἅτερος ἔχον τ' ἀληθὲς ἐμαθε, προσκαλεσάμενος ἰώαβον, ἐπιτυχεῖν τε ὧν προκειμένου καὶ νοῦν ἔφασκε, καὶ τὸν ἀβεσάλωμον ἄγειν ἐκέλευσεν. οὐ γὰρ ἐπὶ χαλεπῶς ἔχειν πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' ἤδη τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν ἀφηκέναι. ὁ δ',προσκυνήσας τὸν βασιλέα,ὃ τοὺς λόγους ἀπασαμένος ἐξώρμησεν εἰς τὴν γεσούρην ᾠδυπόκα,καὶ τὸν ἀβεσάλωμον ᾠδαλαβὼν,ἦκεν εἰς ἱεροσόλυμα. προέπεμψε δ' ἔμπροσθεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν υἱὸν ὡς ἤκουσε ᾠδαγγέλλοντα, ὃ πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσεν μὴ χωρεῖν, οὐπω γὰρ οὕτως ἔχειν ὡς τ' ὀφθῆς ἰδίοις κατελθόντα.καὶ ὁ μὲν,τοῦτο δ' πατρὸς κελεύσαντος,ἐξέκλινε τὴν ὄψιν αὐτοῦ,καὶ διετέλει τ ᾠδῇ τ οἰκείων θεραπείας τυγχάνων.οὐκ ἀπέβλαπτο δ' εἰς τὸ κάλλος τοῦ τε τῆς λύπης καὶ τοῦ μὴ τυγχάνειν τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας υἱῷ βασιλέως. ἀλλ' ἐπ ἐξέσχε καὶ διέπρεπε πᾶν τὸ εἶδος,καὶ τῷ μεγέθει τοῦ σώματος καὶ τῆς ἐν πολλῇ τρυφῇ διαιτώμενος ὑπερέβαλλε.τοσοῦτο μὲν τοιγε ἦν τὸ βάθος τῆς κόμης αὐτῷ, ὡς μέλις αὐτὸν ἡμέρας ἀποκείρεσθαι κύκλῳ, σταθμὸν ἕλκουσαν σίκλους διακοσίους. ἔτοι δὲ εἰσι πέντε μναῖ. διετέλεσε μὲν τοιγ' ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἔτη δύο, τρισὶν μὲν ἀρρένων πατὴρ γινόμενος, μιᾶς δ' θυγατρὸς,τ μορφὴν ἀρίστης, ἣν ὁ σολομῶνος υἱὸς ῥοβόαμος ὕστερον λαμβάνει.τίκτει δ' παιδίον ἐξ αὐτῆς,ἀβίαν ὄνομα-

πεμ-

πέμψας δ' ὁ Ἀβεσάλωμος πρὸς Ἰώαβον, ἐδέετο αὐτοῦ πλέως καταπραΰναι τὸν πατέρα, καὶ δεηθῆναι ὅπως αὖτῳ συγχωρήσῃ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντι διαλεχθῆναί τι περὶ τοῦ πρόσθεν. καταμελήσαντος δὲ Ἰώαβου, τῶν ἰδίων αὐτοῦ πυρὰς δοκίμους, τὴν ὁμορροῦσαν αὐτῷ χώραν ἐνεπύρισεν. ὁ δὲ τὸ πραχθὲν μαθών, ἦκε πρὸς τὸν Ἀβεσάλωμον ἐγκαλῶν τε αὐτῷ καὶ τὴν αἰτίαν πυθόμενος. ὁ δὲ στρατήγημα τοῦτ' εἶπεν εὑρὼν ἀγαγεῖν σε πρὸς ἡμᾶς δυνάμενον ἀμελοῦντα τῶν ἐντολῶν, ἃς ἔνα μοι τὸν πατέρα διαλλάξῃς ἐπιτρέπω. καὶ δὴ δέομαί σου πατρόντος, ἡμερώσαί μοι τὸν γεγονότα, ὡς ἐγὼ δεινοτέραν τῆς φυγῆς κρίνω τὴν κάθοδον, ἐπ' ἔτους ἐν ὀργῇ διαμένοντος. πεισθεὶς δὲ ὁ Ἰώαβος, καὶ τὴν ἀνάγκην αὐτῷ κατοικτειρήσας, ἐμεσίτευσε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ διαλεχθεὶς πρὸς τὸ παιδός, οὕτως αὐτὸν ἡδέως διαπέθηκεν, ὡς εὐθέως καλέσαι πρὸς αὐτόν. τὸν δὲ, ῥίψαντα αὐτὸν ὑπὸ τὰ ἐδάφους, καὶ συγγνώμην αἰτουμένου τῶν ἡμαρτημένων ἀνίησί τε, καὶ τῶν γεγονότων ἀμνηστίαν ἐπαγγέλλεται. ὁ δὲ Ἀβεσάλωμος, τοιούτων αὐτῷ τῶν πρὸς τὸ βασιλέως δοκούντων, πολλοὺς μὲν ἵππους, ἐν ὀλίγῳ πάνυ χρόνῳ, πολλὰ ἅρματα ἐκέκτητο. καὶ δορυφόροι περὶ αὐτὸν ἦσαν πεντήκοντα. καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὄρθριος πρὸς τὰ βασίλεια παρεγίνετο. καὶ τοῖς δίκας κρίσεις ἤκουσι καὶ ἐλαττουμένοις πρὸς ἡδονὰς ὁμιλῶν, ὥς τι παρὰ τὸ μὴ συμβούλους ἀγαθοὺς εἶναι τῷ πατρὶ, τάχα δὲ αὐτῷ καὶ ἀδίκως ἐπαγομένοις περὶ τὰς κρίσιν, εὔνοιαν αὐτῷ πάντων κατεσκεύασε, λέγων ὡς αὐτὸς ἂν εἰ ταύτην εἶχε τὴν ἐξουσίαν, πολλὰ αὐτοῖς ἐβράβευσεν εὐνομίαν. τούτοις δημαγωγήσας τὸ πλῆθος, ὡς βεβαίαν ἔχειν ἤδη τὰς τῶν ὄχλων εὔνοιαν ἐνόμιζε, μετὰ τὰς τοῦ πατρὸς αὐτὸν καταλλαγὴν πρόσαρων ἐτῶν ἤδη παρεληλυθότων, ἐδέετο προσελθὼν, εἰς Χεβρῶνα συγχωρῆσαι παρελθόντι θυσίαν ἀποδοῦναι τῷ θεῷ. φεύγοντα γὰρ ἔτι εὔξασθαι. ἅμα δὲ δαβίδου τὰς αἰτίας ἀφέντος, πορεύεται, καὶ πολὺς ὑπισωθέρθοσεν ὄχλος, ὅτι πολλοὺς αὐτὸς διαπέμψαντος. παρῆν δὲ καὶ ὁ δαβίδ σύμβουλος ὁ γελμωναῖος ἀχιτόφελος, καὶ διακόσιοι τινὲς ἐξ αὐτῷ ἱεροσολυμιτῶν, οὐκ εἰδότες μὲν τὰς ὑπαιτίας, ὡς δ' ὑπὸ θυσίαν μετεσταλμένοι. καὶ βασιλεὺς ὑπὸ πάντων ἀποδεικνυται, τότε γραφὴν στρατηγήσας. ὡς δ' ἀπηγγέλθη ταῦτα δαβίδῃ, καὶ παρ' ἐλπίδας αὐτῷ τὰ τοῦ παιδὸς ἠκούσθη, δείσας ἅμα καὶ τῆς ἀσεβείας καὶ τόλμης αὐτὸν, θαυμάσας δ' ὅτι μηδὲ τῆς ὑπὸ τοῖς ἡμαρτημένοις συγγνώμης ἐμνημόνευσεν, ἀλλ' ἐκείνων πολὺ χείροσι καὶ τῶν νομωτέροις ἐπεβάλετο, βασιλεία πρῶτον μὲν ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδομένη, δεύτερον δ' ἐπ' ἀφαιρέσει τοῦ γεγονότος, ἔγνω φεύγειν εἰς τὸ πέραν τοῦ ἰορδάνου. καὶ συγκαλέσας τῶν φίλων τοὺς ἐπιτηδειοτάτους, καὶ περὶ τῆς τοῦ παιδὸς ἀπονοίας κοινολογησάμενος αὐτοῖς καὶ περὶ πάντων ἐπιτρέψας κελεύει τῷ θεῷ, καταλιπὼν τὰ βασίλεια φυλάσσειν δεκὰ παλλακίσιν, ἀπῆρεν ἐκ τῶν ἱεροσολύμων, τοῦ τε ἄλλου πλήθους πρόθυμως αὐτῷ συνεξορμήσαντος, καὶ τῶν ἑξακοσίων ὁπλιτῶν, οἳ καὶ τῆς πρώτης αὐτοῦ φυγῆς συνοικονόμουν ὅτε ἔζη σαοὺλ. τὸν δ' ἀβιάθαρον καὶ σάδωκον τοὺς ἀρχιερέας, συναπαίρειν αὐτῷ διεγνωκότας καὶ λευίτας ἅπαντας, μετὰ τῆς κιβωτοῦ μένειν ἔπεισεν, ὡς ἔτι θεοῦ καὶ μὴ μεθιεμένου αὐτῆς ῥυσαμένου. ἐνετείλατο δὲ ἕκαστα τῶν γινομένων λάθρα διαγγέλλειν αὐτῷ.

A Deinde misit ad Joabum rogans, ut se penitus in paternam gratiam reducat, & impetret, ut sibi liceat patrem invisere & alloqui. quod qvum Joabus facere cunctaretur, agrum ejus vicinum per qvosdam è suis incendio vastari jussit. Is qvum re cognita ad Abesalomum venisset, expostulanti, qvo suo merito damnum ab eo accepisset, respondit, se hoc stratagemate illum ad se elicere voluisse, quandoqvidem mandata de conciliando sibi patre negligeret. qvam ob rem, inquit, nunc te præsentem obsecro, ut placatum mihi reddas genitorem, quandoqvidem molestior est mihi reditus in patriam quàm exilium fuerat, si ille indignatione sit pertinax. Tum Joabus his verbis inductus, & vicem ejus miseratus, deprecatus est regem pro illo, & tam accuratè & feliciter ejus causam egit, ut flexus ad pietatem confestim eum acciri juberet. Qui cum supplex illi ad genua, veniam peccati petens procidisset, sua manu erecto oblivionem omnium anteactorum est pollicitus. Porrò Abesalomus in integram gratiam patris receptus brevi magnum equitatum & multos currus sibi comparavit, & satellitium armatorum qvinqvaginta: & per singulos dies mane regiam freqventans, eos qui jus illuc petentes causa cadebant, comiter appellabat:ditansqve malos adesse patri consiliarios, aut etiam ipsum in ferenda sententia lapsum, popularem auram ita captabat. His artibus conciliatis sibi populi studiis, certus jam de ejus favore, quarto post reconciliationem anno oravit patrem, ut cum bona ejus gratia Hebronem ad vota, quæ in exilio conceperat, persolvenda abire sibi liceat: permissuque ejus profectus, mox undiqve plurimos ad se accivit, ita ut catervatim illò confluerent. Inter cæteros affuit etiam Davidis consiliarius Achitophel Gelmonæus, & ducenti Hierosolymitæ non quidem conscii conspirationis, sed quasi ad sacrificium evocati: nec mora stratagemate succedente, rex ab universis consalutatur. Cæterum David audita ex insperato filii tyrannide, impia hominis audacia perculsus, qui immemor condonatæ prioris noxæ, multo sceleratiora consilia cepisset, primum usurpandi regni, qvod patri divinitus datum sciret, deinde ipsius genitoris tollendi, decrevit ultra Jordanem in loca tutiora se recipere: convocatisque amicorum intimis, & collocutus cum eis de insolentia filii, totum negotium judici Deo committens, reliquit regiæ custodiam decem pellicibus, & Hierosolymis excessit, cum alia multitudine magna alacritate prosequente, tum præcipuè sexcentorum cohorte, qvæ etiam regnante Saulo à latere fugitantis nusquam discesserat. Abiatharum vero & Sadocum pontifices, & quicquid Levitici generis aderat, simul abire cupientes, arcamqve asportare, bonis rationibus manere persvasit, dicens sine arcæ præsidio divina ope è periculis se servandum: simulque mandavit, ut de omnibus, quæ inciderent, per clancularios nuncios se certiorem facerent.

IX. 2. Reg. 15.

fidelem enim operam in talibus negotiis præ-
stiterunt filii pontificum, Sadochi Achimas &
Abiathari Jonathas. Ethæo qvoq; Gittæus nul-
lis regis monitis adduci potuit, ut maneret, qvò
magis illustris fuit ejus erga regem fides ac be-
nevolentia. Ascendenti autem per clivum oli-
veti montis, omnibus circa eum lacrymantibus,
renunciatum est etiam Achitophelem, mutatis
studiis, in partes Abesalomi concessisse: qvo vix
aliud tristius ei in hac calamitate accidit. qvam-
obrem precatus est Deum, ut Abesalomi ani-
mum ab Achitophele alienaret. verebatur enim,
ne ejus consiliis contra se uteretur, virì pruden-
tissimi & oculatissimi in dispiciendo, quid fa-
cto opus esset. Qvumqve in verticem montis
pervenisset, respiciebat civitatem, & cum mul-
tis lacrymis, non aliter qvàm regno ejectus,
Deum precabatur. ibi offendit virum in amici-
tia constantem, nomine Chusim. hunc conspi-
catus scisso amictu & caput cineribus oppleto
tum, & mutabilitatem rerum deplorantem, so-
latus est pro tempore jussum æqvo animo præ-
sentem statum ferre: ac postremo obnixè pre-
catus est, ut simulato Abesalomi partium stu-
dio diligenter secreta ejus perscrutaretur, &
Achitophelis consiliis semper se opponeret: sic
enim cum magis partibus profuturum, qvam
si una maneret. atqve ita persuasus à Davide, eo
relicto Hierosolyma se contulit: qvo paulo post
etiam Abesalomus pervenit. Interim David
paulum progressus obviam habuit Sibam Mem-
phibosthi servum, qvem ipse ad curam prædio-
rum amici filio donatorum miserat, agentem
præ se duos asinos necessariis ad victum onu-
2. Reg. 16. stos. Is obtulit ei, ut quicquid vellet, sibi ac suis
acciperet, simulqve rogatus, ubinam Memphi-
bosthum reliqvisset, Hierosolymis relictum
respondit. sperare enim eum, rebus turbatis, fo-
re, ut ob Sauli meritorum memoriam ipse suf-
fragiis populi rex crearetur. qvamobrem indi-
gnatus, omnia quæ prius domino ejus conces-
serat, Sibæ est largitus: dicens hunc digniorem
quàm illum, ut talibus possessionibus fruatur.
Hac liberalitate Siba gavisus est. Davidi vero
juxta locum Bachoram supervenit cognatus
Sauli nomine Semeis, filius Geræ, saxis eum si-
mul & convitiis impetens: cumque amici eum
protegerent, magis etiam exasperatus ad con-
vitia, sanguinarium & multorum malorum
causam appellabat, jubens, ut impurus ac exe-
crabilis regione excederet: gratiasqve agebat
Deo, qvod per proprium filium pœnam pec-
catorum ab illo exigeret, & eorum quæ o-
lim in dominum suum commiserat. Hac tam
sæva petulantia concitatis omnibus ad indi-
gnationem, Abisæo verò etiam interficere Se-
meim volente, David eos cohibuit, negans
addendam ad præsentia mala novi alicujus
motus occasionem. Nihil, inquit, moror hunc
rabidum canem, & Deo cedo, qvi eum in-
nos immisit. Mirum verò, si hæc ab isto patimur, qvando etiam filius pietatis est oblitus.
Sed hæc misericordi Deo curæ erunt, cujus favore tandem inimici nobis succumbent. His
dictis continuabat iter, contempto Semei parte alia montis cursim cum convitiis affectante.

A πιστοὺς δ' ἔχε πρὸς πάντα Ἀχιμάνους, παῖδας Ἀχίμα-
νον μὲν σαδώκου ἰωνάθην ὄ Ἀβιαθάρου. ἐθὶς δ' ὁ γιτ-
θαῖος, σπουδὴν παρεχόμενος αὐτῷ, βιασάμενος τὴν δαβί-
δου βούλησιν. μένειν γὰρ αὐτὸν ἀνέπειθεν, καὶ μᾶλλον
τοῦτο ἢ νους αὐτῷ κατιόντι φάνη. ἀναβαίνοντος δ' αὐτοῦ
διὰ τῶν ἐλαιῶν ὄρους γυμνοῖς τοῖς ποσὶ, καὶ πάντων
σὺν αὐτῷ δακρυόντων, ἀγγέλλεται καὶ ὁ ἀχιτόφελος
σὺν τοῖς ἀβεσαλώμου, καὶ τὰ τούτου φρονῶν. ἐπέτεινε
B δ' αὐτῷ τὸ λυπηρὸν, τοῦτο ἀκουσθέν. καὶ τὸν θεὸν ἐπε-
καλεῖτο δεόμενος, ἀποπλανῆσαι τὴν ἀβεσαλώμου
διάνοιαν πρὸς τὸν ἀχιτόφελον. ἐδεδίει γὰρ μὴ τἀναντία
συμβουλεύων πείσειεν αὐτὸν, ἀνὴρ ὢν φρενήρης καὶ
συνιδεῖν τὸ λυσιτελὲς ὀξύτατος. ὡρμημένος δ' ἀπὸ τῆς
κορυφῆς τοῦ ὄρους, ἀπεσκόπει τὴν πόλιν, καὶ μετὰ πολλῶν
δακρύων ὡς ἂν βασιλείας ἐκπεσών, ἠύχετο τῷ θεῷ.
συνέντησε δ' αὐτῷ φίλος ἀνὴρ καὶ βέβαιος, χουσῖ
C ὄνομα. τοῦτον ἑρῶν τὴν ἐσθῆτα κατερρηγμένον, καὶ τὴν
κεφαλὴν κατοδοῦ πλήρη, καὶ θρηνοῦντα τὴν μετα-
βολὴν, παρηγόρει καὶ παύσασθαι τῆς λύπης παρεκά-
λει. καὶ τέλος, ἱκέτευσεν ἀπελθόντα πρὸς τὸν ἀβεσαλ-
λωμον ὡς τὸ σκεῦος φρονοῦντα, τά τε ἀπορρήτα τῆς
διανοίας αὐτοῦ κατανοεῖν, καὶ τῆς ἀχιτοφέλου συμβου-
λίους ἀντιπράσσειν. οὐ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσειν αὐτὸν
συνερχόμενον, ὅσον παρὼν σκεῦος νομιζόμενον. ὁ μὲν πει-
D σθεὶς τῷ δαβίδῃ, καταλειπὼν αὐτὸν, ἦκεν εἰς ἱεροσόλυ-
μα, ἀφικνεῖται δ' εἰς αὐτὰ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἀβεσάλω-
μος. ὀλίγον δὲ τῷ δαβίδῃ προελθόντι σιβᾶς ὁ τοῦ μεμ-
φιβόσθου δοῦλος συνίστησιν. ὃν προσηκόμενον αἰτι-
άλκει τῶν κτήσεων, ἃς δεδώρητο τοῦ ἰωνάθου τοῦ σαύ-
λου παῖδος ὄντα, μὴ ζεύγους ἕνεκα καταπεφορτισμένων
τοῖς ὑποζυγίοις, ἐξ ὧν σκέλδεσι λαμβάνειν, ὧν αὐτός
τε καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δέονται. πυνθανομένου δὲ πῦ κατα-
λέλοιπε τὸν μεμφιβόσθου, ἐν ἱεροσολύμοις ἔλεγε, προσ-
E δοκῶντα χειροτονηθήσεσθαι βασιλέα διὰ τὴν ὑπερέχου-
2. Reg. 16. σαν παρ' αὐτοῖς ἰσχύν, εἰς μνήμην ὧν εὐεργέτησεν αὐτοὺς σαύ-
λος. ἀγανακτήσας δ' ἐπὶ τούτῳ πᾶν θ' ὅσα τῷ μεμ-
φιβόσθῳ παρεχώρησε, σιβᾶ χαρίζεται. πολὺ γὰρ δι-
καιότερον αὐτὸν σκεῦος τοῦτ' ἔχειν αὐτὸν ἐπέγνωκε.
καὶ ὁ μὲν σιβᾶς εἰσῆλθε τὸν δαβίδην ὑποδεχόμενον τόπον, ἐπέρχεται δ' σαυ-
λου συγγενὴς ὄνομα σεμεΐ. ὑὸς δὲ γηρᾶ. καὶ λίθοις τε
F ἔβαλεν αὐτὸν, καὶ ἐκακηγόρει. εἰσιόντων δὲ τῶν φίλων
καὶ σκεπόντων, ἐπὶ μᾶλλον βλασφημῶν διετέλει, μαι-
νόμενον, καὶ πολλῶν ἀρχηγὸν κακῶν ἀποκαλῶν. σκέλδε
δὲ καὶ τῆς γῆς, ὡς ἐναγῆ καὶ ἐπάρατον, ἐξεῖναι καὶ τῷ
θεῷ χάριν ἔχειν ὁμολογῶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἀφε-
λομένῳ, καὶ διὰ παιδὸς ἰδίου τὸν πατέρα ὧν ἥμαρτεν εἰς
αὐτὸν δεσπότην δίκην αὐτῷ εἰς πραξαμένῳ. πάντων
δ' ἐπ' αὐτὸν ὁρμησάντων τῇ ὀργῇ, καὶ μάλιστα ἀ-
βισαίου διακρησαθαι βουλομένου σεμεΐ, δαβίδης
G αὐτὸν τῆς ὀργῆς ἔσχε, μὴ τοῖς παροῦσι κακοῖς ἑτέραν
προσεξεργασώμεθα φησὶ κακοπραγίαν ἀφορμήν. οὐ γὰρ
δὴ τῷ προσλυσσῶντος μοι τούτου κυνὸς αἰδὼς τις ἢ
φροντὶς ὑπάρχειν. τῷ θεῷ δὲ εἴκω, δι' ὃν ἔτι ἐφ' ἡ-
μᾶς ἀπενοήθη. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν ὑπὸ τούτου με
παθεῖν πάσχειν, ὅπου γε καὶ παιδὸς ἀσεβοῦς πεπεί-
ραμαι. ἀλλὰ ἐσταί τις ἴσως οἰκτος ἡμῖν ἐκ τοῦ θεοῦ.
καὶ κρατήσομεν τῶν ἐχθρῶν, τούτου θελήσαντος. ἦνυε
δ' οὕτω τὴν ὁδὸν οὐ φροντίζων ὁ σεμεΐ τῷ θεῷ τὸ ἕτε-
ρον μέρος τοῦ ὄρους διαπερῶντος καὶ κακηγοροῦντος.

ωδαγμόμενος δ' ἐπὶ τὸν ἰόρδανον, ἀνελάμβανε τοὺς ἰδίους ἐνταῦθα κεκοπωμένους. ἀβεσαλώμου γ' ἢ ἀχιτόφελ τῦ συμβούλου ωδαγμομένου εἰς ἱεροσόλυμα, σὺν ἅπαντι τῷ λαῷ, ἢ δαβίδου φίλος ἦκε ωρὸς αὐτούς. καὶ ωροσκυνήσας αὐτὸν σωηυχετο τῷ βασιλέα εἰς αἰῶνα, καὶ αὐτὸν παρῆναγ πάντα χρόνον. φήσαντος δ' ἐκείνου ωρὸς αὐτὸν, τί δήποτε φίλος ἐν τοῖς νεωμάλιστα τῦ πατρὸς αὐτῦ γεγυμνέν, ωρὸς ἅπαντας πιστὸς εἶναι δόξας, οὐ σὺν αὐτῷ νῦν ἐστιν, ἀλλὰ καταλιπὼν ἐκεῖνον, μεταβαίνει ωρὸς αὐτόν. δεξιῶς ἀποκρίνεται καὶ σωφρόνως, εἰπε γὰρ ἔπεσθαι δεῖν αὐτὸν τῷ θεῷ, καὶ τῷ παντὶ βαλήθει. τούτων οὖν μὴ σοῦ δέσποτα γεγυμνένων εἰκότως ἕπομαι κἀγώ. τῷ γὰρ βασιλέαν ἔλαβες ωαρὰ τῦ θεῦ. τῷ αὐτῷ μέν τοι πίστιν καὶ ἔυνοιαν ἐνδείξομαι, πιστευόμενος εἶναι φίλος, ὦ οἶδά με τῷ πατρί σου παρεσχημένον. ἀναγκαῖον δ' οὐδὲν ωροσκεῖσθαι τοῖς παροῦσι, οὐ γὰρ εἰς ἄλλην οἰκίαν ἡ βασιλέα μεταβέβηκε, μεμένηκε γ' ἐπὶ τῆς αὐτῆς, ὑῦ ωαραλαβόντος. ταῦτα λέγων ἔπεισεν, ὑπῆρχον γὰρ αὐτῷ εἰκότα. καὶ καλέσας τὸν ἀχιτόφελον, συνεβουλεύετο αὐτῷ τί δεῖ ποιεῖν. ὁ δὲ παρήνεσε, τῆς τῦ πατρὸς αὐτῦ παλλακοῦς συνελθεῖν. ἐκ τούτου παρέσεσθαι τὸν λαὸν ἔλεγε, πιστεύσαντα ὡς ἀδιάλλακτά σοι τὰ ωρὸς αὐτὸν ἐστι, καὶ μὴ πολλῆς συνερατεύσεσθαι ωροθυμίας ἐπὶ τὸν πατέρα. μέχρι γὰρ δεῦρο φανερὰν ἐχθραν ἀναλαμβάνειν δεδιέναι, ωροσδοκῶντας ὑμᾶς ὁμονοήσειν. πειθεὶς γ' τῇ συμβουλείᾳ, κελεύει σκηνῷ αὐτῷ πῆξαι τοὺς οἰκέτας ἐπὶ τὸ βασιλείου, τοῦ πλήθους ὁρῶντος, καὶ παρελθὼν, συνέρχεται ταῖς τῦ πατρὸς παλλακαῖς. ταῦτα δ' ἐγίνετο κατὰ τὸν νάθαν ωροφητείαν, ὃν τῷ δαβίδη σημαίνων τὸν ἐκ τῦ παιδὸς ἐσομένων ἐπίθεσιν ωροεφήτευσε.

A Delatus deinde ad Jordanem, ſuos ex itinere fatigatos ibi recolligebat ac reficiebat. Interim Abeſalomo cum Achitophele conſiliario Hieroſolyma ingreſſo, concurſu populi ſalutantis ad eos facto, inter cæteros etiam Davidis amicus ad eos venit, & adorato novo rege, precatus eſt illi perpetuum hoc imperium. Rogatus deinde ab eo, qvid ita cum hactenus inter præcipuos ac fidiſſimos patris amicos eſſet habitus, nunc deſerto illo ad ſe tranſiret: cordatè reſpondit, non eſſe Dei voluntati & populi conſenſui repugnandum. Hos, inquit, tibi ſtudentes, ego quoque meritò ſequor. à Deo enim regnum hoc accepiſti. quod ſi in tuorum numerum recipere dignatus fueris, quam fidem & benevolentiam patri tuo me præſtitiſſe noſti, eandem tibi præſtabo. Nemo enim præſentem ſtatum iniquè ferre debet, quando non in aliam familiam regnum translatum eſt, ſed in eadem manet, filio ſuccedente. His verbis juveni omnem ſuſpicionem exemit. Advocato deinde Achitophele conſultabatur, quidnam eſſet agendum. Is ſuaſit, ut cum paternis pellicibus congrederetur. Sic enim populum conſtantius in partibus perſeveraturum, ſublata reconciliationis ſpe: & pronipte contra patrem militaturum. Nam hactenus non libenter eos inimicos ſe illi profiteri, veritos, ne pax inter patrem & filium coëat. Paruit juvenis, juſſitqve famulis, ut in regia tentorium ſibi erigerent, inſpectante populo, in quod ingreſſus cum pellicibus patris concubuit. Idque totum juxta Nathanis prophetæ vaticinium evenit, qvod Davidi futurum, ut ab uno è filiis oppugnaretur, prædixerat.

B C D E

Κεφάλαιον θ'.
Ὡς στρατεύσας ἀβεσάλωμος ἐπὶ τὸν πατέρα δαβίδην, ἀπώλετο σὺν τῷ στρατῷ.

CAP. IX.
Abeſalomus contra patrem profectus cum exercitu perit.

Ποιήσας δ' ἀβεσάλωμος τὰ ωροδοκηθέντα αὐτῷ ὑπὸ ἀχιτόφελου, δεύτερον αὐτὸν συμβουλεύειν ἠξίου ωερὶ τῦ πολέμου τῦ ωρὸς τὸν πατέρα. μυρίους δ' αὐτὸν ἐπιλέκτους αἰτήσαντος ἐκεῖνα, καὶ τὸν πατέρα κτείνειν αὐτῷ σὺν τοὺς σὺν αὐτῷ σώοις ἀναχεῖν ωαρακομένου, καὶ βέβαιον τότε τ' βασιλείαν ἐσεσθαι φήσαντος, δαβίδου μηκέτι ζῶντος. ἀρεσθεὶς τὴν γνώμην μεταπέμπεται τὸν χουσὶν, τὸν δαβίδου ἀρχίφιλον. ἅττα γὰρ αὐτὸν ἐκεῖνος ἐκάλει. ἢ τῷ ἀχιτοφέλου γνώμην αὐτῷ δηλώσας, τί ἢ αὐτῷ δοκεῖ ωερὶ αὐτῆς ἐπυνθάνετο. ὁ δ' συνιδὼν ὅτι ἡδομένων ὧν ἀχιτόφελος συνεβάλοιτο, κινδυνεύσῃ δαβίδης συλληφθεὶς ἀποθανεῖν, ἐναντίαν ἑτέραν γνώμην εἰσφέρειν. οὐ γὰρ ἀγνοεῖς εἶπεν ὦ βασιλεῦ, τὴν τε πατρὸς καὶ τῶν σὺν αὐτῷ νῦν ὄντων ἀνδρείαν. ὅτι καὶ πολλοὺς πολέμους πεπολέμηκε, καὶ πάντοτε κρατῶν τῶν πολεμίων ἀπήλλαχε. νῦν δὲ εἰκὸς αὐτὸν ἐπὶ στρατοπέδου μένειν, στρατηγήσαι γὰρ ἱκανώτατον, καὶ προσιόντων ἀπάτην ἐπερχομένων πολεμίων. ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ ἀπολιπὼν τοὺς ἰδίους εἰς τινα τῶν αὐλώνων αὐτὸν ἀποκρύψει, ἢ ωρὸς πέτρα τινὶ λοχήσει. συμβαλόντων γ' τῶν ἡμετέρων, οἱ μὲν ἐκείνου, ωρὸς μικρὸν ωαρακωρήσουσι. διαῤῥήξαντες δ' ὡς τὸ βασιλέως αὐτοῖς ἐγγὺς ὄντος ἀντισχήσουσιν.

HOc Achitophelis conſilium executus, iterum poſtulat, quid de belli ratione cenſeat. Reſpondit ille, oportere ſibi attribui decem millia lectorum militum. Cum his ſe profectum interfecturum patrem, atque ita partibus ſuis incolumitatem, & ipſi ſecurum imperium eadem opera, Davide ſublato, pariturum. Hac ſententia delectatus accerſit Chuſim Davidis amicorum principem: ſic enim eum ille vocabat: & expoſito Achitophelis conſilio, quid ipſi videretur, quærebat. At ille intelligens quod hoc modo David in poteſtatem redactus facile occidi poſſet, contrariam ſententiam attulit. Scis, inquit, rex, virtutem patris, & eorum, qui illum ſeqvuntur, qvod in multis conflictibus ſemper victor evaſit. Profectò veteranus bellator artibus contra nos utetur, & intellecto noſtrorum adventu, noctu vallem aliquam cum parte militum inſidebit, aut poſt ripem aliquam deliteſcet. Deinde noſtris exercitum ejus invadentibus, paulatim illi pedem referent, expectantes occaſionem, dum regi propiores facti totis viribus in pugnam redeant. 1. *Reg.* 17.

F G

interim ille ex improviso superveniens, suis animum addet, nostris verò metum ac consternationem afferet. Expende igitur meum qvoque consilium, sanè melius, & Achitophelis opinionem missam fac. ac potius edicto per totam Hebræorum regionem copias contra patrem collige: quæ ubi in unum convenerint, imperium earum tu ipse assume, neve alterius fidei committas. Facile enim illum devinces, si in aperto campo assequaris, quod ille paucos circa se habeat, tu verò tam multa millia virorum, qui dari sibi occasionem cupiunt declarandi quam sint tui nominis studiosi, qvod si pater intra mœnia cujuspiam oppidi se concluserit, machinis ac cuniculis id expugnabimus. In hujus sententiam itum est, Absalomo autore consilio Achitophelis prælatam: sed hoc ipsum Deus effecit, ut Chusis consultor magis placeret. qui properè ad pontifices Sadocum & Abiatharum veniens, suum & Achitophelis consiliũ eis exposuit: qvodque ipsius comprobatum sit: petiit deinde, ut hæc Davidi per nuncios significarent, adhortarenturq; eum, ut sine mora Jordanem transiret: ne forte filius, mutata sententia, persequatur eum, & priusquam in tutum se recipiat, comprehendat. Pontifices autem jam ante curaverant, ut extra urbem laterent filii, renunciaturi Davidi, quid in urbe agatur. ad hos igitur fidam famulam miserunt, afferentem quid Absalomo decretum sit: mandaruntque, ut quantum possent, properarent Davidi hæc indicaturi. qui evestigio cum patrum mandatis, ut pios ac fidos ministros decebat, nihil sibi ad summam celeritatem reliqvum facientes, ad Davidem properabant. Vix duo stadia promoverant, qvum à quibusdam equitibus conspecti, apud Absalomum deferuntur: qui mox ad capiendum eos misit. Senserunt hoc maturè pontificum filii, & divertentes à via publica in propinqvum vicum agri Hierosolymitani nomine Bocchuram se dederunt, ibique mulierem quandam rogaverunt, ut se absconderet. ea mox demissis per funem in puteum, os ejus velleribus contexit: rogataque à superveniẽtibus persecutoribus num eos vidisset, conspectos sibi non negavit. accepto enim à se potu statim abivisse dicebat: & si modo alacriter persequantur, fore, ut eos comprehendant. Illi diu frustra persequti, retro sunt reversi. Mulier verò ubi hoc animadvertit, & non esse amplius periculum juvenibus, ne capiantur, per funem rursum extractos cœptum iter continuare jussit. Illi, quanta potuerunt festinatione, ad Davidem pervenerunt, & omnes Absalomi conatus illi renunciaverunt: qui suos confestim Jordanem transire edicit, quamvis nox esset, nihil cunctari passus. Porro Achitophel, ubi suum alterius consilio posthabitum vidit, conscenso jumento Gelmonem patriam petiit. Ibi convocatis omnibus domesticis, exposuit eis, quæ Absalomo consuluerat, addens qvoniam non persuasisset, certo se brevi periturum.

Καὶ μεταξὺ τούτων μαχομένων ὁ πατὴρ ὑπεφάνης ἐξαίφνης, τοῖς μὲν δ' ψυχίαν ποιῶν πρὸς τοὺς κινδύνους παρασκευάσων. τοὺς δ' οὐς, καταπλήξειν. ὧδ' οὖν δὴ πάντα καὶ τὴν ἐμὴν συμβουλείαν τοῦ λογισμοῦ. καὶ ταῦτ' ὑπάγουσ' ἄφεσα, τὴν μὲν ἀχιτόφελ γνώμην παραίτησαν. πέμψας δ' εἰς πᾶσαν τὴν χώραν τῶν Ἑβραίων, ὡς ἄριστον αὐτοῖς τὴν ὑπὲρ τοῦ πατέρα σου στρατείαν. καὶ ὡς πλῆθον τὴν δύναμιν, ὃ πλέμου γένος στρατηγός, καὶ μὴ πιστεύσης τούτων, ἑτέρῳ. νικήσειν γὰρ ποσσὸν ῥᾳδίως αὐτὸν, ἂν ἐν φανερῷ καταλάβῃς ὄντα μετ' ὀλίγων αὐτὸς πολλὰς ἔχων μυριάδας βαλομένους τὴν σὴν σε ταχὺ δηλοῦν καὶ ποθυμίαν. ἂν δ' ὁ πατὴρ αὐτὸν εἰς πολιορκίαν ἐκλείσῃ, μηχαναῖς καὶ ὀρύγμασιν ἀνόμοις καθαιρήσομεν ἐκείνην τὴν πόλιν. ταῦτ' εἰπὼν δόξαν μᾶλλον ἀχιτόφελ, τῆς γὰρ ἐκείνου γνώμης ἡ τούτου ποθεκρίθη παρ' ἀβεσαλώμῳ. θεὸς μέν τοι καὶ ὁ τῇ τούτου διανοίᾳ τὸν τὰ χρεὼν συμβαλεῖν φήσας ἀμείνονα εἶναι δοκεῖν. ἀποδόσας γὰρ πρὸς τοὺς ἀρχιερέας σάδωκον καὶ ἀβιάθαρον, τήν τε ἀχιτόφελου γνώμην ἐξήγων αὐτοῖς καὶ τὴν ἑαυτοῦ, ἃ ὅτι δέδοκται ταῦτ' ἐκ' αὐτοῦ ἀπαγγείλαντας πρᾶξαι, ἐκέλευσε μηνύειν πέμψας δαβίδῃ καὶ φανερὰ ποιεῖν τὰ συμβουλεύματα. ἃ πρὸς ἀβεσαλώμου παχέως διαβῆναι τὸν ἰορδάνην, μὴ μεταγνοὺς ὁ παῖς αὐτὸ διώκειν ὁρμήσῃ, καὶ πρὶν ἐν ἀσφαλείᾳ γένῃ, φθάσας καταλάβῃ. οἱ δ' ἀρχιερεῖς ἐξεπίτηδες τοὺς υἱοὺς ἔξω τοῦ πόλεως κεκρυμμένους εἶχον, ὅπως διακομίσωσι πρὸς τὸν δαβίδην τὰ πεπραγμένα. πέμψαντες οὖν πιστὴν θεραπαινίδα πρὸς αὐτοὺς, φέρουσαν τὰ βεβουλευμένα ὑπὸ ἀβεσαλώμου, προσέταξαν μὴ ἀπαγγεῖλαι ταῦτα δαβίδῃ σημαίνειν. οἱ δ' οὐδὲν εἰς ἀναβολὰς καὶ μέλλησιν ὑπερεῖχεντο. λαβόντες δὲ τὰς τῶν πατέρων ἐντολὰς, θᾶττον ἅμα καὶ πιστοὶ γένοιντο διακονοί. καὶ τῆς ἐπείγουσης τὸ τάχος καὶ τὴν ὀξύτητα κελεύοντες ἄμεινον εἶναι, ἠπείγοντο συμβαλεῖν δαβίδῃ. ἁλισκόμενοι δ' αὐτοὺς ἀπὸ σταδίων τῆς πόλεως δύο, θεόντας τινὲς ἱππεῖς καὶ διαβάλλουσι πρὸς τὸν ἀβεσαλώμου. ὁ δ' οὐδὲν ἐπέμψε τοὺς συλληψομένους. νοήσαντες δὲ τοῦτο οἱ τῶν ἀρχιερέων παῖδες ἐκπεραίνοντες τῆς ὁδοῦ, ὡς διαλῆμα εἰς κώμην τινὰ τῶν ἱεροσολυμιτῶν οὐκ ἄπωθεν ἑαυτοὺς ἔδωκαν. βοκχόρης γὰρ ὄνομα τῇ κώμῃ. γυναικὸς δ' ἐδεήθησαν τινὸς κρύψαι καὶ σῶσαι αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν. ἡ δὲ καθιμήσασα τὰς νεανίσκους εἰς φρέαρ καὶ πλάκας ἀνωθεν ἐρίων ἐπιβαλοῦσα, ὡς ἦκον οἱ διώκοντες αὐτὰς, καὶ πρὸς αὐτῶν ἀνέκρινον εἰ θεάσαιτο, ἰδεῖν οὐκ ἠρνήσατο. ἀπιόντας γὰρ παρ' αὐτῆς πάλιν ἀπελθεῖν. εἰ μέν τοιγε σπουδαίως διώξουσι, καταλήψεσθαι προὔλεγε. ὡς δ' ἐπὶ πολὺ διώξαντες οὐ κατέλαβον, ἀνέστρεψαν ὀπίσω. θεασαμένη δ' αὐτοὺς ἀναζεύξαντας ἡ γυνὴ κἀμὲ δέον, φόβον τοῖς νεανίσκοις ἐπ' αὐτῶν ἔτι συλλήψεως εἶναι, ἀνιμήσασα τὴν ποσκαμένην ὁδὸν ἀνύειν παρεκελεύσατο. καὶ πολλῇ σπουδῇ κἀκ χειρὸς χρησάμενοι τῇ ἐφοδιοπομπίᾳ, ἦκον πρὸς δαβίδην. ἅπαντα ἀκριβῶς ἐδήλωσαν αὐτῷ τὰ παρ' ἀβεσαλώμου βεβουλευμένα. ὁ δὲ, διαβῆναι τὸν ἰορδάνην, τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ποσσέπεμψεν ἤδη νυκτὸς οὔσης, καὶ μηδὲν ὀκνεῖν δι' αὐτῶν. ἀχιτόφελος δὲ, τῆς γνώμης αὐτοῦ παρδοκιμηθείσης, ὑπὸς τὸ κτῆνος ἐξώρμησεν εἰς γελμῶνα τὴν πατρίδα. καὶ συγκαλέσας τοὺς οἰκείους ἅπαντας, ἃ συνεβούλευσεν ἀβεσαλώμῳ, ταῦτ' αὐτοῖς διεξῆλθε. καὶ ὡς ἀπειθὴς, φανερὸς ἦν σὺν οὐ μακρὰν ἀπολούμενος.

δαβί-

δαβίδην ἢ κρατῆσαι μέλλειν ἔλεγε καὶ ἐπανήξειν ὅπι
τὴν βασιλείαν. ἄμεινον οὖν ἔφησεν εἶναι τὸ ζῆν αὐτὸν
ἐξαγαγεῖν ἐλεύθερος καὶ μεγαλοφρόνως, ἢ ὡδαχεῖν
αὐτὸν εἰς κόλασιν δαβίδη, ὃς καθόλου πάντα σωφρο-
νέστατα ἀβεσαλώμῳ. ταῦτα διαλεχθεὶς, καὶ παρελθὼν
εἰς τὸ μυχαίτατον τῆς οἰκίας, ἀνήρτησεν αὐτόν. καὶ τὸν
μὲν ἀχιτόφελον, τοιοῦτον θανάτου δικαίᾳ αὐτὸν ἡμο-
μένων, καθελόντες ἐκ τῆς ἀγχόνης, ἐκήδευσαν οἱ προσ-
ήκοντες. ὁ δὲ δαβίδης, διαβὰς τὸν ἰορδάνου καθὼς προ-
ρήκαμεν, εἰς παρεμβολὰς καλλίστην καὶ ἐχυροτάτην
πόλιν ἀφίκνεῖτο. δεχόντων δ' αὐτὸν ἁπάντων πάν-
των οἱ πρῶτοι τῆς χώρας, κατά τε αἰδῶ τῆς τότε φυ-
γῆς, καὶ κατὰ τιμὴν τῆς προτέρας εὐπραξίας. ἦσαν δὲ
οὗτοι βερζέλαι τε ὁ γαλααδίτης, καὶ σιφὰρ ὁ τῶν ἀμ-
μανιτῶν δυνάστης, καὶ μαχὶρ ὁ τῆς γαλααδίτιδος
χώρας πρῶτος. οὗτοι πᾶσαν αὐτῷ, καὶ τοῖς σκήνους τὰ
ἁπαντήσιμα εὐθηνίαν παρέχον, ὡς μήτε κλίνας ὑπο-
λείπειν ἐρωμένας, μήτε ἄρτους καὶ οἶνον, ἀλλὰ καὶ θυ-
μάτων ἀφθονίαν χορηγῆσαι, καὶ τῶν εἰς ἀνάπαυσιν ἅ-
μα κεκτημένοις καὶ τροφὴν χρησίμων εὐπορίαν παρα-
κτᾶσθαι. καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν. ἀβεσαλὼμος
δ', ἀθροίσας μεγάλην στρατιὰν τῶν ἐφεστώτων ὑπὸ τὸν πα-
τέρα, καὶ διαβὰς τὸν ἰορδάνου ποταμὸν, οὐ πόρρω κατέ-
βλεψε τῶν παρεμβολῶν ἐν τῇ γαλααδιτῶν χώρᾳ, κα-
τασήσας στρατηγὸν πάσης τῆς δυνάμεως ἀμεσσαΐ, εἰς τὸ
ἰωάβου τάξιν τὸ συγγενοῦς αὐτῷ. πατρὸς μὲν γὰρ ἰεθ-
θάρου, μητρὸς δ' ἀβιγαίας. αὕτη δὲ καὶ σαρουία ἰωάβ
μητὴρ ἀδελφὴ ἦσαν δαβίδου. ὡς δὲ ἐξαριθμήσας
τοὺς σὺν αὐτῷ δαβίδης, ὡσεὶ τετρακισχιλίους εὗρεν ὄν-
τας, σὺν ἔγνω μένειν πατ' ἐπ' αὐτὸν ὁ ἀβεσάλωμος ἐλ-
θὼν. ὡρθωθεὶς δὲ τοὺς οὔσι χιλιάρχους καὶ διελὼν εἰς τρία
μέρη τὴν στρατιὰν, τὸ μὲν, τῷ στρατηγῷ παρέδωκεν
ἰωάβῳ. τὸ δὲ, τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἀβεσσαΐ. τὴν δὲ τρίτην
μοῖραν ἐνεχείρησεν ἐθναίῳ, σωθῆναι μὲν ὅτι καὶ φίλῳ,
καὶ τῆς γιτθῶν πόλεως ὑπάρχοντι. βελόμενον δὲ συν-
εκστρατεύειν αὐτὸν σὺν ἐάσαν οἱ φίλοι, γνώμῃ κατα-
χθέντες σωτηρίᾳ. νικηθέντες μὲν γὰρ σὺν αὐτῷ, πᾶσαν
ἀποβαλεῖν ἐλπίδα χρησὴν ἔφασκον. ἂν δὲ ἡττηθέντες
ἐνὶ μέρει τῆς δυνάμεως, τῷ λοιπῷ στρατεύματι φύγωσιν,
ἀμείνονα ὠδασκαλίαν ἀυτὸν ἰσχύειν. ἐνενοήσαν δὲ
καὶ τοὺς πολεμίους εἰκὸς ἐσὶν ἄλλο μετ' αὐτῶν στρατευ-
μα εἶναι. ἡδεῖς δὲ τῇ συμβουλίᾳ ταύτῃ, μένειν μὲν αὐ-
τὸν ἐν ταῖς παρεμβολαῖς ἐκέλευεν. σκέπτων δὲ τοὺς
φίλους καὶ τοὺς στρατηγοὺς ὅπι τὸν πόλεμον παρεκάλ-
ωθυμίαν ἐναπεδείξατο, καὶ πίστιν καὶ μνήμην ἐπιτη-
δείους ἔχοντες παρ' αὐτῷ ἔτυχον. φείσασθαι δὲ καὶ τῶ
παιδὸς ἀβεσαλώμου, κρατήσαντας ἠντιβόλει, μὴ κα-
κὸν αὐτὸν ἐργάσηταί τι πλουτήσαντος αὐτῷ. καὶ ὁ μὲν
ταῦτα αὐτοῖς ἐπευξάμενος, ἐκπέμπει τὴν στρατιάν.
ἰωάβου δὲ τάξαντος τὴν δύναμιν ἀντικρυ τῶν
πολεμίων ἐν τῷ πεδίῳ τῷ μεγάλῳ, ἐξόπισθεν τρι-
βεβλημένῳ δρυμῷ, ἀντεξάγει τὴν στρατιὰν καὶ ἀβε-
σάλωμος. καὶ συμβολῆς γενομένης, ἔργα μεγάλα χει-
ρῶν καὶ τόλμης παρ' ἀμφοτέρων ἐπεδείκνυτο. τῶν
μὲν, ὑπὲρ τῆς τὴν βασιλείαν ἀποκαλέσαι δαβίδην πο-
λεμησάντων καὶ πάσῃ προθυμίᾳ χρωμένων. τῶν
δ' ἵνα μὴ καὶ τούτῳ ἀβεσάλωμος ἁλῷ καὶ
δῶ τῷ πατρὶ δίκας κολασθεὶς, ἀνθ' ὧν ἐτόλμησεν,
οὐδὲν ὀκνούντων, οὔτε πεῖν οὔτε πάσχειν, ἔτι
δὲ τῶν πολεμίων, ἵνα μὴ νομισθῶσιν ἧττον τῶν σὺν
ἰωάβῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ στρατηγοῖς ὄντων ἐλέγχοι.

A Davidem enim omnino ſuperiorem hoc bello fore, & amiſſum regnum recepturum eſſe. Præſtat igitur, inquit, magno animo, ut virum ingenuum decet, è vita exire, quam Davidi ob filio navatam contra eum operam excafnificandum ſe præbere. His dictis in penitiſſimas ædes digreſſus, ſeipſe ſuſpendit. atqve ita Achitophelem, ſuopte judicio tali morti addictum, cognati ejus laqueo demptum funeraverunt. Cæterum David ſuperato, ut diximus, Jordane, pervenit Caſtrum, pulcherrimam ac munitiſſimam ejus tractus urbem. Ibi cum ſumma benevolentia ab omnibus ejus regionis optimatibus exceptus eſt, partim præſenti hominis neceſſitate motis, partim reverentia priſtinæ felicitatis, fuerunt autem hi Berzellæus Galadita, & Siphar Ammanitidis dynaſtes, & Machirus Galaditidis regionis primas. Hi quicquid ad victum pertinebat, largiter regi cum ſuis præbebant, ut nec lecti ſtrati eis deeſſent, nec panis ac vinum, quin & carnium copia ſemper aderat, & quicquid vel ad alimoniam, vel ad laſſitudinis refectionem opus eſſet. Interim Abeſalomus, coacto grandi contra patrem exercitu, & trajecto Jordane amne, conſtitit non longe à Caſtro oppido Galaditidis, loco Joabi præpoſito exercitui cognato ejus Amaſa. prognatus enim erat patre Jotharſa, & matre Abigæa. hæc verò & Sarvia Joabi mater, ſorores erant Davidis. Rex autem, recenſitis qui circa ſe erant, comparatoque numero circiter qvatuor millium, decrevit non expectare dum Abeſalomus prior ipſum aggrediatur, ſed creatis tribunis, diviſoqve in tres partes exercitu, unam Joabo imperatori attribuit, alteram fratri ejus Abiſæo: tertiam tradidit Ethæo, amico quidem & familiari, ſed è Gitta oriundo. Ipſum autem volentem adeſſe in exercitu amici prohibuerunt, idque prudentiſſima ratione. Si enim eo præſente vincerentur, nihil ſpei reliqvum fore. qvod ſi una parte exercitus victi, cum cæteri ad ipſum refugiſſent, reparandarum virium facultatem non defore. alioqvin etiam hoſtem ſuſpicaturum, alium exercitum circa regem eſſe. Placuit hoc conſilium: itaque perſvaſus apud Caſtrum manſit. Sed dum amicos ad pugnam dimitteret, obteſtabatur, ut memores omnium acceptorum beneficiorum ſtrenuam ac fidelem operam ſibi navarent: & ut poſt victoriam filio parcerent, ne occiſo illo, aliquid mali in ſeipſum ſtatueret: atq; ita precatus illis victoriam, exercitum emiſit. Cæterum cum Joabus ex adverſo hoſtium aciem ſuam explicuiſſet in planicie ſylvam à tergo habente, Abeſalomus quoque ſuos contra eduxit: & congreſſi, acriterque pugnantes multa utrinque præclara facinora edebant: his dummodo David regnum recipiat, quidvis periculi magno animo contemnentibus: illis contra ne Abeſalomus & hoc privetur, & patri inſuper audaciæ pœnas det, nihil non vel facere vel pati paratis. Iidem cum numero longe præſtarent, ignominioſum ducebant tanto paucioribus Joabi militibus ſuccumbere:

X. 2. Reg. 18.

contrà regii,ut tot millia profligarent, omni ope connixi,tandem ut erat dignum,veteranis & rei militaris peritiſſimis hoſtem terga vertere coegerunt. fugientes deinde per ſaltus & abrupta inſequendo,alios captivabant, alios trucidabant, ita ut multo plures in fuga caderent quam in prælio. Interfecta ſunt enim ea die fermè viginti millia. Plurimi autem in Abeſalomum ferebantur,inſignem tam pulchritudine quam ſtatura corporis. Is veritus,ne vivus caperetur, conſcenſa mula regia effuſo curſu fugiebat. Cumque per agitationem ventilaretur capillitium, aſperæ arboris prominenti ramo inopinate implicitum juvenem ſuſpendit. Jumentum enim vehementi impetu ferebatur, non aliter quàm ſeſſorem gerens. at ille ſublimis in ramo retinebatur, ne hoſtem effugeret. Quod animadverſum quidam è militibus Davidis indicavit Joabo: eoque quinquaginta ſiclos promittente ſi illum confoderet, reſpondit, Nec ſi duo millia daturus eſſes,facerem hoc domini mei filio, maxime cum omnibus nobis audientibus parci juveni ſit precatus. At ille juſſit,ut indicaret ubi nam pendentem viderit, moxque defixo in cor telo eum interemit.Armigeri verò Joabi circumſiſtentes ab arbore eum detraxerunt,& projectum in hiatum profundum ac obſcurum congeſtis ſaxis obruerunt, ita ut tumuli forma extaret. Deinde qvum receptui ceciniſſet Joabus,ſuos à perſequendo cohibuit, parcendum civili ſanguini ratus. Porro Abeſalomus erexerat ſibi in valle regis columnam marmoream cum inſcriptione, duobus ſtadiis à Hieroſolymis diſſitam,quam voluit vocari Manum Abeſalomi, dicens qvod etiamſi liberos ejus perire contingat,in hac tamen nomen ipſius eſſet manſurum. Habuit enim tres mares,& unam filiam Thamaram,quemadmodum jam antè diximus: quæ Davidis nepoti Roboamo nupta, Abiam ejus ſucceſſorem peperit: ſicut poſt loco ſuo copioſius diceretur.

Αἰαχιώλω γὰρ αὐτοὺς τούτοις ἔφασαν μεγίστην. τῶν δὲ Δαβίδου στρατιωτῶν ἵνα τῶν πολλῶν μυριάδων κρατήσωσιν οἱ Δαβίδου, γνώμη τε τῇ θεοῦ χόντες, καὶ τῇ τῶν πολεμικῶν ἐπιστήμῃ. φεύγοντας γὰρ διὰ δρυμῶν καὶ φαράγγων, ἑπόμενοι τοὺς μὲν ἐλάμβανον, πολλοὺς δ' ἀνῄρουν, ὡς φεύγοντας πεσεῖν πολεμίους ἢ μαχομένους. ἔπεσον γὰρ ὡς δυσμένεις ἐκ ἐκείνης τῆς ἡμέρας. οἱ δὲ τοῦ Δαβίδου πάντες ὥρμησαν ἐπὶ τὸν Ἀβεσάλωμον. φανερὸς γὰρ αὐτοῖς ἦν τε τὸ κάλλους καὶ τὸ μεγέθους ἔχων. δείσας δὲ μὴ καταλάβωσιν αὐτὸν οἱ πολέμιοι, ἐπιβὰς τῆς ἡμιόνου τῆς βασιλικῆς, ἔφευγε φερόμενος δὲ μὴ ῥύμης, καὶ τοῦ τὸ σάλου ἐκ τῆς κινήσεως κομῶν ἐμπλακείσης αὐτῷ τῆς κόμης τραχεῖ δένδρῳ μεγάλοις ἐπιπολὺ κλάδοις ἐκτεταμένῳ, ὥστε δόξαι ἀνακρεμᾶται. καὶ τὸ μὲν κτῆνος ὑπὸ ὀξύτητος ὡς ἐπικείμενον τὸν δεσπότην ἐπὶ φέρον ἐχώρει προσωτέρω. ὁ δὲ ἐκ τῶν κλάδων ἐωρουμένῳ σκοπεῖτο τοῖς πολεμίοις. τότε τις ἰδὼν τῶν Δαβίδου στρατιωτῶν, ἐδήλωσεν Ἰωάβῳ. καὶ πεντήκοντα σίκλους ἂν αὐτῷ δεδωκέναι τὸ στρατηγοῦ φήσαντος εἰ βαλὼν ἀπέκτεινε τὸν Ἀβεσάλωμον, οὐδ' εἰ διχιλίους εἶπεν ἐμέλλες μοι παρέξειν, τοῦτ' ἂν διέθηκά μου τὸν τοῦ δεσπότου παῖδα. καὶ ταῦτ' ἐκείνου πάντων ἡμῶν ἀκουόντων φείσασθαί σε τοῦ νεανίσκου δεηθέντος. ὁ δὲ, κελεύσας αὐτῷ δεῖξαι πῦ κρεμάμενον ἴδοι τὸν Ἀβεσάλωμον, πεξὸς ἐλθὼν τῆς καρδίας, ἀπέκτεινεν. οἱ δὲ τοῦ Ἰωάβου κομίζοντες ὅπλα, ἐν κύκλῳ παρεστάντες τὸ δένδρου καταπαύουσι τὸν νεκρόν. καὶ τὸν μὲν εἰς χάσμα βαθὺ καὶ ἀφανὲς ῥίψαντες, βάλλουσιν αὐτῷ λίθους, ὡς ἀναπληρωθῆναι, καὶ τὸ χῆμα τάφου καὶ μέγεθος λαβεῖν. σημεῖόν τε ἀνακλητικὸν ὁ Ἰωάβος ἀπέσχετο τοῦ διώκειν τοὺς ἐκείνου στρατιώτας τῇ τῶν πολεμίων δυνάμει, φειδόμενος τῶν ὁμοφύλων. ἔστησε δ' Ἀβεσάλωμος ἐν τῇ κοιλάδι τῇ βασιλικῇ στήλῃ λίθου μαρμαρίνῃ δύο σταδίους ἀπέχουσαν Ἱεροσολύμων, ἣν προσηγόρευσεν ἰδίαν χεῖρα. λέγων, ὡς καὶ τῶν τέκνων αὐτῷ διαφθαρέντων ἐν τῇ στήλῃ μένει τὸ ὄνομα. τέκνα γὰρ ἦσαν αὐτῷ τρία μὲν ἄῤῥενα, θυγάτηρ δὲ μία θαμάρα τοὔνομα, ὡς προειρήκαμεν. σωφρονήσασης δ' αὐτῆς τοῦ Δαβίδου ἡγεμονεύσαμεν, γένεταί πως ὁ Δαβὶδ ἐξαδελφισμὸς τῇ βασιλείαν ἀδιά. καὶ τοῦ μὲν τούτων ἐν ὑστέροις οἰκειότερον τῇ ἱστορίᾳ δηλώσομεν.

CAP. X.

Quomodo David regno reſtitutus feliciter vixit.

DEfuncto Abeſalomo populus ejus domum quiſque ſuam dilapſus eſt. Achimas verò Sadoci pontificis filius,adito Joabo, rogavit,ut ſibi permitteret ad Davidem ire, nunciaturo læta omnia, qvodqve divina ope ac providentia victoriam ſit conſeqvutus. Negavit hoc Imperator, dicens: non convenire, ut antehac aſferre læta ſolitus, nunc de morte filii regem certiorem faceret: juſſitque eum ibi manere. ſed vocato,Chuſi,illi mandavit, ut omnia, quæ ſciret, ad regem perferret. Achima verò denuo rogante,ut ipſe mitteretur, victoriam tantum nunciaturus, non etiam Abeſalomi mortem, paſſus eſt eum hoc facere. Is viam compendioſam ingreſſus ſoli ſibi notam, Chuſi antevertit.

Κεφάλαιον ί.

Πῶς Δαβίδης εἰς τὴν βασιλείαν πάλιν ἀνῆλθε, καὶ ἔζησεν εὐδαιμόνως.

ΜΕτὰ δὲ τὸν Ἀβεσαλώμου τελευτὴν, ὁ μὲν λαὸς, εἰς τὰ οἰκεῖα διεσπάρη. Ἀχιμᾶς δὲ ὁ σαδώκου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸς, ἰωάβῳ προσελθὼν, ἐδέετο αὐτοῦ τὴν νίκην ἀπαγγεῖλαι πορευθέντι Δαβίδῃ μηνύσαι. καὶ ὅτι τῆς τοῦ θεοῦ βοηθείας ἔτυχε καὶ προνοίας, εὐαγγελίσασθαι. καὶ τὸν μὲν οὐ προῆκεν εἰπὼν αὐτῷ καλῶν ἄγγελον ἀεὶ γεγονημένον, νῦν ἀπέναι δηλώσοντα θάνατον τοῦ βασιλέως τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, μένειν δὲ ἥξιου. καλέσας δὲ τὸν Χουσὶν, ἐκείνῳ προσέταξε τὸ ἔργον, ἵν' ὅπερ αὐτὸς εἶδε, τοῦτο μηνύσῃ τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ Ἀχιμᾶς πάλιν δεηθέντος αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀγγελίαν ἀφεῖναι, τοῖς μόνης γὰρ αὐτὸν ποιήσασθαι τῆς νίκης, ἡσυχάσειν δὲ τοῖς τῆς Ἀβεσαλώμου τελευτῆς, ἐπέτρεψεν αὐτῷ τὴν πρὸς τὸν Δαβίδην ἄφιξιν. καὶ τὴν ἐπιτομωτέραν ἐβάλετο τῶν ὁδῶν, καὶ γὰρ μόνος αὐτὴν ἐγίνωσκε, τὸν χουσὶ φθάνει. καὶ ἐ-

καθεζομένου ὁ δαβίδη μεταξὺ τῶν πυλῶν καὶ ὁ σκοπὸς
ἐπορεύθη ἐπὶ τὸν τοῖχον τῆς πύλης καὶ ἐπῆρε τοὺς ὀφθαλμοὺς
αὐτοῦ καὶ εἶδε καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος τρέχων κατὰ μόνας.
καὶ ἐβόησεν ὁ σκοπὸς καὶ ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ. καὶ εἶπεν
ὁ βασιλεύς· εἰ μόνος ἐστὶν εὐαγγελία ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.
καὶ εὐθαίνων εὐθαίνων καὶ ἐγγίζων. καὶ εἶδεν ὁ σκοπὸς
ἄνθρωπον ἕτερον τρέχοντα ὀπίσω αὐτοῦ καὶ ἐβόησεν ὁ σκοπὸς
πρὸς τὸν πυλωρόν καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἄνθρωπος τρέχων κατὰ
μόνας ὀπίσω αὐτοῦ. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· καὶ οὗτος εὐαγγελίζεται.
καὶ εἶδεν ὁ σκοπὸς καὶ εἶπεν· ἰδοὺ ἄνθρωπος τρέχων
ὀπίσω αὐτοῦ

ita ut hoc audito universus populus ad salutandum eum concurreret. Dum hæc ita geruntur, qvi ex Abesalomi exercitu cladi superfuerunt, domum reversi nuncios oppidatim dimiserunt, admonentes qvantum beneficiorum à Davide accepissent, & qvomodo post multa ac magna bella in libertatem ab eo vindicati fuissent: & quam iniqvè hoc ejecto alteri regnum commisissent: itaque debere eos, extincto quem elegerant, Davidem rogare, ut omissa ira in gratiam populum suum recipiat, & quemadmodum antea curam reipublicæ susciplat. De hac re crebri nuncii veniebant ad regem: isqve mox Sadoco & Abiatharo pontificibus per literas mandavit, ut principes tribus Judæ compellent, turpe illis esse, alias tribus ante eos in regnum Davidem reponere, maxime cum is tribulis sit ac consanguineus. pari modo Amasam imperatorem eos alloqui jussit, qui fieret, qvod cum esset ipsius ex sorore nepos, exercitui non persuaderet, ut Davidi regnum in manus reddat. Sperandam autem illi non solum veniam, quæ jam contigisset, verum etiam universarum copiarum præfecturam, quam Abesalomus ei concesserat. Pontifices vero tum principes dictæ tribus sunt alloqvuti, tum Amasam ostenta regis pollicitatione in partes ipsius traduxerunt. Ac primum contribules Davidis incunctanter per legatos eum in regnum revocant: qvorum exemplo simul & Amasæ autoritate moti cæteri Israelitæ & ipsi idem faciunt, atqve hæ legationes ad eum Hierosolymis excipiendum confluebant. Sed singulare Judæ tribus officium extitit, qvæ usque Jordanem amnem illi occurrit. eodem præsto fuit Semeis filius Geræ, seqventibus mille viris è tribu Beniamitica: nec non Siba libertus Sauli comitatus quindecim filiis & servis viginti. Hi una cum tribu Judæ ponte ripas fluminis junxerunt, ut rex cum suis absqve negocio transire posset. Ut verò ad Jordanem pervenit, salutatus est à tribu Judæ: & Semeis in pontem progressus, accidensqve ad regis pedes, rogabat veniam commissorum, utqve infensus sibi esse desineret, neve recepta potestate in se primum animadverteret, reputaretqve id quoque, qvod erroris pœnitentia ductus, primus ipse revertenti occurrisset. In hunc modum supplicanti ac misericordiam imploranti Abisæus Joabi frater: Satin hoc, inquit, putas ad effugiendum supplicium, quod maledico in regem divinitus electum ore es commeritus? Tum rex ad eum versus: Desinite Sarujæ filii, neve novas turbas ac seditiones excitate. Sic enim vos existimare volo, hanc esse mihi aditialem regni diem, qvamobrem juro me omnibus omnem pœnam remittere, qvi quocunque modo in majestatem meam peccaverunt, neque in quenquam ea de causa animadversurum esse. tu qvoque Semei bono animo esto, nihil de supplicio sollicitus.

ὡς ἅπαντα τὸν λαὸν ἀκούσαντα σωθῆναι μὲν αὐτὸν καὶ κατασῶσαι. καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. οἱ δ' ἐκ τῆς μάχης ἀναχωρήσαντες τῶν ἐξ Ἑβραίων μετ' Ἀβεσαλώμου γνόμενοι παρ' ἑαυτοῖς ἔκαμνον, διέπεμπον κατὰ πόλεις, ὑπομιμνήσκοντες αὐτοὺς ὧν εὐεργέτησεν αὐτοὺς Δαβίδης, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀγώνων αὐτοὺς πολέμων παρέσχε. μεμφόμενοι δ' ὅτι τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβαλόντες ἄλλῳ ταύτην ἐνεχείρησαν. καὶ νῦν τεθνηκότος τοῦ καταστήσαντος ὑπ' αὐτῶν ἡγεμόνος, παρακαλοῦσι Δαβίδην, παύσασθαι μὲν τῆς ὀργῆς, ἀνοικτῶς δ' ἔχειν πρὸς αὐτοὺς ἔχων. τῶν δ' πραγμάτων, καθὼς ἤδη καὶ πρότερον πεῖσαι πειρώμενον τὴν βασιλείαν ἀπολαβόντα. ταῦτα μὲν οὖν συνεχέστερον ἀπηγγέλλετο τῷ Δαβίδῃ. κἀκεῖνος οὐδὲν ἧττον ἔπεμψε πρὸς σάδωκον καὶ Ἀβιάθαρον τοὺς ἀρχιερέας, ἵνα τοῖς ἄρχουσι τῆς Ἰούδα φυλῆς Δαλεχθῶσιν, ὡς αἰσχρόν ἐστιν αὐτοῖς, ἄλλας φυλὰς πρὸ ἐκείνης Δαβίδην χειροτονῆσαι βασιλέα, καὶ ταῦθ' ὑμῶν συγγενῶν ὄντων, καὶ πρὸς αὐτὸν κοινὸν αἷμα κεκληρωμένων. τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἀμεσᾶ τῷ στρατηγῷ προσεταξεν αὐτοῖς λέγειν, ὅτι τῆς ἀδελφῆς υἱὸς ὢν αὐτὸς μὴ πείθει τὸ πλῆθος Δαβίδῃ τὴν βασιλείαν ἀποδοῦναι. προσδοκᾶν δ' παρ' αὐτοῦ, μὴ Δαλλαγὴν μόνον, ὅτι γὰρ ἤδη γέγονεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ λαοῦ στρατηγίαν διὰ αὐτοῦ καὶ Ἀβεσαλώμου παρέχειν. οἱ μὲν δὴ χιερεῖς, ἃ μὲν τοῖς τῆς φυλῆς ἄρχουσι διελέχθησαν. ἃ δ' τὸν ἀμεσᾶν ἔπεισαν τὰ Δαβίδου βασιλέως πρὸς αὐτὸν εἰπόντες ἐγχειρῆσαι αὐτῷ φρονῆσαι. καὶ πείθει γε τὴν φυλὴν, πρεσβεῖμα πέμψαι πρὸς Δαβίδην πέσοντες, Δεκαλοῦντας εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανελθεῖν βασιλέα. τὸ δ' αὐτὸ καὶ πάντες ἐποίουν οἱ ἰσραηλῖται, πρεσβευσαμένου τοῦ ἀμεσᾶ. τῶν μὲν πρεσβέων ἀφικομένων πρὸς αὐτὸν εἰς ἱεροσόλυμα παρεγένοντο. πάντας δ' τοὺς ἄλλους ἔφθασεν ἡ Ἰούδα φυλὴ πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν ἀπαντῆσαι τῷ βασιλεῖ. καὶ ὁ γέρων σεμείας, μετὰ χιλίων ἀνδρῶν, οὓς ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς ἐπῆγετο. καὶ σιβᾶς δ' ἀπελεύθερος σαούλου, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ πεντεκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες, μετὰ οἰκετῶν εἴκοσι. οὗτοι σὺν τῇ Ἰούδα φυλῇ τὸν ποταμὸν ἐπεφύρωσαν, ἵνα ῥᾳδίᾳ Δαβίδῃ μετὰ τῶν ἰδίων ὁ βασιλεὺς. ὡς δ' ἦκεν ἐπὶ τὸν Ἰόρδανον, ἠσπάσατο μὲν αὐτὸν ἡ Ἰούδα φυλή. προσέπεσε δ' ἀναβὰς ἐπὶ τὸν ἵππον σεμείας, καὶ καταχὼν αὐτοῦ τοὺς πόδας, ἐδεῖτο συγγνώναι τῶν εἰς αὐτὸν ἡμαρτημένων, μὴ μνησθῆναι πικρὸν αὐτῷ, μηδὲ τοῦτον πρῶτον ἡγήσασθαι τὴν τιμωρίαν ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενον. λογίσασθαι δ' ὅτι καὶ μετανοήσας ἐφ' οἷς ἐσφάλη πρῶτος ἐλθὼν πρὸς αὐτὸν ἐαυτοῦ δᾶσαι. ταῦτα δ' ἀνελθόντος αὐτοῦ καὶ οἰκτιζομένου, ἀβεσσαῦος ὁ ἰωάβου ἀδελφός, Δαβὶ τοῦτο οὐκ εἶπεν οὐ τεθνήξῃ βλασφημήσας τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ καταρασθέντα βασιλεύειν; δαβίδης δ' ὀργισθεὶς εἰς αὐτὸν, οὐ παύσεσθ' εἶπεν ὦ σαρβίας παῖδες. μὴ κινήσητε πάλιν ἡμῖν καινὰς ὀργὰς τοῖς πρώτοις παραπλησίας καὶ στάσεις. οὐ γὰρ ἀγνοεῖν ὑμᾶς προσῆκεν ὅτι σήμερον ἄρχομαι τῆς βασιλείας. διὸ πᾶσιν ἀφίεναι τὰς κολάσεις τοῖς ἀσεβήσασιν ὄμνυμι, καὶ μηδένα τῶν ἁμαρτόντων ἐπεξελθεῖν. οὐ τε εἶπεν ὦ σεμεία, θαῤῥεῖ. καὶ θέσης μηδὲν ὡς τεθνηξόμενος. ὁ δ', προσκυνήσας αὐτὸν προῆγε. ἀπη-

At ille, adorato rege, cœpit eum præcedere.

ἀπήντησε δὲ αὐτῷ καὶ Μεμφιβοσθὲ, ὁ τοῦ Σαοὺλ υἱωνὸς, ρυπῶν τε τὴν ἐσθῆτα καὶ τὸν κόμην βαθειαν καὶ κατημελημένην ἔχων. μετὰ γὰρ τὸν Δαβίδου φυγὴν, οὔτε ἀπεκείρατο λυπούμενος, οὔτε καθῆρε τὴν ἐσθῆτα, κατακρίνας αὐτὸ συμφορὰν ταύτην ἐπὶ τῇ τοῦ βασιλέως μεταβολῇ. διεβέβλητο δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ ἐπιτρόπου Σιβᾶ πρὸς αὐτὸν ἀδίκως. ἀσπασαμένου δὲ αὐτὸν καὶ προσκυνήσαντα, ἤρξατο πυνθάνεσθαι, τί δὴ ποτ' οὐ συνεξῆλθεν αὐτῷ, καὶ κοινωνὸς τῆς φυγῆς, ὁ δὲ ἀδίκημα ἔφη ἐλεγχθῆναι Σιβᾶ. κελευσθεὶς γὰρ ὑποζύγια σάσασθαι τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον σὺν ἐφεστῶσιν, ἀλλ' ὥσπερ ἀνδραπόδου τινὸς, οὕτως ἠμπέκουσεν. εἰ μὲν τι γε τοῖς βασὶ εἶχον ἐρρωμένοις, οὐκ ἂν ἀπελείφθην σου, χρῆσθαι πρὸς τὴν φυγὴν ταύτην δυνάμενος. οὐ τοῦτο μὲν ἠδίκησέ μου τὴν πρὸς σὲ δέσποτα εὐσέβειαν, ἀλλὰ καὶ προσδιέβαλε, καὶ διεψεύσατο κακουργῶν. ἀλλ' οἶδα, ὅτι τούτων οὐδὲν ἡ σὴ γνώμη ἡ σὴ προσίεται, δικαία τε οὖσα καὶ τὴν ἀλήθειαν ἰσχύειν τε βούλεται, καὶ τὸ θεῖον ἀγαπῶσα. μείζονα γὰρ κινδύνους παθεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ τε καὶ τοῦ παππου μου, καὶ τῆς ὅλης ἡμῶν οἰκείας ὀφειλούσης εἰς σκέδασιν ἀπολωλέναι, σὺ μέτριος καὶ χρηστὸς ἐγένου, τότε μάλιστα πάντων σκιᾶν λήθην ποιησάμενος, ὅτ' ἐξουσίαν τῆς ὑπὲρ αὐτῶν τιμωρίας εἶχεν ἡ μνήμη. φίλον γὰρ ἔκρινας ἐμὲ καὶ δὴ τῆς τραπέζης εἶχες ὁσημέραι, καὶ οὐδὲν ἀπέλειπεν τῶν συγγενῶν μάλιστα τιμωμένου. ταῦτ' εἰπόντος, οὔτε τὸν Μεμφίβοσθον ἔγωγε κολάζειν, οὔθ' ὡς κατεψευσμένον τὸν Σιβᾶ δικάζειν. ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τοῦ Σιβᾶ ἐλθεῖν σκέψιν πάντα χαρισάμενος φήσας, αὐτῷ δὲ συγγινώσκειν ὑπέσχετο, τῆς οὐσίας αὐτῷ τὸ ἥμισυ κελεύσας ἀποδοθῆναι. ὁ δὲ Μεμφίβοσθος, πάντ' ἐχέτω μὲν εἶπεν ὁ Σιβας, ἐμοὶ δ' ἀπόχρη τε, σὲ τὴν βασιλείαν ἀπολαβεῖν. βεέρζελλον δὲ τὸν Γαλααδίτην ἄνδρα μέγαν καὶ καλὸν, καὶ πολλὰ παρεχόμενον ἐν τῇ παρεμβολῇ αὐτῷ, δαβίδην τε προπεμψαντα μέχρι τοῦ Ἰορδάνου, παρεκάλει συνελθεῖν ἕως τῶν Ἱεροσολύμων. γηροκομῆσειν γὰρ αὐτὸν ἐν πάσῃ τιμῇ, καὶ ὡς πατρὸς ἐπιμελεῖσθαι, καὶ προνοήσειν ἐπηγγέλλετο. ὁ δὲ, πάθῳ τῶν οἴκοι παρεῖτο τὸν μετ' αὐτοῦ Χαμαριείλου, καὶ τε γῆρας λέγων οὐ τοιοῦτον αὐτῷ τυγχάνειν ὡς τε ἀπολαύειν τῶν ἡδέων, εἰς ὀγδηκοστὸν ἔτη προβεβηκότος, ἀλλ' ὡς τε καταλύσεως ἤδη καὶ ταφῆς προνοεῖν, ὅπως παύτῳ ἡδίου βουλόμενον αὐτῷ χαρίζεσθαι τὰ κατ' ἐπιθυμίαν ἀπολαῦσαι. οὔτε γὰρ τροφῆς οὔτε ποτοῦ συνιέναι διὰ τὸν χρόνον. ἀποκεκλεῖσθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὰς ἀκοὰς ἤδη πρὸς αὐλῶν ἤχους καὶ μέλη τῶν ἄλλων ὀργάνων ὅσα πρὸς βασιλεῦσι τέρπει τοὺς ἐνδιατωμένους. οὕτως ἦ λιπαρῶς δεομένου, σὲ μὲν εἶπεν, ἀπολύω, τὸν δὲ Ἀχίμανον υἱὸν, ἄφες μοι, πάντων γὰρ αὐτῷ μεταδώσω τῶν ἀγαθῶν. καὶ βεέρζελλος μὲν καταλιπὼν τὸν υἱὸν, καὶ προσκυνήσας τὸν βασιλέα, καὶ πάντων ἐπεύξαμενος αὐτῷ τέλος ὧν ἔχει ψυχὴν, οἴκαδε ὑπέστρεφεν. πρὸς γίνεται δὲ εἰς γαλγαλα δαβίδης, τῷ λαοῦ παντὸς ἤδη τὸ ἥμισυ περὶ αὐτὸν ἔχων, καὶ τὴν ἰούδα φυλήν. ἀφικνοῦνται δὲ εἰς γαλγαλα πρὸς αὐτὸν οἱ τῆς χώρας πρῶτοι, μετὰ πολλῆς πομπῆς, καὶ τὴν ἰούδα φυλὴν κατημέμφοντο λάθρα πρὸς αὐτὸν ἐλθοῦσαν,

A Post hæc Memphibosthus Sauli nepos ei venit obviam, sordidatus & promisso ac neglecto capillitio. ex quo enim rex profugerat, neque comam totondit, neque vestem purgavit, calamitatem ejus non secus quàm propriam ferens: ad hæc à suo procuratore apud regem falso delatus fuerat. Is post salutatum & adoratum regem interrogatus ab eo, qua de causa non simul exisset, socius fugæ futurus: B responsit Sibam esse in culpa. Hunc jussum parare ad profectionem necessaria, verba sua non aliter quàm alicujus mancipii contempsisse. alioquin, inquit, si pedibus integris fuissem, & ad profectionem his uti potuissem, nunquam abs te relinqui passus fuissem. Nec contentus meam erga te, domine, pietatem impedisse, insuper malitiosè ac mendaciter me detulit. Sed C bene novi, quòd tua prudentia tales calumnias non admittat: quum sis justus, & Deum ac veritatem, cui tantopere studes, diligas. Cum enim in gravissimis periculis avi mei temporibus versatus sis, liceretque tibi de tota familia nostra eo nomine pœnas sumere, quæ tua bonitas est ac modestia, omnes acceptas injurias oblivioni tradidisti, recenti etiam tum D earum memoria summam potestatem assecutus. præterea in amicorum ordinem allectum, & mensæ tuæ quotidianum convivam adhibitum, nihilo deteriore conditione quam unum, quem è maximè necessariis apud te esse, voluisti. his auditis neque Memphibosthum punire libuit, neque an Siba calumniator fuerit cognoscere. sed præfatus cuncta se ejus bona Sibæ largitum, veniam tamen illi & dimidiæ partis restitutionem promisit. Tum Mem- E phibosthus: Habeat sibi totum Siba, mihi satis est te in tuum regnum restitutum esse. Berzellæum deinde Galaditam virum magnum ac bonum, cujus benignitate belli tempore adjutus fuerat, deducentem se Jordanem usque rex rogavit, ut simul Hierosolyma proficisceretur: pollicitus eum parentis loco se habiturum, nihilque illi defore quo extremæ ejus æ- F tati refovendæ sit opus. at ille excusavit, rem domesticam convictui regio præferens: dicens se jam octuagenarium non posse regiis voluptatibus perfrui, jam de absolvendo extremo vitæ actu & sepultura sollicitum: rogansque, ut sibi cum bona regis gratia liceat suo more domi vivere: quandoquidem jam per G ætatem non amplius ullam è potu, aut cibo voluptatem capiat, & aures obturatas habeat ad sonos tibiarum cæterorumque instrumentorum, quibus aulici regii se oblectare solent. Quo ita instanter rogante: Te, inquit, dimitto: hunc verò Achimanum filium mecum abire sinito. Omnium enim bonorum meorum particeps erit. Tum Berzellæus relicto filio, & adorato rege, omniaque fausta illi precatus, domum est reversus. David autem Galgala pervenit, jam dimidium totius populi circa se habens, & Judæ tribum integram. Eo venerunt ad illum primores ejus regionis, sequente magna hominum multitudine: incusabantque Judæ tribum, quod insciis cæteris ad regem se contulisset,

cui omnes simul unanimiter occurrere debuerint. Principes verò tribus Judæ rogabant, ut æqvo animo ferrent, qvòd præventi essent. Exhibitum enim hoc officium propter cognationem, qva devinctum sibi ferventioribus studiis prosequerentur. neqve enim se hac de causa ulla munera accepisse, ut merito ægrè ferre debeant, serius se ad illum perveniisse. Non tulerunt hoc dictum cæterarum tribuum principes: Demiramur, inqviunt, fratres, qvod regem vobis propriè cognatum vindicatis, ac si non omnium nostrum cognatus sit habendus, qvem omnibus nobis ex æquo Deus præesse voluit. ergo cùm totus populus undecim partes habeat, vos unicam, tantoqve potiores simus, præter æqvum fecistis, qvod nobis nescientibus ad regem veniistis. In hac principum altercatione exortus est vir qvidam malus ac seditiosus, Sabæus filius Bochbriæ, tribus Beniamitidis: qvi sublata voce in medio multitudinis exclamavit: Non est nobis pars apud Davidem, nec hæreditas apud Jessæi filium: Simulque cornicine jusso canere bellicum, omnes relicto Davide illum sunt secuti, sola Judæ tribu circa eum manente, à qua mox in regiam Hierosolymorum est deductus. Ubi concubinis, cum quibus filius Absalomus congressus fuerat, in alias ædes traductis, omnia benignè, ut antè, administrari jussit, ipse verò posthac non amplius eis est usus. Amasam deinde exercitui præposuit, dignitate in hunc collata, quæ prius Joabi fuerat: jussitqve, ut collectis, quantis posset, è tribu Judæ copiis post triduum ad se veniret, ut cum tradito exercitu cum imperio contra Bochoriæ filium mitteret. Qvo ad colligendum militem profecto, qvum in ea re occupatior mature non rediret: tertia die rex Joabo dixit, non esse in rem publicam dilationem Sabæo concedi: ne forte instructior factus plus damni det, plusque exhibeat negotii, qvam modo Absalomus exhibuisset. Non est, inqvit, ulterius expectandum, sed cum his, quæ nunc ad manum sunt, copiis, & sexcentorum cohorte, cum Abisæo fratre hostem persequere: & ubicunque illum adeptus fueris, da operam, ut prælio decernatur: & cave, ne occupatis munitis urbibus multorum nobis certaminum & laborum materiam præbeat. Joabus nihil cunctatus paruit, & assumpto fratre ac cohorte, reliquisque, qui tum Hierosolymis aderant militibus, contra Sabæum raptim exercitum ducit. Cumque Gabaonem, qvi vicus quadraginta stadiis à Hierosolymis abest, perveniisset, obviam ei factus est Amasa magnum exercitum adducens. Ibi Joabus thorace munitus: accinctusq; gladio, accedente ad complectendum Amasa, de industria gladium sibi è vagina elabi passus est: eoqve mox à terra sublato, & altera manu barba Amasæ ceu deosculandi prehensa, improviso ictu ventrē ei perfodit, hominemq; confecit: facinus sanè impium,

2. Reg. 20.

ὡς δεῖν ἐμοῦ πάντας μιᾷ γνώμῃ ποιήσασθαι τὴν ὑπάντησιν. οἱ δ' ἄρχοντες τῆς ἰούδα φυλῆς, μὴ δυσχεραίνειν αὐτοὺς ἠξίουν προεληφθέντας. καὶ γὰρ συγγενεῖς ὄντες αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον προνοούμενοι, καὶ σπεύδοντες φθάσαι, οὐ μάτοι γε διὰ τὸ προελθεῖν δῶρα λαβεῖν αὐτούς, ἵν' ἔχωσιν ὅπως τοῦτο δυσφορεῖν, ὕστεροι πρὸς αὐτὸν ἐλθόντες. ταῦτα τῶν τῆς ἰούδα φυλῆς ἡγεμόνων εἰπόντων, οἱ τῶν ἄλλων ἄρχοντες οὐκ ἠνέσχοντο. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ἔφασαν ὦ ἀδελφοὶ, θαυμάζομεν ὑμᾶς αὐτῶν ἀποκαλοῦντας μόνον συγγενῆ τὸν βασιλέα. ὁ γὰρ τοῦ ἁπάντων ἐξουσίαν ὡς ὑπὸ θεοῦ λαβὼν, πάντων ἡμῶν εἶναι συγγενὴς κέκτηται. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς μὲν λαοῖς ἅπασι ἑνδεκα μοίρας ἔχει, μίαν δ' ἡμεῖς. καὶ πρεσβύτεροι ἐσμὲν, καὶ οὐκ ἐπιποσοῦσι δίκαια κρύφα καὶ λεληθότως ἐλθόντες πρὸς τὸν βασιλέα. τοιαῦτα τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους διαλεχθέντων, αἴρει τις πονηρὸς, καὶ σάσει χαίρων, ὄνομα σαβαῦε, υἱὸς βοχορείου τῆς βενιαμιτιδος φυλῆς, σὰς ἐν μέσῳ πρὸς τὸ πλῆθος, μέγα βοήσας, εἶπεν, οὐκ ἔχει τις ἡμῶν μοῖραν δαβίδου, οὐτε κλῆρον παρὰ τὸ ἰεσσαίου παιδί. καὶ μὴ τοὺς λόγους σαλπίσους κέρατι, σημαίνει πόλεμον πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ πάντες ἠκολούθησαν ἐκείνῳ, δαβίδην καταλιπόντες. μόνη δ' αὐτῷ παρέμεινεν ἡ ἰούδα φυλὴ, καὶ κατέσπασεν αὐτὸν εἰς τὸ ἐν ἱεροσολύμοις βασίλειον. καὶ τὰς μὲν παλλακὰς, αἷς ὁ υἱὸς αὐτοῦ σωμῆλαν ἀβεσαλωμος, εἰς ἄλλον μετήγαγεν οἰκίαν, πάντα προστάξας αὐταῖς χορηγεῖν τὰ ἐπιτήδεια τοὺς ἐπιμελουμένους, αὐτὸς δ' οὐκ ἐσυλησίαζεν αὐταῖς. ἀποδείκνυσι δὲ καὶ τὸν ἀμεσσὰν στρατηγὸν, καὶ τῷ τάξιν αὐτῷ ἐφ' ἧς ἰωαβος δίδωσιν. σκέλεσι δὲ στρατιὰν ὅση δύναται συναγαγόντα ἐκ τῆς ἰούδα φυλῆς, μὴ ἡμέρας τρεῖς, ὡς αὐτὸν ἐλθεῖν, ἵνα φθάσοις αὐτῷ πᾶσιν τῷ δυνάμιν, ἐκπέμψῃ πολεμήσοντα τὸν υἱὸν βοχορίου. ἐξελθόντος δὲ ἀμεσσὰ, καὶ πρὸς τῷ ἀθροισιν τῆς στρατιᾶς βραδύναντος, ὡς οὐκ ἐπανήει, τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν ἰώαβον ἔλεγεν, ὅτι εἶναι σύμφορον ἀνοχὴν τῷ σαβαῦε διδόναι. μὴ χρόνον ἐν πλείονι φθάσκῃ, μειζόνων κακῶν καὶ πραγμάτων αἴτιος ἡ ἀβεσαλωμος αὐτοῖς κατεσκήψηται. μὴ πρόφασιν τούτου ἔτι μηδὲν ἀλλὰ τὴν οὖσαν φθάλαβὼν δύναμιν, καὶ τοὺς ἑξακοσίους μὴ ἀβεσσαίου δ' ἀδελφοῦ σου, δίωκε τὸν πολέμιον. καὶ ὅπου ποτ' ἂν αὐτὸν καταλάβῃς ὄντα, πειράζῃ συμβαλεῖν. σπούδασον δ' αὐτὸν φθάσαι, μὴ πόλεις ἐχυρὰς καταλαβόμενος, ἀγῶνας ἡμῖν καὶ πολλοὺς ἰδρῶτας φθάσκάσῃ. ἰωαβος δ' οὐκ ἔτι μέλλειν ἔκρινεν. ἀλλὰ τόν τε ἀδελφὸν καὶ τοὺς ἑξακοσίους παρέλαβε, καὶ ὅση λοιπὴ δύναμις ἦν ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἔπεσθαι κελεύσας, ἐξώρμησεν ὅπη τὸν σαβαῦον. ἤδη δ' ἐν γαβαὼν, κώμῃ δ' ἐστὶν αὕτη σταδίους ἀπέχουσα τεσσαράκοντα τῶν ἱεροσολύμων, γεγυμνημένος, πολλὴν ἀμεσσὰ δύναμιν ἀγαγόντος, ἀπήντησεν αὐτῷ. ὡζωσμένος δ' μάχαιραν, καὶ θώρακα ἐνδεδυμένος ἰωαβος, προσιόντος ἀσπάσασθαι δ' ἀμεσσὰ, φιλοτέχνως τῇ μαχαίρᾳ αὐτομάτως ἐκ τῆς θήκης ἐπίησεν ἐκπεσεῖν. βαστάσας δ' αὐτὴν ὑπὸ τῆς γῆς, καὶ τῇ ἑτέρᾳ τὸν ἀμεσσὰν ἐγγὺς γενόμενον ὡς καταφιλήσων τοῦ γενείου λαβόμενος, οὐ προσεδόκμον εἰς τὴν ἀριστερὰ πλῆξας ἀπέκτεινεν, ἔργον διαπρεπέστατα μὲν παντελῶς ἀνόσιον, ἀγαθὸν

ἀγαθὸν νεανίαν συγγνώμης καὶ μηδὲν ἀδικήσαντα ζηλοτυπίας τῆς στρατηγίας καὶ τῆς παρὰ τοῦ βασιλέως εἰς αὐτὸν ἰσοτιμίας. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν καὶ τὸν Ἀβένηρον ἐφόνευσεν. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν αὐτὸς τὸ παράνομημα πρόφασις ὑπῆρξεν εὐγνώμονα ἐδοκεῖ ποιεῖν, ὁ ἀδελφὸς ἀναιτίῳ ἐκδεδικῆσθαι νομιζόμενος· ἐν δὲ Ἀμεσσᾶ φόνῳ οὐδὲν τοιοῦτον ἔσχε παράκλημα. ἀποκτείνας γὰρ τὸν στρατηγὸν, ἐδίωκε τὸν σαβαῖον καταλήψιν ἕνα τῶν νεκρῶν, βοᾶν ἐντειλάμενος πρὸς τὸν στρατιὰν, ὅτι πάθοιμεν μὲν Ἀμεσσᾶς δικαίως, καὶ μετ' αἰτίας κολαζόμενοι· εἰ δὲ φρονεῖτε τὰ τοῦ βασιλέως, ἕπεσθε αὐτῷ τοῦ στρατηγοῦ ἰσαίου, καὶ ἀβεσσαίου τοῦ τούτου ἀδελφοῦ. κράμβει δὲ σώματος ὄντι τοῦ ὁδοῦ, καὶ πάντες δὲ πολῖται ἐπ' αὐτὸ συρρέοντος, καὶ οἷα ὄχλου φιλεῖ, ἐθαύμαζον τὸ λέον ἱστάμενον, βαστάσας ἐκεῖθεν ὁ φύλαξ, καὶ κομίσας εἴς τι χωρίον ἀπωτάτω τῆς ὁδοῦ, τίθησιν αὐτὸ θήκῃ καλύπτῃ ἱματίῳ. τοῦτο γυνὴ εἶδε, πῶς ὁ λαὸς ἠκολούθησε τοῦ ἰωάβου. διώξαντι δὲ αὐτῷ διὰ πίσσης τῆς ἰσραηλίτιδος χώρας τὸν σαβαῖον, δηλοῖ τις ἐν ἰσχυρᾷ πόλει τυγχάνειν αὐτὸν Ἀβελμαχέα λεγομένην. πορευόμενος δὲ ἐκεῖ, καὶ τῇ στρατιᾷ περικαθίσας τὴν πόλιν, καὶ χάρακωμα περὶ αὐτὴν ἡρέμενος, χαρύσσει ἐκέλευσε τοῖς στρατιώταις τὸ τεῖχος, καὶ καταβάλλειν αὐτό. μὴ δεξαμένων γὰρ αὐτὸν τῶν ἐν τῇ πόλει, χαλεπῶς πρὸς αὐτοὺς διέκειτο. γύναιον δέ τι σώφρον καὶ σοφὸν, ἐπεὶ ἐκ τάχους ἤδη τὴν πατρίδα κινδύνῳ μεγάλῳ ὁρᾷ, ἀναβαῖνον ἐπὶ τὸ τεῖχος, προσκαλεῖται διὰ τῶν ἐπαλξεων τὸν ἰωάβον. προσελθόντι δὲ ἤρξατο λέγειν. ὡς ὁ θεὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς στρατηγοὺς ἀποδείξειεν, ἵνα τοὺς πολεμίους τοὺς ἑβραίων ἐξάρωσι καὶ παρέχωσιν αὐτοῖς εἰρήνην ἁπάντων. σὺ δὲ ἀπολέσαι μητρόπολιν ἰσραηλιτῶν καταβαλεῖν καὶ πορθῆσαι, μηδὲν ἐξαμαρτοῦσαν. ἐὰν δὲ ἵλεως μὲν εὐχεται τὸν θεὸν αὐτῶν ἀφεθῆναι. αὐτὸς δὲ ἄτως ἔχειν εἶπεν, ὡς μηδένα τοῦ λαοῦ φονεῦσαι, ἀλλ' ὅτι πόλιν ἐξελεῖν βούλεται τηλικαύτην. λαβὼν μὲν τοι παρ' αὐτῶν τὸν ἀνταίροντα τῷ βασιλεῖ πρὸς τιμωρίαν σαβᾶν υἱὸν Βοχορέχ, παύσασθαι τῆς πολιορκίας καὶ τὴν στρατιὰν ἀπάξειν. ὡς δὲ ἤκουσεν ἡ γυνὴ τοῦτο τοῦ ἰωάβου, μικρὸν ἀπισχεῖν δεηθεῖσα, τῷ μὲν κεφαλῇ Ἰοὺς αὐτῷ ῥιφθησεσθαι τοῦ πολεμίου, καταβαίνει πρὸς τοὺς πολίτας, καὶ βούλεται, εἰπούσα, κακοὶ κακῶς μὴ τέκνων ἀπολέσθαι καὶ γυναικῶν ὑπὲρ ἀνθρώπου πονηροῦ καὶ μηδὲ τίς ἐστι γνώριμος, καὶ τοῦτον ἔχθιστον αὐτοῖς δαβίδου τοσαῦτ' εὐεργετήσαντος ὑμᾶς βασιλέως, καὶ πρὸς δύναμιν τοσαύτην καὶ τηλικαύτην ἀντιτεῖναι μίαν πόλιν, πεῖσαι, τῷ κεφαλῇ ἀποτεμόντας τοῦ σαβαίου, ῥίψαι ταύτῃ εἰς τὸ ἰωάβου στράτευμα. τοῦτο γυνὴ σημάνας ἀνακλητικὸν ὁ δὲ βασιλέως στρατηγὸς, ἔλυσε τὴν πολιορκίαν. καὶ παραγενόμενος εἰς ἱεροσόλυμα, πάντας ἀποδείκνυσι πάλιν τοῦ λαοῦ στρατηγούς. καθίστησι γὰρ βαναίαν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῶν σωματοφυλάκων καὶ τῶν ἑξακοσίων, ἀφ' ὁμοίου δὲ ἐπέστησεν ἐπὶ τῶν φόρων, καὶ σαβᾶην καὶ ἀχίλαον, ἐπὶ τῶν ὑπομνηματογράφων, σουσὰν γραμματέα, σάδωκον καὶ ἀβιάθαρον, ἀπέφηνεν ἱερεῖς, μετὰ γὰρ ταῦτα τὴν χώραν λιμὸς διεφθόρησε, ἱκέτευσε δαβίδης τὸν θεὸν, ἐλεῆσαι τὸν λαὸν, καὶ τίνι αἰτίαν αὐτῷ καὶ τὴν ἰασιν φανερὰν ποιῆσαι τοῦς. τῶν δὲ προφητῶν ἁπάντων βούλεται τὸν θεὸν ἐπιδεῖξαι τυχεῖν τοὺς γαβαωνίτας, οὓς σαοὺλ ὁ βασιλεὺς ἀποκτείνας ἠσέβησεν ἐξαπατήσας,

A quod bonum & cognatum juvenem immerentem propter æmulationem summæ præfecturæ & regiæ gratiæ sustulit. Hac enim de causa jamante Abeneri quoque eadem perpetraverat. Sed illud facinus propter honestum prætextum fraternæ ultionis dignius venia videbatur: in Amasæ vero cæde nihil tale habuit quod prætenderet. Cæso autem imperatore, pergebat ad Sabæum debellandum, uno relicto apud
B cadaver. hunc jussit proclamare ad exercitum, Amasam jure cæsum meritas pœnas dedisse: qui vero partes regis foverent, Joabum & fratrem Abisæum ejus duces sequi debere. Jacente vero in via corpore, & tota multitudine ad id confluente, & ut fieri solet cum admiratione circumstante, custos translatum illud in villam quandam longe à via remotam deposuit, & veste
C contexit: quo facto, omnes Joabum sunt secuti. Is quum per totam Israeliticam regionem Sabæum esset persecutus, indicio cujusdam cognovit, eum esse in munita quadam urbe, nomine Abelmachea. quæ obsessa & circumvallata, jubet militem muros ejus suffodere & evertere: valde enim irascebatur, quod portas ei clausissent. Mulier autem quædam honesta & prudens,
D videns patriam in extremo periculo, consensis mœnibus Joabum per milites ad colloquium evocat. qui postquam processit: Deus, inquit, reges & imperatores creat, ut deletis Hebræorum hostibus in pace Israelitas contineant: tu vero nulla in re læsus, primariam Israelitarum urbem expugnatum venisti. Tum ille abominatus ejus verba, & meliorem sibi mentem precatus, negavit se vel unum è plebe occisum cu-
E pere, tantum abesse, ut urbem tam egregiam excisam velit: & si ad supplicium dedatur Sabæus Bochoriæ filius, regi rebellis, omissa oppugnatione, confestim se deinde exercitum abducturum. His auditis, mulier Joabum rogat, ut paulisper sustineat, pollicita illi caput hostis statim è mœnibus dejiciendum: mox que ad cives reversa: Vultis, inquit, mali male perire cum
F liberis ac conjugibus propter hominem malum & ignotum, eumque pro Davide, cujus tanta in vos extant beneficia, regnare, & unam hanc urbem tam valido exercitui resistere? Quibus rebus persuasi, præciso capite Sabæi, ad milites Joabi hoc dejiciunt: confestimque signo receptui dato, dux obsidionem solvit: & Hierosolyma reversus denuo universis copiis imperator
G præficitur. Banajas quoque satellitibus & sexcentorum cohorti à rege præponitur, Adoramus quæstor tributis recipiendis constituitur. Sabathes & Achilaus Commentariensium sunt principes. Susa scribis præpositus pontificatus quoque Sadoco & Abiatharo manet.

Post hæc fame regionem premente, rex supplex à Deo petiit, ut populum miseratus causam atque remedium tanti mali ostendere dignaretur. Responsum est per prophetas, postula- *2. Reg 21.*

XII.

re Deum, ut Gabaonitæ vindicentur, quos Saulus rex deceptos præter jus & fas interfecerat,

& jusjurandum, qvod illis olim Jesus imperator & senatus juraverat, violaverat. Qvamobrem si Gabaonitis pro cæsis civibus pœnas, qvas ipsi voluerint, exigere permittat rex, fore, ut placatus Deus populum è præsenti calamitate eximat. qvod posteaqvam ex prophetarum relatione compertum est, accitis Gabaonitis, percontatus est, qvid à se peterent: qui cum septem è Sauli progenie deposcerent ad supplicium, rex perqvisitos eis tradidit, Memphibostho tamen Jonathæ filio parcens. his acceptis Gabaonitæ, ut libitum est, in eos animadverterunt: confestimqve pluente Deo, terra, posito sqvalore, ad pristinam felicitatem rediit, populusqve copia rerum, ut ante, fruebatur. Aliqvanto post rex bello Palæstinos adortus, & prælio cum eis congressus, dum victos avidius perseqvitur, ultra cæteros solus est longius provectus. hunc jam lassulum conspicit Acmon, filius Araphi, unus è gigantum sobole, indutus loricam circulis consertam, & lanceam gerens trecentos siclos pendentem, accinctusqve gladio: & conversus è fuga haud dubie confeciſſet regem, ni Abisæus Joabi frater repente superveniens eum protexisset jam prostratum, & hostem trucidasset. quo regis periculo graviter commotus est exercitus, & duces jurejurando eum devinxerunt, ne in posterum cũ aliis interesset prælio, ne si propter fortitudinem & audaciam humanam aliquid ei contingeret, populus ea felicitate, qvam ex ipsius administratione percipiebat, orbaretur. Cumqve post hanc pugnam Palæstini ad Gazam urbem convenissent, rex quamprimum hoc cognovit, exercitum contra eos confestim ire jussit, in hac expeditione egregiam laudem ob præclara facinora edita meruit Sobacchis Chettæus, unus è fortissimis Davidis militibus. complures enim, qui se de gigantum genere jactabant, & viribus eximiis insolescebant, orco tradidit, præcipuus autor victoriæ, qvam tunc Hebræus de hoste reportavit. Redintegrantibusqve bellum Palæstinis, & novo exercitu in eos misso à rege, optime se gessit Nephanus cognatus ipsius. singulari enim certamine cum fortissimo Palæstinorum congressus, occiso illo, effecit, ut reliqui terga verterent: multiq; hostium in ea pugna sunt desiderati. Nec ita multo post rursum castra metati sunt ad qvoddã oppidum non procul Hebræorum finibus: fuitq; in eo exercitu vir statura cubitorum sex: cui seni digiti erant in manibus ac pedibus. Huic ex regis exercitu Jonathas Samæ filius solus se opposuit, stratoq; adversario, maximũ momentum ad victoriam attulit, & ipse fortissimi viri laudẽ retulit. nam & hic barbarus oriundũ se à gigantibus jactabat. Hoc prælium cum gente fuit ultimum, non ausa postea se contra Israelitas movere. Cæterum David perfunctus jam bellis ac periculis, & in altissima pace degens, vario genere carminum odas & hymnos in honorem Dei composuit, partim trimetro versu, partim pentametro: instrumentisqve musicis comparatis, docuit Levitas ad pulsum eorum laudes Dei decantare, tam sabbatis diebus, qvam in cæteris festivita-

2. Reg. 22.

καὶ τὰς ὅρκους αὐτοῖς, ὃς ὁ στρατηγὸς ἰησοῦς ὤμοσε καὶ ἡ γερουσία μὴ φυλάξας. ἐὰν τοίνυν δίκαιον ᾖ αὐτὸν ἀλλεῖν οἱ γαβαωνῖται λαβεῖν ὑπὲρ τῶν ἀνηρημένων τούτων αὐτοῖς ὧν ἄρχει, ἀμύνασθαι, καὶ τὸν ἔχλον ἀπαλλάξειν τῶν κακῶν ἐπηγγέλλετο. ὡς οὖν ταῦτα ᾤδη τῶν προφητῶν ἔμαθεν ἀπιζητῶν τὸν θεὸν, μεταπεμπεται τοὺς γαβαωνίτας, καὶ τίνων βούλονται τυχεῖν, ἐπηρώτα. τοὶ δ' οὐκ ἤθελον ἐξ αὐλοῦ τῶν γαβαωνίτων ἐπὶ παῖδας ἀξιωσάντων σφῶν τιμωρίαν, ὁ βασιλεὺς ἀναζητήσας, παρέδωκεν αὐτοῖς, μεμφιβόσθου φεισαμένου διὰ ἰωνάθαν παιδός. ὡς δ' ἔλαβον οἱ γαβαωνῖται, τοὺς ἄνδρας ὡς ἐβούλοντο ἐκόλασαν. ἤρξατο δ' ὕβρις παροξῦναι ὁ θεὸς, καὶ τὴν γῆν σφῶν γονὴν καρπῶν ἀναλεῖν ἀπολύσας δ' ὕστερον αὐχμοῦ, καὶ πάλιν εὐθήνησεν ἡ τῶν ἑβραίων χώρα. στρατεύει δ' μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὁ βασιλεὺς ἐπὶ παλαιστίνους, καὶ σωσάμενος μάχῃ αὐτοῖς, καὶ τρεψάμενος, ἐμονώθη διώκων. καὶ γιγόμενος ἔκλυτος, ὕφθη ὑπό τινος τῶν πολεμίων, ἀχμαίων μὲν τοὔνομα, δράφα δὲ παῖδος. ἔτυχε δὲ μὲν ἐπόπλου τῶν γιγάντων. ἔχων δὲ καὶ ξυστὸν, ὃ τὴν λαβὴν σιδήρειον εἶναι συνέβαινεν, τριακοσίους σίκλους, ἢ θώρακα ἀλυσιδωτὸν, ἢ ῥομφαίαν, ὥρμησεν ἐπισφαγεὶς ὡς ἀποκτενῶν τὸν τῶν πολεμίων βασιλέα, παρεστὼς δὲ ὑπὸ κόπου. ἐπιφανεὶς δ' ἐξαίφνης ἀβεσσαῖος ἰωάβου ἀδελφὸς, τὸν βασιλέα μὲν ὑπεξήσωσε θεῖσας κείμενον, ἀπέκτεινε δὲ τὸν πολέμιον. λύπην δ' ἐπὶ τῷ παρ' ὀλίγον κινδυνεῦσαι τὸν βασιλέα χαλεπῶς τὸ πλῆθος, ἡ οἱ ἡγεμόνες ὤρκωσαν αὐτὸν μηκέτι εἰς μάχην ἀπαντήσαι σὺν αὐτοῖς, μὴ δ' ἀνδρείαν καὶ θρασυμίαν παθών τι τῶν δεινῶν, στερήσῃ τὸν λαὸν τῶν δ' αὐτὸν ἀγαθῶν, ὅσα τε ἤδη παρέσχηκε, καὶ ὅσων ἔτι μεθέξουσι πολὺν βιώσαντος χρόνον. συνελθόντων δὲ τῶν παλαιστινῶν εἰς γαζάραν πόλιν, ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἔπεμψεν ἐπ' αὐτοὺς στρατιάν. ἡγήσατο δὲ τότε καὶ σφόδρα εὐδοκίμησεν σεβαχὶς ὁ χεθταῖος, εἷς τῶν περὶ δαβίδην ἀνδρειοτάτων. ἀπέκτεινε γὰρ πολλοὺς τῶν αὐχούντων γεγόνεναι τοὺς γίγαντας, καὶ μέγα ἐπ' ἀνδρείᾳ φρονούντων, ἄχρις τε τὴν νίκης τοῖς ἑβραίοις ἐγένετο. καὶ μετ' ἐκεῖνον τὴν ἡμέραν, πάλιν ἐπολέμησαν οἱ παλαιστῖνοι, καὶ στρατιὰν ἐπ' αὐτοὺς δαβίδου πέμψαντος, ἡγήσατο νεφαὶ ὁ συγγνώμης αὐτῷ. μονομαχήσας γὰρ τῶν πάντων ἀνδρειοτάτῳ τῶν παλαιστινῶν ἀπέκτεινεν αὐτὸν, καὶ τοὺς ἄλλους εἰς φυγὴν ἔτρεψε. πολλοί τε αὐτῶν ἀπέθνησκον μαχόμενοι διαλιπόντες δ' ὀλίγον χρόνον, ἐστρατοπέδευσαν περὶ τὴν πόλιν τῶν ὁρῶν τὰ ἑβραίων χώρας ὄντα. ἄπωθεν. ἦν δ' αὐτοῖς ἀνὴρ, τὸ μὲν ὕψος ἐξ πηχῶν δακτύλους δ' ἐν ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν, ἓνὶ πλείοσιν ἔχει τὰ κατὰ φύσιν. ὀκτὼ οὖν πεμφθέντος ἐπ' αὐτοὺς ὑπὸ δαβίδου στρατιᾶς, τούτῳ μονομαχεῖ ἰωνάθης ὁ σαμαᾶ υἱός. ἀνεῖλέτε αὐτὸν, καὶ τῆς ὅλης νίκης ῥοπὴ γενόμενος, δόξαν ἀρίστεια ἀπηνέγκατο. καὶ ἦν γὰρ ὁ παλαιστῖνος ἡυχὴ τῶν γιγάντων ἀπόγονος εἶναι. μιᾷ δὲ ταύτῃ τῇ μάχῃ, οὐκ ἐπὶ τοῖς ἰσραηλίταις ἐπολέμησαν. ἀπηλλαγμένου δ' ἤδη πολέμου ὁ δαβίδης καὶ κινδύνων, ἐς βαθείας ἀπολαύσεων τὸ λοιπὸν εἰρήνης, ὠδὰς εἰς τὸν θεὸν καὶ ὕμνους συνετάξατο, μέτρα ποικίλα. τὰς μὲν γὰρ τριμέτρους, τὰς δὲ πενταμέτρους ἐποίησεν. ὀργανά τε κατασκευάσας ἐδίδαξε περὶ αὐτὰ τοὺς λευίτας ὑμνεῖν τὸν θεὸν, κατὰ

καὶ πεττῶν παλαιμάτων συβάτων ἡμέραν, καὶ κιθάρας
ἄλλας ἑορτάς. ἡ δὲ τῶν ὀργάνων ἐστὶν ἰδέα τοιαύτη τις τὸν
τρόπον. ἡ μὲν κινύρα, δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτε-
ται πλήκτρῳ. ἡ δὲ νάβλα, δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς
δακτύλοις κρούε-ται. κύμβαλά τε λεπτὰ πλατέα καὶ μεγάλα
χάλκεα. καὶ τοιοῦτον μὲν τούτων ὅπως τις ἂν ἡμῖν ὡς τε μὴ
τελέως ἀγνοεῖν τὰ τῶν προειρημένων ὀργάνων φύσιν, ἀρ-
κούντως λέλεκται. τοῦ δὲ βασιλέως πάντες ἦσαν οἱ ὧδε
αὐτοῦ ἀνδρεῖοι. τούτων δὲ οἱ διασημότατοι καὶ λαμπροὶ
τὰς πράξεις, ἐκτὸς καὶ τριάκοντα. ὧν πέντε μόνον διηγή-
σομαι τὰ ἔργα. φανερὰς γὰρ καὶ τὰς τῶν ἄλλων ἀρετὰς ἀρ-
κέσειν ἔτι ποιῆσαι. δύνατοι γὰρ ἦσαν ἔτι καὶ χώρας
ἐκπολιορκῆσαι καὶ μεγάλων ἐθνῶν κρατῆσαι. πρῶτος μὲν
οὖν, Ἰσσαμος υἱὸς Ἀχεμαεῖ. ὃς πολλάκις εἰς τὸν πα-
ράταξιν ἐμπεσὼν τῶν πολεμίων, οὐ πρὶν ἀνεπαύετο μα-
χόμενος, πρὶν ἐννακοσίους αὐτῶν κατέβαλε. μετ' αὐτὸν
τὸν ἐλεάζαρος υἱὸς Δωδέου, ὃς ἦν μετὰ βασιλέως ἐν
Ἀρασάμῳ. ἔτος ποτὲ, τῶν ἰσραηλιτῶν καταπεπλαγμένων
τὸ πλῆθος τῶν παλαιστινῶν καὶ φθεγόντων, μόνος ἔ-
μεινε. καὶ συμπεσὼν τοῖς πολεμίοις, ἀπέκτεινεν αὐτῶν
πολλούς, ὡς καὶ τὸ ξίφος αἵματος κολληθῆναι τῇ
ῥομφαίᾳ αὐτοῦ τῇ δεξιᾷ, καὶ τοὺς ἰσραηλίτας ἰδόντας
πεφευγότας ὑπὸ αὐτοῦ παλαιστίνους, καταβαίνειν διώ-
κειν, καὶ θαυμασίην καὶ λαμπρὰν τότε νίκην ἄραντα, τὸ
μὲν ἐλεάζαρον κτείνοντος ἐπομένους ἤδη δὲ πλήθους καὶ
σκυλεύοντος τοὺς ἀναιρεθέντας. τρίτος ἦν Ἰλεῖ, ἐπὶ μὲν
υἱὸς, σεβᾶς ὄνομα. καὶ ἔστιν ἐν τοῖς πρὸς παλαιστίνους
ἀγῶσιν, εἰς τόπον σιαγόνα λεγόμενον αὐτῷ διαταχθέν-
των, ὡς οἱ ἑβραῖοι πάλιν τὸν δύναμιν φοβηθέντες ἐκ
τόπου, ὑπέστη μόνος ὡς στρατεύμα καὶ τάξις, καὶ τοὺς
μὲν αὐτοῦ κατέβαλεν, τοὺς δὲ ὑποστρέψαντας αὐτοῦ τὴν
ὁρμὴν καὶ τὴν βίαν, ἀλλ' εἰς φυγὴν ἀποστραφέντας ἐδίω-
ξεν. ταῦτα μὲν ἔργα χειρῶν, καὶ μάχης οἱ τρεῖς ἐπεδείξαντο. καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἐν ἱεροσολύμοις ὄντος τοῦ βα-
σιλέως, ἐπῆλθεν ἡ τῶν παλαιστίνων δύναμις πολεμήσουσα,
δαβίδης μὲν ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἀνῆλθεν ὡς προειρη-
καμεν, πόθου μὲν τοῦ θεοῦ τοῦ πολέμου. τῆς δὲ τῶν
ἐχθρῶν παρεμβολῆς ἐν τῇ κοιλάδι κειμένης, ἡ μέχρι
πόλεως βηθλεὲμ διατείνει, σταδίοις ἱεροσολύμων ἀπέ-
χουσης ἑκατόν, ὁ δαβίδης τοῖς ἑταίροις, καλὸν ὕδωρ ἔπιεν
ἐχόμενον ἐν τῇ πατρίδι μου, καὶ μάλιστα τὸ πρὸς τῷ
λάκκῳ τῷ πρὸς τῇ πύλῃ, θαυμάζων, εἴ τις ἐξ αὐτοῦ
πιεῖν αὐτῷ κομίσαι, μᾶλλον ἐτέλησεν, ἢ εἰ πολλὰ χρή-
ματα δίδοιτο. ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ τρεῖς ἄνδρες ἔτι,
θαρρήματα σκληρότερα, καὶ διὰ μέσου τῶν πολεμί-
ων ὁρμήσαντες στρατοπέδου, ἦλθον εἰς βηθλεὲμ, καὶ τοῦ
ὕδατος ἀρυσάμενοι, πάλιν διὰ τῆς παρεμβολῆς ὑπέ-
στρεψαν πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς τοὺς παλαιστίνους καταπε-
πλαγμένους αὐτῶν τὸ θράσος καὶ τὴν ὀλιγοψυχίαν, ἠρεμῆσαι,
καὶ μηδὲν ἐπ' αὐτοὺς τολμῆσαι καταφρονήσαντας τῆς ὀλι-
γότητος. κομισθέντος δὲ ὕδατος οὐκ ἔπιεν ὁ βασι-
λεὺς, κινδύνου καὶ αἵματα φήσας ἀνθρώπων αὐτὸ κεκο-
μικέναι καὶ διὰ τοῦτο μὴ προσήκειν αὐτὸ πιεῖν. ἔσπεισε δὲ ἀπ'
αὐτοῦ τῷ θεῷ, καὶ πρὸς τῆς σωτηρίας τῶν ἀνδρῶν εὐχα-
ριστήσας αὐτῷ. μετὰ τούτους δὲ ἰωάδαε ἀδελφὸς ἀβεσ-
σαῖος, καὶ δὲ ἔστιν μιᾶ ἡμέρᾳ τῶν πολεμίων ἑξακοσί-
ους ἀπέκτεινεν. πέμπτος βαναίας, ὁ ἱερεὺς τῷ θεῷ. προ-
κληθεὶς δὲ τὰ ἀδελφῶν διασήμων ἐν τῇ μωαβίτιδι
χώρᾳ κατὰ δρεττὸν ἐκράτησεν αὐτῶν. καὶ πάλιν αὐ-
τὸν ἄνδρος αἰγυπτίου τὸ μῆκος, θαυμαστὸν τὸ μέγε-
θος, προκαλεσαμένου, γυμνὸς ὁπλισμένου τῷ δό-
ρατι, τὸ σκῆπτρον λαβὼν ἀπέκτεινε. προελόμενος δὲ
αὐτὸν ἄοντα καὶ ζῶντα ἔτι καὶ μαχόμενον σκυλεύσας, τοῖς ἰδίοις αὐτὸν ὅπλοις διεχρήσατο.

tibus. ſpecies autem inſtrumentorum hæc fuêre: cinnyra decem chordis intenditur, & plectro pulſatur: nabla duodecim ſonos continet, ſed digitis carpitur: cumq; his aderant & cymbala ærea, bene magna atq; lata: qvod qvidem ſane de prædictorum inſtrumentorum natura, ne prorſus ignorentur, dixiſſe ſufficit. Porro rex fortiſſimos viros circa ſe habuit, ſed maxime inſignes præclaris facinoribus, XXXVIII. qvorũ qviniq; tantum virtutem commemorabo. facilis ex his de reliqvis conjectura. tales enim erant hi qvi poſſent vel regiones ſubigere, vel magnas gentes debellare. Primus Iſſæmus filius Achemæi, qvi non ſemel in aciem hoſtium irruens non prius à cæde abſtitit, qvam nongentos occideret. Poſt hunc Eleazarus filius Dodejæ, qvi fuit cum rege in Araſamo. hic in qvodam prælio, Iſraelitis multitudine hoſtium territis & in fugã verſis, ſolus locum ſuum non deſeruit: & congreſſus cum hoſtibus multos interfecit, adeo ut cruore gladius ejus ad dexteram adglutinaretur: qvo viſo, reverſi in prælium Iſraelitæ cedentem jam hoſtem urgendo admirandam ac celebratam victoriam retulerunt, Eleazaro ſternente, vulgo vero militum proſtratos ſpoliante. Tertius erat Ili filius Sebas. hic qvoqve, cum bello Palæſtino, in loco qvi Maxilla dicitur, acies ex adverſo conſtitiſſent, Hebræiqve rurſum territi loco cederent, ſolus in aciei vicem hoſti ſe oppoſuit: & non paucis letho datis, reliqvos impreſſionem ejus non ſuſtinentes, & in fugam effuſos inſectatus eſt. Hæc fuerunt facinora, qvæ hi tres in præliis ediderunt. Eo vero tempore, qvo, rege Hieroſolymis agente, Palæſtinorum exercitus usqve ad urbem acceſſit, & dum ille conſulturus Deum de bello, arcem aſcendit, in ea valle caſtra metatus eſt, qvæ XX. ſtadiorum ſpacio usqve Bethlema pertinet: dicente ad amicos: O qvam bonam aqvam habemus in patria mea, maximæ in ciſterna portæ vicina: ô ſi qvis eam mihi afferret, id certe mallem qvam multum argenti accipere: tres iſti, his auditis, eveſtigio excurrerunt, & cum per media hoſtiũ caſtra Bethlema perveniſſent, hauſta aqva, per eandem viam ad regem ſunt reverſi, attonitis audacia tanta barbaris, nec auſis paucitatem eorum contemnere. eam aqvã rex bibere noluit, dicens periculo ſangvinis emptam, & ob hoc ſibi non convenire: ſed Deo inde libavit, gratias agens pro virorum incolumitate. Poſt hos erat Joabi frater Abiſæus, qui una die ſexcẽtos hoſtes interemit. Qvintus Banajas, genere ſacerdos, hic provocatus à duob. fratrib. virtute inter Moabitas illuſtribus, utrumq; confecit. Rurſum ex provocatione cum miræ ſtaturæ Ægyptio certans, inermis cum armato, haſta ex ipſius manib. extorta hominem confodit: qvo inſignior fuit victoria, qvod adhuc viventi ademptis armis, prius eum ſpoliavit, mox propriis armis occidit. Eſt & aliud ejus facinus, qvod jam dictis, qvantum ad animoſitatem vel præferri poteſt, vel certe conferri. Qvum enim ningeret, leo in

qvendam puteum illapsus est: cujus os, qvod A angustum esset, videbat brevi fore, ut id nivibus oppleretur: atqve ita desperato exitu & salute, rugire occœpit. Banajas autem forte fortuna iter faciens, accurrit ad rugitum bestiæ: & cum descendisset in puteum, repugnantem ictu baculi, qvem gerebat, exanimavit. nec deteriores virtute fuerunt reliqvi triginta tres. Cæterum,

XIII. David volens cognoscere, qvantus millium nu- B
2. Reg. 24. merus recenseri posset in populo, oblitus præceptorum Moysis, qvi prædixerat, qvoties censeretur populus in singula ejus capita, pendendum Deo semisiclum, jussit Joabum imperatorem, ut iret ad censum peragendum. qvo excusante, nihil opus esse, nihil motus coegit sine mora ad imperata exeqvenda proficisci. Joabus autem, assumptis ad hoc negocium principibus tribuum & scribis, obita tota Israelitarum regi- C one, & cognito, qvanta esset populi multitudo, post novem menses & viginti dies Hierosolyma reversus ad regem numerum ei populi reddidit, absqve tribu Benjamitica, qvam nondum ad censum vocaverat, sicut nec Leviticam. Rex enim interim pœnituit, agnoscens in Deum se peccasse. Erat autem reliqvorum Israelitarum numerus nongenta millia, duntaxat eorum, qvi D ad militiam essent idonei. In Judæ vero tribu qvadringenta millia censebantur. Prophetis deinde referentibus ad Davidem, qvod Deum offendisset, supplex orare cœpit, ut propitius redditus facti hujus daret veniam. Qvi exoratus Gadum prophetam ad eum misit, tres optiones offerentem, ut ex his, qvam mallet, eligeret, aut famem per septennium duraturam, aut bel- E lum per tres menses iniqvo Marte cum hoste gerendum, aut pestilentiam per triduum inter Hebræos sævituram. Illo vero hærente ac turbato propter difficilem inter hæc mala electionem, & propheta urgente ad celerem responsionem, ut Deo renunciare posset: rex cogitans, qvod si famem peteret, sui magis qvam aliorum rationem habuisse videri posset: quandoqvidem ipsi nihil periculi esset multum frumenti in horreis ha- F benti, illis non item: qvod si per tres menses ab hoste vinci elegisset, sic qvoqve sibi consuluisse, qui arces & fortissimam circa se cohortem haberet: optavit malum regnantibus æqve ac regnatis commune, in qvo omnibus par metus imminet: præfatus melius esse incidere in manus Dei, qvam in manus hostium. Hæc ita, ut audivit, propheta Deo renunciante, pestilentia in He- G bræos ingruit, ita ut variis modis absumerentur, nec facile esset morbum cognoscere. Mors enim una erat, sed plurimis & incompertis causis homines rapiebat, alius enim post alium efferebatur, & clanculum obrepens malum celeriter exitium afferebat. qvidam enim repente cum vehementi dolore, & amaro cruciatu animam exhalabant. alii paulo lentiore vexati malo ne curationem qvidem ferre poterant, sed inter officia medicorum expirabāt. alii subito tenebris ob oculos obortis, ceu præfocati exanimabantur.

προσαπειλήσας δ' ἂν τις αὐτὸν ἢ ὅτι τοῖς πολεμίοις παραδοθήσεται, ἢ ὡς πρῶτον αὐτῶν κατ' ὀψιγάμιαν, ἢ ὡς ὅμοιον. νιφόντος γὰρ θεοῦ, λέων εἰς τινα λάκκον ὀλισθὼν ἐνέπεσε. σενοδ' ὄντος θέρους, θηλυς ἀρὴν φανεὶς ἐσπίπτει, ἐμφερόμενος αὐτῷ τῇ χιόνι. πόρρωθεν οὖν ἀδένα βλέπων ἔξοδον καὶ σωτηρίαν, ἐβόησε. θεὸς ἥρως ἀκέσαιο ὁ Βαναίας, ὥδε γὰρ τότε, καὶ πρὸς τὴν βολὴν ἐλθών, καταβὰς εἰς τὸ στόμιον, παλήξας αὐτὸ μαχόμενον τῷ μὴ χεῖρας ξύλῳ, ὡς δὲ χερὶ μάχεσθαι ἀπέκτεινε. καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τριάκοντα τρεῖς, τοιοῦτοι τὰς ἀρετὰς ὑπῆρχον. ὁ δὲ βασιλεὺς Δαβίδης, βουλόμενος γνῶναι πόσαι μυριάδες εἰσὶ τοῦ λαοῦ, τὴν μωϋσέως ἐντολῶν σκοπούμενος, ὃς προεῖπεν, ἐὰν ἐξαριθμηθῇ τὸ πλῆθος, ὑπὲρ ἑκάστης κεφαλῆς αὐτοῦ τῷ θεῷ τελέσθω ἡμίσικλον, προσέταξεν Ἰωάβῳ τῷ στρατηγῷ, παραθεὶς πάντα τὸν ὄχλον ἐξαριθμῆσαι. ἔδοξε δὲ τοῦτ' ἀναγκαῖον εἶναι φήσαντος θεοῦ ποιῆσαι, τοῦτο ἐπειδὴ, προσέταξε μηδὲν μελλήσαντι, βαδίζειν διὰ πάσης τῶν ἐξαριθμησιν τῶν Ἑβραίων. Ἰωάβος δὲ, τοὺς ἄρχοντας τῶν φυλῶν προσκαλεσάμενος γραμματεῖς, διπλῶν τὴν Ἰσραηλιτῶν χώραν, καὶ τὸ πλῆθος ὅσον ἐστὶ καταμηνύσας, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν βασιλέα, μὴ μείωσιν ἐνέα καὶ ἡμέρας εἴκοσι. καὶ τὸν ἀριθμὸν ἀπέδωκε τῷ βασιλεῖ δὲ λαοῦ, χωρὶς τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς, ἐξαριθμήσας γὰρ αὐτὴν οὐκ ἐφθασεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν λευιτῶν φυλήν. μετενόησε γὰρ ὁ βασιλεὺς εἰς τὸν θεὸν ἁμαρτών. ἦν δὲ τῶν ἄλλων Ἰσραηλιτῶν ἀριθμὸς ἐνενήκοντα μυριάδες, ὅπλα βαστάζειν ἐδραστικὸν δυναμένων. ἡ δὲ Ἰούδα φυλὴ, καθ' ἑαυτὴν πεντακοσιάκοντα μυριάδες ἦσαν. τῶν δὲ προφητῶν δηλωσάντων τῷ Δαβίδῃ ὅτι δι' ὀργῆς ἐστιν αὐτῷ ὁ θεὸς, ἱκετεύειν ἤρξατο καὶ παρακαλεῖν εὐμοιρεῖν γένεσθαι καὶ συγγινώσκειν ἡμαρτηκότι. χαδὸν δὲ τὸν προφήτην ἔπεμψεν ὁ θεὸς πρὸς αὐτὸν, τρεῖς αἱρέσεις κομίζοντα, ὅπως ἐκλέξηται τούτων ἓν ἂν δοκιμάσῃ, πότερον λιμὸν ψευδῆ ἐπὶ τῇ χώρᾳ διὰ ἔτη ἑπτά. ἢ τρεῖς μῆνας πολεμίους, ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἡττηθῆναι. ἢ λοιμὸν ἐνσκῆψαι καὶ νόσον διὰ τρεῖς ἡμέρας τοῖς Ἑβραίοις. ὁ δὲ εἰς ἀμηχάνων ἐκλογὴν μεγάλων κακῶν ἐμπεσὼν, ἐλιποψύχησε, καὶ σφόδρα ἦν συγκεχυμένος. ἔδοξε δὲ τῷ προφήτῃ, ὅτε δεῖν ἐξ ἀνάγκης ψευδῆ φήσαντος θεοῦ, καὶ κελεύσαντος ἀποκλῖναι ταχέως ἵνα ἀπαγγείλῃ τὴν αἵρεσιν αὐτοῦ τῷ θεῷ, λογισάμενος ὁ βασιλεὺς, ὡς εἰ λιμὸν αἱρήσεται, ἔδοξε δι' τὸ πεπειρᾶσθαι τοῖς ἄλλοις, αὐτὸς μὲν ἀφόβως; ὅτι πολλὰ αὐτὸς ἐγκεκλεισμένον ἔχοι σῖτον, ἐκείνοις δὲ βλαβερῶς. ἂν δὲ μᾶλλον τοὺς τρεῖς μῆνας νικῶμενος αὐτοῖς, ὅτι τοὺς ἀνδρικωτάτους ἔχοι περὶ αὐτὸν καὶ φρούρημα, καὶ διὰ ὅτι μηδὲν φοβούμενος ἔλεγε τὸν πόλεμον, ἢ ἡσυχία τὸ παθεῖν κοινὸν καὶ βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἀρχομένοις, ἐν ᾧ τὸ δέον ἴσον ἁπάντων γένεσθαι πρὸς πάντων ὅτι πολὺ κρεῖττον εἰς τὰς τοῦ θεοῦ χεῖρας ἐμπεσεῖν, ἢ τὰς τῶν πολεμίων. ταῦτ' ἀκούσας ὁ προφήτης, ἀπήγγελε τῷ θεῷ. ὁ δὲ, τὸν λοιμὸν καὶ τὴν φθορὰν ἔπεμψε τοῖς Ἑβραίοις. ἀπέθνησκον δὲ ἑβδομήκοντα. ἐδόκει δὲ ὡς τε ῥᾴδιον καταπονῆσαι ψευδῆ τὴν νόσον. ἀλλὰ τὸ μὲν κακὸν, ἐν λεῷ. μυρίους δὲ αὐτοὺς αἰτίας καὶ προφάσεσιν οὐδὲ διανοῆσαι δυναμένους ἀνήρπαζεν. ἄλλος γὰρ ἐπ' ἄλλῳ διεφθείρετο. καὶ λαυθάνον ἐπερχόμενον τὸ δεινὸν, ἐξέσιον τὸ τελευτὴν ἐπέφερε. τῶν μὲν ἀφρόνως μετ' ἀλγημάτων σφοδρῶν καὶ πικρᾶς ὀδύνης τὴν ψυχὴν ἀφιέντων. ἐνίων δὲ καὶ μαραινομένων τοῖς πυρέτοις, καὶ μηδ' εἰς κλίνην καταλειπομένων, ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ καμνειν, εἰς τὸ παντελὲς δαπανωμένων.

εἰ δὲ

Qvæ postqvam consedit, Unam, inqvit, gratiam, fili, petenti mihi annue, neqve tuo renutu tristiorem facias. Respondit ille, juberet, quicquid vellet, pium enim esse, matri qvidlibet concedere: nec oportuisse eam sic præfari, ac si negaturum suspicaretur, sed certam impetrandi spem habere. tum illa rogat, ut virginem Abisacen Adoniæ fratri nuptum tradat. At rex iratus dimisit matrem, dicens Adoniam majora moliri, mirariqve se, qvod non eadem opera postularet, ut regnum ei tanqvam natu grandiori cederet, qvando Abisacæ conjugium expetat, habens amicos potentes, Joabum imperatorem copiarum & Abiatharum sacerdotem. Moxqve accito Banaja præfecto satellitum, mandavit ei, ut Adoniam fratrem interficeret. Vocato deinde Abiatharo sacerdote, Te, inqvit, supplicio eximunt tum alii labores acti cum meo patre, tum illud præcipue, qvod una cum eo arcam transtulisti. Hæc autem pœna tibi erit Adoniæ partes sequuto, ut neqve hîc maneas, neqve in conspectum meum venias: sed abi in patriam tuam, & illic ruri vive. atqve ibi usqve ad mortem dege, qvandoqvidem talia commisisti, propter qvæ indignus es, ut honoribus fruaris. Ob hanc itaqve causam ablatus est sacerdotalis honor à domo Ithamari, sicut Deus Eli prædixerat avo Abiathari, & translatus est in genus Phineesis ad Sadocum. Cæterum eo tempore qvo pontificatus in Ithamari domo fuit, post Elim primum ex ea familia pontificem, ex Phineesis gente privatam vitam egerunt hi: filius Josephi pontificis Boccias, & hujus Joathanus, Joathami vero Mareothus, & Mareothi Arophæus, Arophæi Achitobus, cujus fuit Sadocus, qvi primus, Davide regnante, pontifex est creatus. Porro Joabus imperator, audita nece Adoniæ, valde extimuit. ejus enim amicitiam magis qvam regis coluerat, & ideo non immerito male suspicans ad altare confugit, impunitatem se inde qvæsiturum existimans, propter notam regis erga Deum pietatem. Qui posteaqvam de Joabo renuntiatum est, misit Banajam, qvi citaret eum ad suum tribunal causam dicturum. Joabus autem negabat se fanum relicturum, sed ibi potius qvam alias moriturum. Hoc ejus responso per Banajam accepto, rex jussit, ut inibi caput ejus, ita ut vellet, abscideretur, & hanc pœnam lueret pro duobus imperatoribus, qvos contra omne fas ac nefas peremerat. Corpus vero sepeliri, ut peccata ejus apud posteros manerent, ipse vero ac pater innocentes essent, qvod ad Joabi mortem attinet. Banajas vero exequutus mandatum, ipse in imperium copiarum ei successit. Post hæc abrogato Abiatharo pontificatu, rex solum Sadocũ id sacerdotium obtinere voluit. Semei deinde imperavit, domo Hierosolymis extructa inibi apud se manere, interdicto Cedronis torrentis transitu: aut si secus fecerit, esse capite mulctandum. nec contentus interminatione, jurejurando hominem ad id mandatum servandum adegit.

A οὐκ ἐκέλευσεν ἕτερον ἐκ δεξιῶν τιθῆναι τῇ μητρί. καὶ
προσελθοῦσα δ' ἡ Βεθσαβῆ, μίαν, εἶπεν, ὦ παῖ, χάριν αἴτη-
μαί σε καὶ παράσχου καὶ μηδὲν ἐξαρνήσεσθαι δύσκολον
μοι ἢ σκυθρωπὸν ἀπεργάσῃ. ὁ δὲ σολομῶν θεασάμε-
νος κελεύοντος, πίστιν ὡς ὅσιον εἶναι μητρὶ παρέχειν, καὶ
τι θεσμεμψάμενος τὸ δέχεσθαι ὅτι μὴ μεθ' ἐλπίδος ἤδη
βεβαίας ἔτυχεν ὧν ἀξιοῖ πιθῇ τὸν λόγον, ἀλλ' ἄρνη-
σιν ὑφορωμένη. δοῦναι τὴν παρθένον αὐτὸν ἀδιάκλητον
ἀδωνίᾳ τῷ ἀδελφῷ θεὸς γάμον παρεκάλει. λαβὼν δὲ
θεὸς ὀργῆς ὁ βασιλεὺς τὸν λόγον, ἀποπέμπει μὲν
τιμῶ μητέρα, μείζονων δ' ἐρέσθαι πραγμάτων εἶπων
ἀδωνίαν, καὶ θαυμάζειν πῶς οὐ διαχωρήσας καὶ τῆς
βασιλείας ὡς πρεσβυτέρῳ θεδικαίει, τὸν γάμον αἰτῶ
τὸν ἀβισάκης αἰτεμῶν, φίλους ἔχοντι δυνατούς, ἰω-
άβον τὸν στρατηγὸν, καὶ ἀβιάθαρον τὸν ἱερέα. καὶ μετα-
πεμψάμενος βαναίαν τὸν ἐπὶ τ σωματοφυλάκων
ἀποκτεῖναι θεοσέταξεν αὐτῷ τὸν ἀδελφὸν ἀδωνίαν.
καλέσας δὲ τὸν ἀβιάθαρον τὸν ἱερέα, θανάτου μὲν εἶπε,
ῥύεται σε τά τε ἄλλα ὅσοι τοῦ πατρί μου συνέκαμες, καὶ
ἡ κιβωτὸς, ἣν συνῆρας αὐτῷ μετήνεγκας. ταύτην δέ σοι τὴν
τιμωρίαν ἐπιτίθημι τοῦ μὴ ἀδωνίᾳ καὶ τοῖς ἐκείνου φρονήσασι, μήτε συνοδεῦσαί, μήτε εἰς ὄψιν ἀπι-
ναῖν τῷ ἐμῷ, ἀλλ' εἰς τὸν πατρῷα παρελθεῖς,
ἐν τοῖς ἀγροῖς ζῆθι, καὶ δ' ἂν ἀρετῇ τελῶν τὸν βί-
ον, ἀμαρτῶν δὲ μηκέτι εἶναι δικαίως ἐν ἀξίᾳ. καταλυε-
ται μὲν οὖν ὑπὸ τῆς ἱεροσυλικῆς τιμῆς ὁ ἰθαμάρει οἶκος
ἀλλὰ τῷ θεοφορηθέντι αἰτίαν, καθὼς τῷ ἀβιάθαρι
προεῖπεν ὁ θεὸς ἡλί. μετῆλθε δ' εἰς τὸ φινεέσ-
σου γένος, θεὸς σιδώκην. οἱ δ' ἰδιωτεύσαντες ἐκ δὲ
φινεέσσου γένους, καθ' ὃν καιρὸν εἰς τὸν ἰθαμάρι οἶ-
κον ἡ ἀρχιερωσύνη μετῆλθεν, ἡλὶ πρῶτα ταύτην πε-
ριελαβόντος, ἦσαν δέ τοι. ὁ δὲ ἀρχιερέως ἰωσήπου υἱός,
βοκκίας. τοῦτο δ' ἰωάθαμος, ἰωάθαμος δ' μαραιώθου,
μαραιώθου δ', αροφαῖος, αροφαίου δ', ἀχιτώβου, ἀχι-
τώβου δ', σιδώκης, ὃς πρῶτος ἐπὶ δαβίδου βασιλέως ἀρ-
χιερεὺς ἐχρίετο. ἰωάβου δ' ὁ στρατηγὸς, τοῦ ἀναίρεσιν ἀ-
νῃρηκότος τοῦ ἀδωνίᾳ, θεοιδὴς ἐγένετο. φίλος δὲ οὐ τῷ αὐ-
τῷ μᾶλλον, ἢ τῷ βασιλεῖ σολομῶνι. καὶ κίνδυνον ἐκ
τούτου, ἀφ' τοῦ πρὸς ἐκεῖνον εὐνοίαν σὺν ὀλίγοις ἐπα-
νεύων, καταφεύγει μὲν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. ἀσφάλ-
αν δ' ἐνόμιζεν αὐτῷ θεῖναι ἐκ τῆς πρὸς τ θεὸν εὐσεβεί-
ας δ' βασιλέως. ὁ δ', ἀπαγγελάντων αὐτῷ τοῦ ἰωάβου
γνώμην, πέμψας βαναίαν, ἐκέλευσεν ἀναστήσαντα
αὐτ' ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἄγειν ὡς ἀπολογησόμενον. ἰω-
άβου δ' οὐκ ἔφη καταλείψειν τὸ ἱερὸν, ἀλλ' αὐτοῦ θανεῖ-
σθαι μᾶλλον ἢ ἐν ἑτέρῳ χωρίῳ. βαναίου δ' τοῦ ἀπ-
αγγείλαντος αὐτῷ τὰ βασιλέως ἀπειλοῦντος, θεοσέταξε σολο-
μὼν ἐκεῖ τοῦ κεφαλὴν αὐτοῦ ἀποτεμεῖν καθὼς βέλ-
τιον, καὶ οὕτω λαβεῖν τοῦ δίκην, ὑπὲρ τῶν δύο στρατη-
γῶν, οὓς ὁ ἰωάβου ἀνοσίως ἀπέκτεινε. θάψαι δ' αὐτοῦ
τὸ σῶμα, ὅπως τὰ μὲν ἁμαρτήματα μηδέποτε κατα-
λείπῃ τὸ γένος τὸ ἐκείνου, τῆς δ' ἰωάβου τελευτῆς, αὐτὸς
τε δ' ὁ πατὴρ ἀθῷοι τυγχάνωσι. τὴν βαναίου μὲν τε κε-
φαλὴν πεῖσαι, αὐτὸς ἀποδεικνύει στρατηγὸς πεί-
σης δ' δυνάμεως. σιδώκην δ' ποιεῖ μόνον ὁ βασιλεὺς ἐκ
τ ἀβιάθαρι τόπον ἐν μετεῖναι τε. σεμεῖ δ' ὧδε θεοσέ-
ταξεν, οἰκίαν οἰκοδομήσαντι μένειν ἐν ἱεροσολύ-
μοις αὐτῷ θεοσταθέντα, καὶ μὴ διαβαίνειν τὸν χεί-
μαῤῥον κεδρῶν ἔχειν ἐξουσίαν. ὡμολόγησε δ' τοῦ-
τῳ, θάνατον ἐσεσθαι τὸ θεόπεμπον. τῇ δ' μεγέθει τῆς
ἀπειλῆς, καὶ ὅρκους αὐτὸν θεοσηνάγκασεν ποιήσαι δ.

σεμεῖς

σεμέϊς ὃ χάριν οἷς προσέταξεν αὐτῷ σολομὼν ἔχειν φήσας καὶ ταῦτα ποιήσειν προθυμούμενος, καταλιπὼν τὴν πατρίδα, τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις ἐποιεῖτο. διελθόντων δὲ τρισὶν ἔτεσιν ἀκούσας δύο δούλους ἀποδράντας αὐτὸν ἐν γίτθῃ τυγχάνοντας, ὥρμησε δὴ τοὺς οἰκέτας. ἐπανελθὼν δὲ μετ' αὐτῶν, ὁ βασιλεὺς καθόμνυος, ὡς καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, καταφρονήσαντα, καὶ τὸ μεῖζον τὸν ὅρκον τὸν πρὸς θεὸν μηδεμίαν ποιησάμενον φροντίδα, χαλεπῶς ἤνεγκε. καὶ καλέσας αὐτὸν, ἐρωτᾷ οὐκ ὀμόσας μὴ καταλήψειν ἐμὲ, μηδὲ ἐξελεύσεσθαι ποτε ταύτης τῆς πόλεως εἰς ἄλλην; οὐκ ἂν ἀποδράσης τὴν τῆς ἐπιορκίας δίκην, ἀλλὰ καὶ ταύτης καὶ ὧν τὸν πατέρα μου κακῶς τὴν φυγὴν ὕβρισας τιμωρήσομαί σε πονηρὸν ἡγούμενον, ἵνα γνῶς ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοὶ μὴ παρ' αὐτὰ τὰ δεινὰ παθόντες, ἀλλὰ παντὶ τῷ χρόνῳ ὧν νομίζουσιν ἀδεεῖς εἶναι μηδὲν πεπονθότες, αὔξει καὶ γίνεται μείζων ἡ κόλασις αὐτοῖς, ἐὰν παρ' αὐτίκα τὴν μέλησιν ποιῶνται ἔδοσαν. καὶ σεμέϊν μὲν κελεύσεις βασάνοις ἀπέκτεινεν. ἤδη δὲ τοῦ βασιλείαν βεβαίως ἔχων ὁ σολομὼν, καὶ τῶν ἐχθρῶν κεκολασμένων, ἄγεται τοῦ φαραὼθ τὴν αἰγυπτίων βασιλέως θυγατέρα. καὶ καταστησάμενος τὰ τείχη τῶν ἱεροσολύμων, πολλῷ μείζω καὶ ἐχυρότερα τῶν πρόσθεν ὄντων, διεῖπε τὰ πράγματα λοιπὸν ἐπὶ πολλῆς ἡρεμίας. μηδ' ὑπὸ τῆς νεότητος πρός τε δικαιοσύνην καὶ φυλακὴν τῶν νόμων, καὶ μνήμην ὧν ὁ πατὴρ τελευτῶν ἐπέστειλε βλαπτόμενος. ἀλλὰ πάντ' ὄσα οἱ τῆς χρόνοις προσβεβηκότες, καὶ πρὸς τὸ φρονεῖν ἀκμάζοντες, μὴ πολλῆς ἀκριβείας ἐπιτελῶν.

A Semeis vero professus sibi gratissimum hoc regium mandatum, & juratus facturum se imperata, patria relicta, Hierosolymis domicilium habuit. Triennio dein exacto, cum audisset duos fugitivos suos apud Gittam agere, retracturus eos illuc proficiscitur. Rex autem posteaqvam intellexit eum una cum illis reversum, ægre tulit, non præscriptum modo suum contemptim habitum, sed sacramentum etiam Dei violatum. Accitoqve mox, Nonne tu, inqvit, jurasti te nunqvam me derelicturum, neqve ex hac urbe in aliam commeaturum? non evades pœnam perjurii, vir pessime, sed lues etiam illa, qvæ olim per petulantiam in patrem meum ejectum es debacchatus: ut scias, qvod nihil lucrentur nocentes, etiam si non statim post peccatum puniantur, sed per omne tempus, qvo propter impunitatem securi sibi videntur, crescit illorum pœna, qvam jamdudum sunt promeriti. atqve ita Semeim jussu regis Banajas interfecit.

Solomon autem sublatis jam inimicis, regnoqve constabilito, Pharaonis Ægyptiorum regis filiam duxit uxorem: instauratisq; Hierosolymorum mœnibus majoribus multo & munitioribus, in tranqvillissima pace Rempublicam deinde administravit, nihil impeditus juvenili ætate, qvo minus vel justitiam coleret, & leges custodiret, vel mandata, qvæ à parte morituro acceperat, exeqveretur: sed non secus ac si grandis natu esset, maturæq; jam prudentiæ, omnibus rebus diligentissime prospiciebat. II. 3. Reg. 3.

Κεφάλαιον β'.

Περὶ τῆς σοφίας σολομῶνος, καὶ τῆς συνέσεως, καὶ ὅτι πρῶτος τὸν ἐν ἱεροσολύμοις ναὸν ᾠκοδόμησεν.

CAP. II.

De sapientia Solomonis, & prudentia, & divitiis, qvodqve primus Hierosolymis templum ædificavit.

Ἔγνω δὲ εἰς χεβρῶνα πορευθεὶς ὁ σολομὼν, καὶ τὸν χαλκοῦν θυσιαστήριον κατασκευασθέντες ὑπὸ μωυσέως, θύσαι τῷ θεῷ. καὶ χίλια τὸν ἀριθμὸν ὁλοκαυτώσεν ἱερεῖα. ὑπὲρ ὃ ποίησας μεγάλως ἔδοξε τὸν θεὸν τεθυμηκέναι. φανεὶς γὰρ αὐτῷ κατὰ τὰς ὑπνους σκηνῆς τῆς νυκτὸς, ἐκέλευσεν αἰτεῖσθαι τινας ἀντὶ τῆς εὐσεβείας δῶρεάς. σολομὼν δὲ, τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τοῦ θεοῦ παρασχεῖν ἠθέλησε, καὶ λαβεῖν ἀνθρώπῳ συμφορώτατα τὸν θεὸν ᾐτήσεν. οὐ γὰρ χρυσὸν οὐδὲ ἄργυρον, οὐδὲ τὸν ἄλλον πλοῦτον ὡς ἀνθρώπῳ καὶ νέῳ ἠξίωσεν αὐτῷ παρασχεῖν. ταῦτα γὰρ ἀχρεῖον νενόμικεν ὄντα τοῖς πολίταις μόνα ἀπροδῆ ἄξια, καὶ θεοῦ δῶρα εἶναι. ἀλλὰ δός μοι φησὶ δέσποτα νοῦν ὑγιῆ, καὶ φρόνησιν ἀκαθῆ, εἰς ἂν τὸν λαὸν τὸν σὸν κρίνω καὶ τὰ δίκαια λαβὼν ἀνακρίνοιμι. τούτοις ἥδη τοῖς αἰτήμασιν ὁ θεὸς, καὶ τἄλλα πάντ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη παρὰ τοῦ σκληρολαβοῦς, δόξαν ἐπήγαλλατο, πλοῦτον, δόξαν, νίκην πολεμίων, καὶ πάντων σύνεσιν καὶ σοφίαν· οἵαν οὐκ ἄλλος τις ἀνθρώπων ἔσχεν ὔτε βασιλέων ὔτ' ἰδιωτῶν. φυλάξειν τε καὶ τοῖς ἐκγόνοις αὐτοῦ τοῦ βασιλείαν ὑπὲρ πλεῖστον ὑπισχνεῖτο χρόνον, ἂν δίκαιός τε ὢν διαμένῃ καὶ πειθόμενος αὐτῷ καὶ τὸν πατέρα μιμούμενος ἐν οἷς ἦν ἄριστος. ταῦτα δὲ θεὸς σολομῶνι ἀκούσας, ἀνεκήδησεν ἐκ τοῦ κοίτης. καὶ προσκυνήσας αὖτ, ὑπέστρεψεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ πρὸς τῇ σκηνῇ μεγάλας ὑπετέλεσε θυσίας, κατδωκε τοὺς ἰδίους ἅπαντας.

E

Vlsum est autem ei Hebronem petere, & super altare æreum à Moyse fabricatum sacrificare, mille victimarum holocautomatis cælesti numini oblatis: qui honor Deo fuit acceptissimus. illa ipse enim nocte cum in somnis ei conspiciendum se præbuisset, jussit eum postulare, quicqvid donorum pro hac pietate rependi sibi cuperet. Solomon vero pulcherrimum qviddam ac maximum petiit, qvod & Deus libentissime largitur, & homini est utilissimum. Non enim aurum aut argentum aut alias id genus divitias ut homo juvenis petiit. nam hæc sola vulgo hominum videntur expetenda, hæc sola divina munificentia digna. Sed da mihi, inquit, Domine, mentem sanam, & intellectum bonum, ut his acceptis, populum hunc vere ac juste judicare valeam! Hac postulatione delectatus Deus, pollicitus est se etiam alia, qvæ non petierat, additurũ, divitias & gloriam, sed ante omnia talem intellectum ac sapientiam, qvalem antehac nemo habuerit vel regum vel privatorum. Adhæc conservaturum regnum in ejus familia per multas ætates, modo justus esse pergat, Deoq; per omnia parere, & paternis vestigiis incedere, præcipuas ejus virtutes imitando. His divinitus auditis, Solomon è stratis se proripuit & adorato Deo, Hierosolyma est reversus: & mactatis ante tabernaculum plurimis victimis, epulum omnibus suis exhibuit.

F

G

Per eosdem dies judicium ad eum delatum est arduum, cujus exitum invenire fuit difficile. Rem autem controversam, de qva lis erat, necessarium duxi indicare, ut, qvi hæc legent, difficultatem decernendi intelligant: & si qvando tale qvippiam inciderit, ad exemplar solertiæ regiæ difficultatem disqvirendi sibi comparent. Duæ mulieres qvæstus meretricii venerunt ad eum, qvarum altera, qvæ injuriam pati videbatur, sic est exorsa: Ego, Rex, & mulier hæc habitamus in eodem cubiculo. Accidit autem, ut ambæ eadem die, eademqve hora, infantes masculos pareremus. Post triduum ista juxta cubantem suum infantem per somnum oppressit, & sublato è meo gremio infante meo, mortuum illum dormienti mihi in sinum imposuit. Illucescente die, mammam præbere volens infanti, meum non inveni, sed istius mortuum vidi juxta me jacentem: id qvod certissimis indiciis deprehendi, & qvia repetens meum filium nihil profeci, ad tuum auxilium, domine, confugi. nam qvia propter solitudinem nemo est, qui coarguat, pertinaciter, qvod meum est, abnegat. Tum rex interrogat alteram, ecqvid habeat, qvod accusationi hujus opponat. Illa negante, se hoc fecisse, & asseverante, suum esse superstitem infantem, alterius vero mortuum: nemineqve inveniente, quid decerni posset, sed omnibus, ut in re obscurissima, cæcutientibus, solus Rex tale qviddam excogitavit. Jussis afferri infantibus, tam vivo qvam mortuo, vocat qvendam è satellitibus, imperatqve, ut stricto gladio puerum utrumqve secet in duas partes: qvo utraqve dimidium accipiat tam vivi qvam mortui. Hanc sententiam totus populus tacite damnabat ut puerilem: sed interim cum vera mater exclamasset, non ita faciendum, sed potius alteri addicendum infantem: sibi enim satis esse, si vivum videat, etiam si alienus existimetur: altera vero parata esset, ex alieno dolore crudelem voluptatem capere, animadvertens rex has postremas voces non fingi, ei, qvæ exclamaverat, infantem adjudicavit, qvod hæc revera mater esset. alterius vero malitiam damnavit, qvod & suum perdidisset, & amicæ infantem perdere conaretur. Visum est hoc populo insigne argumentum regiæ prudentiæ simul & sapientiæ & ex illa die non secus qvam divina mente prædito obtemperabant. In tota autem sua ditione præfectos & duces habuit hos: Toparchiæ Bethlemis, qvæ sortem Ephræmi complectebatur, præerat Ures. Ea vero in qva Dora sunt & regio maritima, parebat Aminadabo Solomonis genero. Magnus campus erat sub Banaja filio Achili, cujus præfecturæ contributa erat & ea regio, quæ usqve Jordanem pertinet. Galaditicam & Gaulaniticam usqve montem Libanum, urbesq; in eis sexaginta magnas ac bene munitas Gabaris administrabat. Achinadabus Galilææ toti Sidonem usqve præerat, habens & ipse in matrimonio Solomonis filiam nomine Basimam. Maritimam vero, qvæ est circa Arcen, Banacates obtinebat,

3. Reg. 4.

ταύτας ὁ τῆς ἡμέρας κρίσις ἐπ' αὐτὸν ἦλθη δυσχερής, ἧς τὸ τέλος εὑρεῖν λίαν ἐπίπονον. τὸ δὲ πρᾶγμα ὡς ἐξ ἀνάγκης ἡγησάμενος δηλῶσαι, ἵνα τοῖς ἐντυγχάνουσιν τὸ τε δύσκολον τῆς κρίσεως γνώριμον ὑπάρξῃ, καὶ ποιῶνται μεταξὺ πραγμάτων γινόμενοι, λάβωσιν ὥσπερ ἐξ εἰκόνος τῆς τοῦ βασιλέως ἀγχινοίας τὸ, ῥᾳδίως ἀποφαίνεσθαι ὡς τὰ ζητούμενον δυνηθεῖσαν. δύο γυναῖκες ἑταίρας τὸν βίον, ἦλθον ἐπ' αὐτόν. ὧν ἡ ἀδικεῖσθαι δοκοῦσα πρώτη λέγειν ἤρξατο, οἰκῶ μοι ἔφην, ὦ βασιλεῦ, μετ' αὐτῆς ἐν ἑνὶ δωματίῳ. συνέβη δέ μοι ἀμφοτέρους ἡμῖν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας λοχεῖαν καὶ τὴν αὐτὴν ὥραν ἀρρένα παιδία. τρίτης ἡμέρας διελθούσης, ἐπιθυμηθεῖσα τοῦ αὑτῆς παιδίου αὕτη, ἔτα μὲν ἀποκτείνει. βασάσα δὲ τὸν ἐκ τῶν γονάτων μου πρὸς αὑτὴν μεταφέρει, καὶ τὸ νεκρὸν ἐμοῦ κοιμωμένης εἰς τὰς ἀγκάλας μου τίθησιν. πρωὶ δὲ ἤθελον ὑρέξαι βουλομένη τῷ παιδίῳ, τὸ μὲν ἐμὸν οὐχ εὗρον. τὸ δὲ ταύτης νεκρὸν ὁρῶ μοι παρακείμενον. ἀκριβῶς γὰρ καταγνοῦσα ἔτα ἐπέγνων. ὁθεν αὐταῖς τὸν ἐμὸν εἶον, καὶ σὲ ἀπολαμβάνουσα, καταπέφυγα δέσποτα ἐπὶ τὴν σὴν βοήθειαν. τὸ γὰρ εἶναι μόνας, καὶ μηδένα τὸν ἐξελέγξαι δυνάμενον φοβεῖσθαι καταφρονοῦσα, ἰσχυρῶς ἀρνουμένη παρῆμεν. ταῦτ' εἰπούσης ὁ βασιλεὺς ἀνέκραγεν τὴν ἑτέραν τι τοῖς ἐρημένοις ἀντιλέγειν ἔχοι δὲ ἢ ἀρνουμένη ἔτ' πεπιυκέναι, τὸ μὲν παιδίον τὸ ἑαυτῆς ζῆν λεγούσης, τὸ δὲ τῆς ἀντιδίκου τεθνηκέναι, μηδενὸς ἐπινοοῦντος τὴν κρίσιν, ἀλλὰ ὥσπερ ἐπ' αἰνίγματι τοῖς εὑρεσιν αὐτὸ πάντων διανοίᾳ τεταφλωμένων, μόνος ὁ βασιλεὺς ἐπενόησέ τι παίστον. κελεύσας κατὰ μέσον τὸ νεκρὸν καὶ τὸ ζῶν παιδίον μεταπέμπεται τινα τῶν σωματοφυλάκων, καὶ σπασάμενον προστάττει τὴν μάχαιραν, ἀμφότερα διχοτομῆσαι τὰ παιδία, ὅπως ἑκατέραν λάβωσιν ἀνὰ ἥμισυ ἔτι ζῶντος καὶ δὲ τελευτήσοντος. ἐπὶ τούτῳ, πᾶς μὲν ὁ λαὸς λανθάνειν ἐλάσσαζεν ὡς μαράκιον τὸ βασιλέα, μεταξὺ δὲ τῆς μὲν ἀληθοῦς μητρὸς ἀνακραγούσης ἔτα μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ ῥᾳδίδοναι τῇ ἑτέρᾳ τὸ παιδίον ὡς σκέτνης. ἐρκεῖας γὰρ βλέπειν αὐτὸ ζῶν κἂν ἀλλότριον δοκῇ. τῆς δὲ ἑτέρας ἐχούσης ἑτοίμως διαιρεθέν ἰδεῖν τὸ παιδίον, καὶ τοῖς ἐπὶ βασιλεῖ θεῖαν καὶ αὐτὸν ἀξιούσης, ὁ βασιλεὺς ἐπιγνοὺς τὰς ἑκατέρων φωνὰς ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐκβλυσθείσας, τῇ μὲν ἀνακραγούσῃ τὸ παιδίον προστεκέναι. μητέρα γὰρ αὐτὴν ἀληθῶς εἶναι. τῆς δὲ ἄλλης κατέγνω πονηρίαν, τό τε ἴδιον ἀποκτεινάσης, καὶ τὸ τῆς φίλης ἀτυχοῦσαν ἀπολλύμενον θεασομένης. ἔτα μέγα δίκαιον καὶ τεκμήριον τῆς τοῦ βασιλέως φρονήσεως καὶ σοφίας ἐνόμιζε τὸ πλῆθος. καὶ ἐκείνης λοιπὸν ἡμέρας, ὡς θείαν ἔχοντι διάνοιαν αὐτῷ προσέσχον. στρατηγοὶ δὲ αὐτῷ καὶ ἡγεμόνες ἦσαν τῶν χώρας ἁπάσης, οἱ δὲ μὲν ἐφραιμιτικὴν κλῆρον χίας, ἄρης. ὃς ἦν τῆς βηθλεμίτης τοπαρχίας ἐπὶ ὁ κλῆρος. τὴν δὲ τῶν δώρων καὶ τὴν παραλίαν ἀδοινάδαβος εἶχεν ὁ τοῦ αὐτοῦ γαμβρὸς τὴν σολομῶνος θυγατέρα. τὸ δὲ μέγα πεδίον ἐπὶ τοῦ βαναίᾳ τοῦ ἀχίλε παιδί. προσυπῆρχε δὲ καὶ τῆς ἄχρι ἰορδάνου πάσης. τὴν δὲ γαλααδίτιν καὶ γαυλανίτιν ἕως τοῦ λιβάνου ὄρους καὶ πόλεις ἑξήκοντα μεγάλας καὶ ὀχυρωτάτας ἔχων ὑφ' αὑτὸν, γαβάρις διῴκει. ἀχινάδαβος δὲ, τῆς γαλιλαίας ὅλης, ἄχρι σιδῶνος ἐπετρόπευε, συνοικῶν καὶ αὐτὸς θυγατρὶ σολομῶνος βασίμα τοὔνομα. τὴν δὲ ἀπὸ ἀρκῶν παραλίαν εἶχε βαναακάτης.

σαφάτης ἦ, τὸ ἰταβύριον ὄρος καὶ κάρμηλον, καὶ τὴν A Saphates Itabyrium montem & Carmelum, totamqve inferiorem Galilæam. Subeæ Benjamitica ditio fuit commissa. Tabares regionem trans Jordanem sitam sub se habuit. & rursum his omnibus unus præerat princeps. Mirandum autem in modum per id tempus auctæ sunt res Hebræorum, & tribus Judæ, populo ad agrorum colendorum studium converso. Pace enim potiti, & nullis bellicis tumultibus distracti, ad B hæc optatissima libertate avide perfruentes, in hoc potissimum erant intenti, ut suas qvisqve facultates augeret, & majoris precii faceret. Erant præterea regi alii præfecti, qui Syrorum cæterorumqve barbarorum, Euphratem inter & Ægyptum incolentium gubernabant regiones, tributa ex eis colligendo. Hi barbari conferebant in qvotidianos regiæ mensæ sumptus C similæ coros triginta, farinæ sexaginta, saginatos boves decem, & pascuales viginti, & saginatos agnos centum. præter capturas venationum, qvæ constabant cervis ac bubalis, præterqve aves & pisces. Tantam etiam currum multitudinem habebat, ut qvadraginta millia præsepium numerarentur, in qvibus equi jugales alebantur. & absqve his eqvitatus ei fuit duo- D decim millium, qvorum media pars Hierosolymis circa regem versabatur, reliqvi vero sparsim per villas regias degebant. & qvi regiis impensis præerat, idem etiam eqvis necessaria suppeditabat, eo convehendo, ubicumqve rex habitaret. Tanta autem fuit sapientia & prudentia, qvam Solomon divinitus acceperat, ut omnes priscos superaret, atqve etiam Ægyptios, E qvi omnium sapientissimi habentur, longe post se relinqveret, præcellebat etiam eos, qui per idem tempus in maxima opinione sapientiæ fuerunt apud Hebræos, quorum nomina non tacebo. Fuerunt autem hi: Athanus, Æmanus, Chalceus, Dodanus, filii Hemaonis. Composuit etiam libros Odarum & Carminum qvinqve supra mille, & parabolarum ac similitudinum libros ter mille. cuilibet enim speciei plantarum F suam adhibuit parabolam, ab hyssopo usqve cedrum: idem fecit de pecoribus & cæteris terrestribus animantibus, natatilibusqve & qvæ per aërem feruntur, nullius enim horum naturam ignoravit, aut inscrutatam reliqvit: sed circa omnes philosophatus est, & scientiam proprietatum earum summam præ se tulit. qvin & eam rem divinitus consecutus est ad utilitatem & G medelam hominum, quæ adversus dæmones est efficax. Incantationes enim composuit, quibus morbi pelluntur: & conjurationum modos scriptos reliqvit, quibus cedentes dæmones ita fugantur, ut in posterum nunqvam reverti audeant: atque hoc sanationis genus usque plurimum apud nostrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum, in præsentia Vespasiani & filiorum & tribunorum reliquorumque militum, multos arreptitios percurantem. Modus vero curationis erat hic. Admoto naribus dæmoniaci anulo, sub cujus sigillo inclusa erat radicis species a Solomone indicatæ, ad ejus olfactum per nasum extrahebatur dæmo-

nium: & collapso mox homine, adjurabat id, ne amplius rediret, Solomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inventas recitans. Volens dein Eleazarus his, qui aderant, ostendere suæ artis efficaciam, non longe inde ponebat poculum aut polubrum aqua plenum: imperabatqve dæmonio hominem exeunti, ut his subversis signum daret spectantibus, qvod reliqvisset hominem. qvo facto, nemini dubium erat, qvanta fuisset Solomonis scientia & sapientia. qvamobrem libuit hoc qvoqve narrare, ut omnibus nota sit eximia regis hujus natura, qvamqve charus Deo fuerit, & in omni genere virtutum excellentissimus. Porro Tyriorum rex Iromus, audito, qvod Solomon patri in regnum successisset, vehementer est gavisus: nam Davidis amicus fuerat, & per legatos salutato gratulatus est præsentem felicitatem. per qvos Solomon scripsit ad eum in hunc fere modum. Solomon Iromo regi: Scito patrem meum, cum voluisset ædificare templum Deo, bellis assiduis impeditum, neqve enim prius à subjugandis hostibus destitit, qvam omnes sibi tributarios redderet. Ego vero gratias habeo pro pace, qva nunc fruimur, & præsenti otio decrevi uti ad extruendum cœlesti numini domicilium. id enim à me fabricandum, jam ante patri meo Deus prædixit: qvamobrem rogo, ut aliqvos una cum meis mittas in montem Libanum, ad materiam cædendam: qvandoqvidem hanc artem Sidonii melius callent, qvam nostrates. mercedis autem, qvanta hujusmodi operariis persolvenda sit, te arbitrum facio. Eam epistolam Iromus libenter legit, Solomoniqve in hunc modum rescripsit. Rex Iromus regi Solomoni: Gratia Deo, qvod tibi paternum principatum tradidit, viro sapienti & omni virtutum genere prædito. Qvare cum nihil mihi gratius accidere potuerit, voluntati tuæ libens obsequar. Excisis enim multis & magnis trabibus cedrinis atqve cypariſſinis, per meos ad mare deducendas curabo: eosdemqve jubebo, ut compactis ratibus, ad qvemcunqve voluer s tuæ regionis locum, eas appellant, unde post per tuos Hierosolyma deportentur. Tu vero hanc nobis gratiam repones, ut exportandi ad nos frumenti potestatem facias, quo utpote insulares maxime indigemus. Harum literarū exemplaria hodieqve durant, tam in nostris qvā Tyriorum annalibus: &, si cui libuerit hæc certius cognoscere, impetrata à publicorum commentariorum conservatoribus visendi copia, comperiet eorum scripta consonare cum his, quæ à nobis produntur. qvod ideo admonui, ut qui hæc legunt, sciant nos nihil veris affingere, neqve verisimilia qvædam & ad delectationem accommoda narrationi nostræ interserere, atqve deinde postulare, ut lector nihil amplius disqvirendo fidem nobis habeat: qvandoqvidem in hac commentatione à decoro discedere absqve nefario scelere non licet. qvapropter non recusamus, qvin scripta nostra rejiciantur, nisi talia sunt, ut eorum veritas validissimis argumentis approbari possit. Cæterum Solomon rex acceptis regis Tyriorum literis, & facilitatem ejus & benevolentiam collaudavit, & insuper quibus ipsum cupere intellexit, præmiis cum est

3. Reg. 3.

καὶ πεσόντα. οὗτος δ' ἀνθρώπε, μηκέτ' εἰς αὐτὸν ἐπανελθεῖν ὥρκιζε, σολομῶνά τε μεμνημένος, καὶ τὰς ἐπῳδὰς ἃς συνεθήκεν ἐκεῖνος ἀπιλέγων. βουλόμενος δὲ πίστιν καὶ θαῤῥῆσαι τοῖς θαυμάζουσιν ὁ ἐλεάζαρος, ὅτι ταῦτα ἐχθὲς ἰσχύω, ἐπίθει μικρὸν ἔμπροσθεν πλήρη ὕδατος ἢ πεδόνιπτρον. καὶ τοῦ δαιμονίου ποησάντος ἐξιέναι τοῦ ἀνθρώπου, ταῦτ' ἀνατρέψας καὶ θαῦμα παρασχὼν ἀπιγώναι τοῖς ὁρῶσιν, ὅτι καταλέλοιπε τὸν ἄνθρωπον. γνοὺς δὴ τοῦτο, σαφῆ τὴν σολομῶνος καθίσατο σύνεσιν καὶ σοφίαν. δι' ἣν, ἵνα γνῶσιν ἅπαντες τὰ μεγαλεῖον αὐτοῦ τῆς φύσεως ὑπ' θεοφιλίας, καὶ λάθῃ μηδένα τοῦτο τὸν ἥλιον τοῦ βασιλέως ποιεῖ πᾶν εἶδος ἀρετῆς ὑπερβολὴ, ποιεῖ τούτων ἐπὶ πλεῖον ποιήσθημαι. ὁ δὴ τῶν τυρίων βασιλεὺς ἱρώμος, ἀκούσας ὅτι σολομὼν τὸν πατρὸς διαδέξατο βασιλείαν, ὑπερήθη. φίλος γὰρ ἐτύγχανε τοῦ δαυίδη. καὶ πέμψας πρὸς αὐτὸν, ἠσπάζετό τε συνέχαιρεν ὅτι τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς. ἐπιστέλλει δὴ πρὸς αὐτόν. Σολομὼν ἱερώμῳ βασιλεῖ. ἴσθι μου τὸν πατέρα βουληθέντα καταστήσασθαι τῷ θεῷ ναὸν, διὰ τῶν πολεμῶν καὶ τῶν συνεχῶν στρατιῶν κεκωλυμένον. ὃ γὰρ ἐποίησατο πρότερον τὰς ἐχθρὰς καταστρεφόμενος, πρὶν ἢ πάντας αὐτοὺς φόρων ὑποτελεῖς ἐποίησεν. ἐγὼ δὲ χάριν οἶδα τῷ θεῷ τῆς παρούσης εἰρήνης. καὶ διὰ ταύτην σχολῶν, οἰκοδομῆσαι τῷ θεῷ βούλομαι τὸν οἶκον. καὶ γὰρ ἐμοῦ ἔτι ὄντος τοῦ πατρί μου προεῖπεν ὁ θεός. διὸ προσκαλῶ σε συμπέμψαί τινας τοῖς ἐμοῖς εἰς λίβανον τὸ ὄρος, κόψοντας ξύλα. πρὸς γὰρ τομὴν ὕλης, ἐπιστημονέστερον ἔχουσι τῶν ἡμετέρων σιδώνιοι. μισθὸν δ' ὃν ἂν ὑπὲρ τούτοις τοῖς ὑλοργοῖς παρέξω. ἀναγκὴ δ' ἐπιστολὴν ἐποιήσατο, καὶ τοῖς ἐπιξενωθεῖσιν ἡδέως ἀντιγράφει τοῦ σολομῶνι, βασιλεὺς ἱρώμος, βασιλεῖ σολομῶνι. τὴν μὲν θεὸν εὐλογεῖν ἄξιον, ὅτι σοι τῷ πατρῴαν παρέδωκεν ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ σοφῷ καὶ πάσαν ἀρετὴν ἔχοντι. ἐγὼ δὲ τούτοις ἡδόμενος, ἅπαντα ὑπουργήσω τὰ ἐπιξενωμένα. τεμοῦμαι γὰρ ξύλα πολλὰ καὶ μεγάλα κέδρα τε καὶ κυπαρίσσους, διὰ τῶν ἐμῶν ὅπλων θαλάσσαν καταπέμψω καὶ κελεύσω τοὺς ἐμοὺς σχεδίαν πεζαμένους, εἰς ὃν ἂν βουληθῇς τόπον τῆς αὐτοῦ χώρας πλεύσαντας ἀποθέσθαι, ἐνθεῦθεν οἱ σοὶ ἀποκομίσωσιν εἰς ἱεροσόλυμα. ὅπως θαῤῥαχθῇς ἡμῖν ἀντὶ τούτων σῖτον, ὃ διὰ τὸ νῆσον οἰκεῖν δεόμεθα, φρόντισον. διαμένει δ' ἀχρὶ τῆς σήμερον, τὰ τῶν ἀπιστολῶν τούτων ἀντίγραφα, ὃν ἐν τοῖς ἡμετέροις μὴ νῦν σωζόμενα βιβλίοις, ἀλλὰ καὶ θαῦμα τυρίοις. ὡς τ' ἔστι θελήσειε τὸ ἀκριβὲς μαθεῖν, δεηθεὶς τοῦτ' ἐν τυρίων γραμματοφυλακίων δημοσίων, εὕροι συμφωνοῦντα τοῖς ἐμπεμπόμενοις ὑφ' ἡμῶν τὰ παρ' ἐκείνοις. ταῦτα μὲν οὖν διεξῆλθον βουλόμενος γνῶναι τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὅτι μηδὲν μᾶλλον ἔχω τῆς ἀληθείας λέγομαι, μηδὲ πιθανοῖς τισι καὶ πρὸς ἀπάτην καὶ τέρψιν ἐπαγωγοῖς τὴν ἱστορίαν παραλαμβάνοντες. τὴν μὲν οὖν ἐξέτασιν φεύγειν πειρώμεθα, πιστεύειν δ' εὐθὺς ἀξιοῦμεν. ὃ δὲ συγκεχωρημένον ἡμῖν κατιδεῖν μόνοις ἐκ πάντων τῆς παραγματείας, ἀθρόως ἐπάρχειν. ἀλλὰ μηδεμιᾶς ὑποδοχῆς τυγχάνειν παρακαλοῦντες, ἂν μὴ μὴ ἀποδείξεως καὶ τεκμηρίων ἰσχυρῶν ἐμφανίζειν δυνάμεθα τὴν ἀλήθειαν. ὁ δὲ βασιλεὺς σολομὼν, ὡς ἐκομίσθη τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως γράμματα, τήν τε προθυμίαν αὐτοῦ καὶ τὴν εὔνοιαν ἐπῄνεσε. καὶ οἷς

καὶ οἷς ἠξίωσε, τίτας αὐτὸν ἠμείψατο. σῖτε μὲν αὐτῷ A remuneratus, frumenti annuos bis mille coros
κατ' ἔτος πέμψας διχιλίους κόρους, καὶ τοσούτους ἐλαίου mittendo, & totidem olei bados. badus autem
βάδους, ὁ δὴ βάδος δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα capit sextarios 72. parem qvoqve vini modum il-
καὶ δύο. τὸ δ' αὐτὸ μέτρον καὶ οἴνου παρέσχεν. ἡ μὲν li exhibuit. Et ab his initiis amicitia regum ho-
ἐν ἀρχῇ φιλία καὶ συλομῶνος ἀπὸ τούτων ἐπὶ μᾶλ- rum exorta, majoribusqve incrementis aucta,
λον ηὐξήσατο, καὶ διαμένουσαν ὡμολόγησαν εἰς ἄπαν. ὁ in tantum adolevit, ut in perpetuum firma dura-
βασιλεὺς ἐπέταξε παντὶ τῷ λαῷ φόρον ἐργάτας τρισ- verit. Solomon autem à populo suo millia XXX.
μυρίους, οἷς ἄπονον τὸν ἐργασίαν κατέστησε, μερίσας operariorum exegit, prudenter inter eos operas
αὐτοῖς σωφρόνως. μυρίους γὰρ ἐπέπεμψε κόπτοντας ὅλην μῆ- partitus, qvo minus labor sentiretur. Decem B
να ἕνα ἐν τῷ Λιβάνῳ ὄρει, δύο δὲ μῆνας ἀναπαυομένους enim millia jussit in Libano sylvam per mensem
ἀπολαμβάνειν ὅλην τὰ οἰκεῖα, μέχρις ἂν πάλιν οἱ δι- integrum cædere, ac deinde per duos alios domi
αμένοι τὴν ἐργασίαν πληρώσωσι καὶ τὸν ἑξαμηνίαιον interqviescere, dum reliqva viginti millia suum
χρόνον. ἐπὶ δ' ἔτους σωέβαινε τοῖς πρώτοις μυρίοις ἀπο- opus absolvunt, ita ut qvarto demum mense la-
παύεσθαι μῆνας ἅπαντας ὅλην ἔργον. γέγονε δ' ὑπερέ- bor ad primos illos decies mille rediret. His o-
πων ἐφάρης τούτων ἀδώραμος. ἦσαν δ' ἐκ τῶν παροί- mnibus Adoramus est præpositus. Præter hos
κων, οὓς Δαβίδης καταλελοίπει, τῶν μὲν ὑποζυγίων erant in opere inquilini illi, qvos David eo de-
τῶν τὴν λιθείαν καὶ τὴν ἄλλην ὕλην, τὰ μυριάδες. stinaverat, convectores saxorum cæteraq; ma- C
τῶν δὲ λατομούντων ὀκτάκις μύριοι. τούτων δ' ὑπῆρχε teriæ septuagies mille, & cæmentarii octogies
τρισχίλιοι καὶ τριακόσιοι. ἐπέστακτο δὲ λίθους μὲν mille, magistriqve horum ter mille & ducenti. iis
ἀπὸ τοῦ τέμνειν μεγάλους, εἰς τὰς δὲ ναῦς θεμελίους. ἀρ- mandatum fuerat, ut saxa prægrandia excide-
μόσαντας δὲ πρῶτον καὶ σωσθήσαντας ἐν τῷ ὄρει, κατακο- rent in usum fundamentorum templi, eaqve in
μίζειν ἔτως εἰς τὴν πόλιν, ἐγίνετο δὲ καὶ ταῦτα ἀπὸ τῶν monte prius in qvadrum dedolata, ita demum
οἰκοδομῶν τῶν ἐγχωρίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὧν ἐκέρωμος ἐ- in urbem conveherent: idq; non modo indige-
πεμψε τεχνιτῶν, τῆς δ' οἰκοδομίας τῶν ναῶν συλομὼν ἦρ- nis, sed & missis ab Iromo opificibus erat injun-
ξατο, πέμπτον ἤδη τῆς βασιλείας ἔτος ἔχων μῆνι δευτέρῳ, ctum.
ὃν μακεδόνες μὲν Ἀρτεμίσιον καλοῦσιν, ἑβραῖοι δὲ Ἰάρ, D Exorsusq; est Solomon fabricam hanc anno III.
μῆνα τέταρτον καὶ ἐνενηκοστὸν καὶ δύο, τῆς ἀπ' Ἀβρα- regni sui qvarto, secundo mense, qvem Mace- 3. Reg. 6.
μου εἰς τὴν Χαναναίαν ἐκ τῆς μεσοποταμίας ἀφίξεως. dones Artemisium vocant, Jar vero Hebræi, an-
ἀπὸ δὲ τῆς ἐξόδου μυρίοι καὶ τετρακόσιοι καὶ τετρα- nis qvingentis nonaginta, duob. postqvã Israe-
κοστὸν καὶ τετρακοσιοστόν. ἀπὸ δὲ τοῦ πρώτου γενεθλίου litæ Ægypto excesserant: mille & viginti annis post
Ἀβράμου ἕως οὗ τὸν ναὸν ᾠκοδόμησεν ὁ σολομών, διελήλυθε Abrahami ex Mesopotamena regione in Chananæam migrationem: post diluvium vero anno
τὰ πάντα ἔτη τρισχίλια καὶ ἑκατὸν καὶ δύο. κατ' ὃν δὲ millesimo qvadringentesimo qvadragesimo,
ναὸς ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι χρόνον, κατ' ἐκεῖνον ἔτος ἤδη qvod si ab Adamo creato usqve templi ædifica-
τῆς ἐν τύρῳ βασιλείας ἐνδέκατον ἐνεστήκει Ἰρώμῳ. ἀπὸ E tionem temporum ratio subducatur, comperien-
δὲ τῆς οἰκήσεως τύρου εἰς τὴν οἰκοδομίαν τοῦ ναοῦ διαγεγονὼς tur anni ter mille centum cum duobus. Initium
χρόνος ἐτῶν τετρακοσίων καὶ διακοσίων. βαλλομένου μὲν vero fabricandi templi in annum undecimum
οὖν τοῦ ναοῦ θεμελίους ὑπὸ βασιλέως ὅτι μήκιστον τῆς γῆς regni Iromi incidit, apud Tyrum regnantis, qvæ
βάθος, ὕλης λίθων ἰσχυρᾶς, καὶ πρὸς χρόνον ἀντέχειν condita est ducentis & qvadraginta annis, ante-
δυναμένης. οἵ τε τῇ γῇ συμφύεσθαι ἔμελλον καὶ ἐδαφος qvam templum extrueretur. Jecit igitur rex in
ἕρεισμα τῆς ἐπικοδομησομένης καλλιστοῦς ἔσεσθαι, altissimam terræ profunditatem fundamenta
καὶ διὰ τὸν κάτωθεν ἰσχύν, οἷς ὀπόνως τὸ μέγεθος τῆς templi è saxis validissimis, qvæ contra omnem
ἐπικοδομηθησομένων, καὶ κάλλος πολυτέλειαν, ἡ βά- F temporum injuriam resistere possent, ita ut cum
ρος ἃ ἤμελλον ἀνέχ ἥδιον αἴνεσιν τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς ὕψος contigua terra coalita solum ac firmamentum
καὶ πρὸς ὄγκον, κόσμου τε χάριν καὶ τῆς μεγαλουργίας, imponendis substructionibus præberent, & pro-
ἐπενοήθη, ἀνήγαγον δ' αὐτὸν ἄχρι τῆς ὀροφῆς ἐκ λευκῆς pter inconcussam soliditatem facile molem ædi-
λίθου πεποιημένον. τὸ μὲν οὖν ὕψος λαὸν ἐξήκοντα πη- ficii cum paratu ornamentorum sumptuosissimo
χῶν, τὸ δ' αὐτῶν, καὶ τὸ μῆκος, εὗρος δ' εἴκοσι. καὶ ἔστι perferrent, non minorem admirationem habitu-
ἄλλος λαὸς ἐγηγερμένος ἴσος τοῖς μέτροις. ὥστε εἶναι ra, quam qvæ superne ad amplitudinem, pul-
τὸν ὕψος τοῦ ναοῦ, πηχῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. τετράπυλος chritudinem & magnificentiam operis per artifi-
ἦσαν πρὸς τὸ ἀνατολικόν. τὸ δὲ πρόναον αὐτοῦ, πρόσεστιν ces allaborata sunt. extruxeruntqve illud usqve
ὅτι πήχεις εἴκοσι τὸ μῆκος, πρὸς τὸ εὖρος δὲ μήκους G lacunar ex albo lapide. Hujus ædificii altitudo
ὑπερεμέτρησε. ἔχον δὲ πλάτος, πήχεις δέκα. ὕψος δὲ fuit cubitorum sexaginta, & totidem longitudo,
ἀνεγηγερμένον, πηχῶν ἑκατὸν εἴκοσι. πρόπυλον δὲ latitudo vero viginti. Super hoc autem erat ali-
τοῦ ναοῦ ἐκ κύκλῳ πηχῶν τριάκοντα διεφέρειν οἴκοις. οἱ συνεχεῖς ud ædificium pari mensura, ita ut tota altitudo
δὲ πάντες ἐμέλλον ἔσεσθαι διὰ πυκνότητα ἐκ πλήθους ἐ- templi centum viginti cubitis constaret. versum
ξωθεν ἀπεκέκλειντο. καὶ δὴ καὶ τὰς εἰσόδους αὐτοῖς δι' autem erat ad Orientem. Et porticus in aditu e-
ἀλλήλων κατεσκεύασεν. ἕκαστος δὲ τῶν οἴκων τούτων, jus erat viginti cubitorum longitudinis, juxta
mensuram latitudinis templi, lata cubitos decem, surgens in altum cubitis centum viginti. In circuitu deinde templi construxit triginta cellas, qvæ inter se constipatæ externe parietes templi fulciebant. erãtqve inter se perviæ, & patebant singulæ in longum vigintiqvinqve cubitos, ac totidem in latum,

& viginti cubitis attollebantur. Super has alia series cellarum erat extructa, super qvam rursum aliæ, omnes inter se numero & amplitudine pares, ita ut conjunctæ inferius ædificium æqvarent altitudine. Nam superius non erat circumædificatum. fuerunt autem omnia cedro contecta. Et cellæ qvidem suum qvæqvæ tectum habebant, non proximo contiguum. reliqvum ex longissimis trabibus erat consertum, adutrumqve latus pertingentibus, ita ut ipsi parietes hoc pacto confibulati firmiores redderentur. His trabibus subnexa erant laqvearia politissima, cælaturis & bracteis aureis ornata. Parietes etiam cedrinis tabulis auro illitis erant incrustati, ita ut omnia reniterent auro, & intrantium oculos fulgor undiqve occurrens perstringeret. Tota vero structura ex lapidibus politissimis constabat, ita ad ungvem inter se qvadrantibus, & commissuris oculos fallentibus, ut intuentibus nullum usqvam mallei aut cujuslibet fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia, qvam arte congesta viderentur. Porro ascensum in superiorem templi partem sic commentus est rex, ut cochleam in hunc usum crassitudini parietis includeret. Hæc enim pars non habebat ab Oriente magnam januam ut inferior, sed à lateribus inerant parva ostiola, nec parum ad firmitatem conferebant tabulæ cedrinæ se invicem complectentes, & crassis catenis inter se constrictæ. Diviso deinde in duas partes fano, penetrale ejus viginti cubitorum nulli fecit accessibile, reliqvum qvadraginta cubitorum spatium in usum sacerdotum consecravit: & in pariete adytum à reliqvo corpore separante fores apposuit cedrinas, has qvoqve cælatas & inauratas. eas prætexuit velis picturatissimis, hyacintho, purpura, cocco, byssoqve splendidissimo ac mollissimo distinctis. Post hæc in adyto viginti cubitos qvaqvaversum patente, dedicavit duos cherubinos ex auro solido, utrumqve qvinqve cubitorum altitudine. uterqve duas alas habebat ad qvinqve cubitos protensas: quapropter non longo sejunctos intervallo statuit, ut una ala australem parietem attingeret, altera septentrionalem: reliqvæ duæ sese contingentes in medio sitam arcam protegerent. Hæ cherubicæ effigies qualnam specie fuerint, nemo vel conjicere potest vel eloqvi. Pavimentum etiam templi constravit laminis aureis. Januæ demum fores altitudini parietis proportione convenientes addidit, latas cubitos viginti, & auro illitas. Atq; ut compendio dicam, nihil tam intus qvam foris omisit, qvod non inauraret. Oppansum est præterea aulæum & huic januæ, simile illi qvod interior janua habuit. Cæterum porticus nihil tale habebat.

3. Reg. 7. Post hæc Solomon accersivit Tyro ab Iromo artificem nomine Chiramum, filium mulieris Nephthalitidis, patre Tyrio ab Israelitis oriundo, operariũ insignem in qvavis materia, sed præcipue in auro & argento ac ære. Hujus opera usus est

A εὗρες μὲν εἶχεν ἑκάστη πέντε πήχεις. μῆκους δὲ τοὺς αὐτοὺς, ὕψους δὲ εἴκοσι. ἐπωκοδόμηντο δὲ τούτοις ἄνωθεν οἶκοι ἕτεροι, καὶ πάλιν ἄλλοι κατ' αὐτῶν ἴσοι καὶ τοῖς μέτροις καὶ τῷ ἀριθμῷ. ὡς τὸ πᾶν ὕψος αὐτοὺς λαβεῖν τὸ κάτωθεν οἴκων τριάκοντα πηχῶν. ὁ δὲ ἕτερος οὐκ ἴσον περιωκοδομημένος. ὀροφὸς δ' αὐτοῖς ἐπεβέβλητο κέδρος. B τοῖς μὲν οἴκοις ἴδιος ἕκαστος ἦν, οὐχ οἱ τοὺς πλησίον οὐ συνάπτων. τοῖς δ' ἄλλοις ὑπῆρχεν ἡ στέγη διὰ ἀλλήλων δεδωμημένη μηκίσταις δοκοῖς, καὶ διοικοῦσα ἀπάντων ὡς τοὺς μέσους τοίχους ὑπ' αὐτῶν συγκρατουμένους ξύλων ἐρρωμενεστέρους διὰ τὸ γίνεσθαι. τὴν δ' ὑπὸ τὰς δοκοὺς στέγην τῆς αὐτῆς ὕλης ἐβάλετο πᾶσιν ἐξεσμένην εἰς φατνώματα καὶ τοῖς κόλλησιν χρυσοῦ. τοὺς μὲν τοίχους, κεδρίναις διαλαβὼν σανίσι, χρυσὸν αὐτοῖς ἐνετορνεύσεν, ὡς τε στίλβειν ἅπαντα τὸν ναὸν καὶ πρὸς λαμπηδόνα τὰς ὄψεις τῶν εἰσιόντων ὑπὸ τῆς αὐγῆς τοῦ χρυσοῦ πανταχόθεν φερομένης. ἡ δὲ ὅλη C τοῦ ναοῦ οἰκοδομία, καὶ πολλὴν τοίχων σκληρῶν ἀκροτόμων ἐχόντων σωτηρίαν ἁρμονίως πάνυ καὶ λείως. ὡς μήτε σφύρας, μήτε ἄλλου τινὸς ἐργαλείου τεκτονικοῦ τοῖς καταναοῦσιν ἐργασίαν δηλοῦν. ἀλλὰ δόξαι τῆς τούτων χρήσεως πᾶσαν ἠφανῶσθαι τὴν τούτων ὕλην αὐτοφυῶς. ὡς σκέψιν τὴν ἁρμονίαν αὐτῆς δοκεῖν μᾶλλον, ἢ τῆς τῶν ἐργαλείων ἀνάγκης. ἐφιλοτέχνησεν δὲ βασιλεὺς ἄνοδον εἰς τὸν ὑπερῷον οἶκον διὰ τοῦ D ναοῦ τοίχου. ἦν γὰρ εἶχον θύραν μεγάλην καὶ τῆς ἀνατολῆς ὡς εἶχεν ἐκ κάτωθεν οἶκος, ἀλλ' οὐκ ἐν τῶν πλαγίων ἦσαν αἱ εἴσοδοι διὰ μικρῶν πάνυ θυρῶν. διέλαβε δὲ τὸν ναὸν καὶ ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν, ξύλοις κεδρίνοις, ἁλύσεσι παχείαις συνδεδεμένοις. ὡς τε ἀντ' ὀχυρωμάτων καὶ ῥώμης εἶναι τὸν αὐτοῖς χρῆσθαι. διελὼν δὲ τὸν ναὸν εἰς δύο, τὸν μὲν ἔνδοθεν οἶκον, εἴκοσι πηχῶν ἐποίησεν ἄδυτον. τὸν δὲ, τεσσαράκοντα πηχῶν ἄγιον ναὸν ἀπέδειξεν. ἑκτισμένων δὲ τὸν μέσον τοῖχον, θύρας ἐπέστησε κεδρίνας, E χρυσὸν αὐταῖς πολὺν ἐργασαμένῳ, καὶ τορείαν ποικίλην. κατεπέτασε δὲ ταύτας ὑφέσιν βυσσοῦ τετραπλοῦς, ἐξ ὑακίνθου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου πεποιημένους. ἦν μὲν, ἀλλὰ καὶ βύσσου λαμπροτάτης καὶ μαλακωτάτης. ἀνέθηκε δὲ εἰς τὸ ἄδυτον εἴκοσι πηχῶν τὸ εὖρος, τὸ δ' αὖ καὶ τὸ μῆκος, δύο χερουβεῖς ὁλοχρύσους πηχῶν ἑκάτερον τὸ ὕψος πέντε. δύο δὲ ἦσαν ἑκατέρων πτέρυγες, ὧν πέντε πήχεις ἑκτεταμέναι. διὸ καὶ μακρὰν ἀπ' F ἀλλήλων αὐτὰς ἀνέστησεν. ἵνα τὸ πτερύγων, τῇ μὲν, ἅπτωνται θατέρου καὶ κατὰ νότον κειμένου τοίχου ἀδύτου. τῇ δὲ, κατὰ βορρᾶν. αἱ δ' ἄλλαι πτέρυγες αὐτῶν συνάπτουσαι, τελείσιν μεταξὺ αὐτῶν τὴν κατωτάτω σκέπην τυγχάνουσι. τοὺς δὲ χερουβεῖς, ἐδείκνυσαν ὁποῖαί τινες ἦσαν εἰκόνες ἐφ' ἑκάστου δύνανται. κατέστρωσε δὲ καὶ τὸν ναὸν τὸ ἔδαφος ἐλάσμασι χρυσοῦ. ἐπέθηκε δὲ καὶ τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ, θύρας τοῖς τοῦ ὑψους τοῦ τοίχου συμμετρηθείσας, εὖρος ἐχούσας πηχῶν εἴκοσι. καὶ ταύτας κατεκόλλησε χρυσῷ. συνελόντι δ' εἰπεῖν, ἐδὲν ἔλασε τοῦ ναοῦ μέρος, ὅτε ἔξωθεν ὅτε ἔνδοθεν ᾧ μὴ χρυσὸς ἦν. κατεπέτασε δὲ καὶ ταύτας τὰς θύρας, ὁμοίως τοῖς ἐνδοτέρω καλύμμασι. ἦν δὲ τοῦ ναοῦ πύλη, τούτων ἐδὲν εἶχε. μεταπεμπτὸν δ' ἐκ τύρου Σολομὼν ᾠήθη δεῖν ἐρῶμεν τεχνίτην, χείραμον ὄνομα. μητρὸς μὲν ὄντα, νεφθαλίτιδος τὸ γένος. ἐκ δὲ ταύτης ὑπῆρχε τῆς φυλῆς. πατρὸς δὲ τυρίου, γένος ἰσραηλίτου. ἔστι, ἄπασιν μὲν ἐπιστήμην εἶχεν ἔργου. μάλιστα δὲ, τεχνίτης ἦν χρυσὸν ἐργάζεσθαι καὶ ἄργυρον καὶ χαλκόν.

ὑφ'

ὑφ' ἓ δὴ καὶ πέντε καὶ τρεῖς βασιλέως βάλησιν τε
ωεὶ τὸν ναὸν ἐξεμηχανήθη. κατεσκεύασε δὲ ὁ χείραμος
ὅτ. καὶ σύλυς δύο χαλκᾶς ἔσωθεν τὸ πάχ. ποσάρων
δακτύλων. ἓω δὲ τὸ μὲν ὕψ. τῆς κίωσιν, ὀκτω-
καίδεκα πηχέων. ἡ δὲ ωερίμετρ., δέκα καὶ δύο πη-
χῶν. χωνεύτην δὲ ἐφεκατέρᾳ κεφαλῇ κρίνον ἐφεστήκει
τὸ ὕψος ὄντι πέντε πήχεις ἐμμεμερισμένον. ὧ ωερίκειτο δί-
κτυον ἐλάτη χάλκινον ωεπεπλεγμένον καλύπτειν τὰ
κρίνα. τέτταρα δὲ ἀπῆρτητο κατ' ὀκτὼ κίονας, καὶ ῥόαι δι-
κοσιαι. τούτων τῶν κιόνων, τὸν μὲν ἕτερον κατὰ τὴν δεξιὰν
ἔστησε καὶ ωροσηγόρευσε ωατρὸς ἑαυτοῦ, καλέσας αὐτὸν ἰα-
χειν. τὸν δὲ ἕτερον κατὰ τὸν ἀριστερὸν, ὀνομάσας αὐτὸν,
βοάζ. ἐχώνευσε δὲ καὶ θάλασσαν χαλκῆν εἰς ἡμι-
σφαίριον ἐκμηκισμένον, ὀκλήδη δὲ τὸ χαλκεύρημα,
θάλασσα διὰ τὸ μέγεθ. ἦν δὲ ὁ λουτὴρ τῆς
διαμέτρου πηχῶν δέκα, καὶ ὅτι παλαιστιαῖον πάχος
κεχωνεύμεν. ὑωστέρισε δὲ κατὰ τὸ μεσύπεπτον ὑπὸ κύ-
τους ωτέρυγι ωεριαγομένη εἰς ἕλικας δέκα. ἓω δὲ τῆς διά-
μετρον πηχ. ωεπεποίηκεσαν δὲ ωρὸς αὐτῇ μόσχοι δώ-
δεκα, ωρὸς τὰ κλίματα τῶν τεσσάρων ἀνέμων ἀπο-
βλέποντες, καθ' ἕκαστον αὐτῶν τρεῖς, ἔσω τὰ ὀπίσθια
νενεύκοτες, ὥστ' αὐτοῖς ὄπισθεν ἡμισφαίριον,
κατὰ ωεριαγωγὴν ἔνδον ὄντινεῦν. ἐδέχετο δὲ ἡ θάλασ-
σα, βάδους δισχιλίους. ἐποίησε δὲ καὶ λουτῆρας δέκα,
βάσεις χαλκᾶς τετραγώνους. τούτων ἑκάστη μῆκ. γε-
γόνει πηχέων πέντε, πλάτος ποσάρων, ὕψ. ἑξ. συνε-
κέκλειτο δὲ τὸ ἔργον κατὰ μέρος τετρανδρίμοιον, ἔτως ποσ-
σαρες ἦσαν κιονίσκοι κατὰ γωνίαν ἑστῶτες τετράγωνοι, τὰ
πλάγια τῆς βάσεως ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐν αὐτοῖς ἔχον-
τες ἐμμεσορμία. ἓω δὲ ταῦτα τειχὴ διηρημένα, ἐ-
κάστῳ δὲ χώραν ὅρος ἐπέσχεν εἰς ὑπόβασιν κατεσκευ-
ασμένον. ἐφ' οἷς ἐτετράδυτο, πηγαὶ λέων, πηδὲ ταῦρ.
καὶ αἐτος. ὅμοια δὲ τὰ κιονίσκων ὁμοίως ἐξείργαστο τοῖς κατὰ
τὰ πλάγια τετρανδρίμοις. τὸ δὲ πᾶν ἔργον ὅτι τεσσά-
ρων ἐωρεμμένον τροχῶν εἰστήκει. χωνεύτοι δὲ ἦσαν ἔτοι,
πλήμνας καὶ ἄντυγας πήχεως καὶ ἡμίσυ ἔχοντες τῆς
διαμέτρου. ἐλαυνασεν ἄντις τοὺς ἀγκίδας τῶν τροχῶν
θεασάμεν., πῶς συστρεφόμενοι καὶ τοῖς πλάγιοις τῶν
βάσεων προσλωμένοις ἁρμονίως τοῖς ἄντυξιν ἐνέκειντο. ἦσαν δὲ ὅμως οὕτως ἔχουσαι. τοὺς δὲ γωνίας ἄνω-
θεν συνέκλειον ὦμοι χειρῶν ἀνατεταμένων. οἷς ἐπεκά-
θητο ωᾶσα κατὰ κλοιὸν ὑπακειμένη τὸν λουτῆρα τοῖς
χερσὶν ἐπαναπαυόμενον ἀεὶ καὶ λέοντες αὐτοῖς ἐφηρ-
μοσμένοις, ὡς σύμφυτα ταῦτ' εἶναι δοκεῖν τοῖς ἐρῶσι.
μεταξὺ δὲ τούτων φοίνικες ἦσαν τετραμένοι. τοιαύτη
μὲν ἡ κατασκευὴ τῶν δέκα βάσεων ἐτοίμη ἦν. ωεσσεξεργ-
άσατο δὲ καὶ κυθροκαύλιες δέκα λυτῆρας χρυσοῦ-
λους χαλκᾶς, ὧν ἕκας. ἐχώρει τεσσαράκοντα χοᾶς.
τὸ δὲ ὕψ. ἦν τεσσάρων πηχῶν, καὶ τεσσάτων ἀπ'
ἀλλήλων αὐτοῖς διεστήκει τὰ χείλη. τίθησι δὲ τοὺς λυτῆ-
ρας τούτους ὅτι τῶν δέκα βάσεων τῶν κληθεισῶν μεχω-
νωθ. πέντε δὲ λουτῆρας ἐξ ἀριστεροῦ μέρους τοῦ ναοῦ.
ἐτετράπλο δὲ ἦν τὸ βορέαν ἄνεμον. καὶ τοὺς ἐν δε-
ξιᾷ τοὺς νότον ἀφορῶντας εἰς τὴν ἀνατολήν. κα-
τὰ δὲ αὐτὰ καὶ τὴν θάλασσαν ἀνέθηκε. πληρώσας δὲ
ὕδατ., τὸ μὲν θάλασσαν ἀπέδειξεν εἰς τὸ νί-
πτεσθαι τοὺς εἰς τὸν ναὸν εἰσιόντας ἱερεῖς ἐν αὐτῇ τὰς
χεῖρας καὶ τοὺς πόδας, μέλλοντας ἀναβαίνειν ὅτι
τὸν βωμόν. τοὺς δὲ λουτῆρας, εἰς τε καθαίρειν τὰ ἐν-
τὸς τῶν ὁλοκαυτουμένων ζώων, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν.

A in omnibus, quæ artificiosè in templo fieri voluit. Is fecit duas columnas æreas crassitudine qvatuor digitorum, altas decem & octo cubitos, qvarum circumferentia duodecim cubitos complectebatur. his imposita erant capitella fusilia liliata, proceritate quinqve cubitorum: qvibus circundata erant reticula ærea, qvæ operiebant lilia, dependebantqve inde duæ series malorum
B punicorum ducentorum numero. Has columnas posuit in aditu vestibuli, alteram à dextris nominatam jachin, alteram à sinistris nominatam boz. Fecit etiam vas aheneum fusile semiorbis specie, qvod propter capacitatem appellatum est mare. Erat enim labrum patens per dimetientem lineam in cubitos decem, crassitudine palmari. ejus meditullium sustinebatur
C spira decies replicata, cujus dimetiens linea fuit cubitalis. Id labrum circumstabāt duodecim juvenci ad tractus qvatuor ventorum obversi terni, qvorum postica subsidebant, ut eis orbiculare illud vas incumberet, in medio sui depressius. Capiebat autem hoc mare congiorum tria millia. Fecit præterea labrorum decem bases æreas qvadrangulas. harum qvæqve longitudine fuit cubitorum qvinqve, latitudine qvatuor, altiD tudine trium. hujus operis partes seorsim fabricatæ sic compingebantur. Qvatuor erant columellæ per totidem angulos dispositæ qvadrangulæ, quibus latera basium utrinqve inserebantur: erant autem hæc tripartita, & inter juncturas cælaturis distincta, alibi leonis effigie, tauri alibi aut aquilæ. Columellæ qvoqve eisdem cælaturis erant oruatæ. Totum vero opus qvatuor
E rotis suspendebatur, quæ fusiles erant, habebantqve modiolos & radios, sesqvicubitali inter utramq; extremitatem intervallo. eratqve mirum videre rotarum circumferentias, qvomodo lateribus basium coaptatæ cantis suis insistebant. Angulos autem superne continebant fusiles humeruli manuum extensarum. his imposita erat spira, cui labrum inserebatur, ita ut manibus sustineri videretur: qua parte effigies leonum &
F aquilarum sic erant adaptatæ, ut connatas putares, intervenientibus inter eas palmarum arbusculis. Atqve hæc fuit decem basium structura. Deinde ex eodem ære fecit decem labra rotunda conchæ specie, qvorum qvodqve capiebat congios qvadraginta. erat enim altitudo qvatuor cubitorum, & tantundem spatii patebat inter margines. Ea labra decem illis basibus imposuit,
G qvas mechenoth sua lingva appellabant. horum qvinqve ad sinistrum latus templi septentrionale collocavit totidem ad dextrum australe, ita ut Orientem spectarent: qvoloco etiam mare illud dedicavit. Omnibus deinde aqva repletis, mare qvidem in eum usum assignavit, ut inde sacerdotes templum ingredientes manus ac pedes abluerent, ad altare ascensuri: labra autem, ut eorum aqva purgarentur intestina ac pedes animantium ad holocautoma destinatorum.

Fabricavit etiam altare æreum viginti cubitorum longitudine, totidem latitudine, altitudine decem, in qvo holocautomata incenderentur. Fecit item vasa ejus ex ære omnia, lebetes & amulas, tenacula & harpagones & reliqva, auri fulgorem referentia. Mensas qvoqve multas dedicavit rex, & in his unam magnam auream, in qva proponebantur sacri panes: reliqvæ non multo deteriores diverso modo factæ sustinebant phialas & pateras aureas vigesies mille, argentearum qvadraginta millia. Candelabrorum item fecit decem millia, juxta præceptum Moysis: ex qvibus unum in templo dedicavit, ut interdiu luceret juxta legem: & mensam unam impositos panes habentem, sitam ad septentrionale templi latus ex adverso candelabri. id enim ad australe latus collocaverat. medium autem inter utrumqve locum obtinebat altare illud aureum. Hæc omnia continebat anterior illa templi pars qvadraginta cubitos longa, & velo disparata ab adyto. illo enim arca erat inferenda. Cantharorum autem vinariorum octoginta millia rex comparavit, & phialarum aurearum millia decem, argentearum vero alterum tantum. Lancium item aurearum, ad offerendam in eis similam maceratam ad altare, octoginta millia, duplum vero argentearum. Craterarum qvoqve, in qvibus similam oleo subigebant, sexaginta millia aurearum, & alterum tantum argentearum. Mensurarum vero, qvales Moysi hin vocantur, & assaron, aurearum erant viginti millia, & duplicatus numerus argentearum. Acerræ qvoqve aureæ, quibus odoramenta in templum inferri solent, erant numero viginti millia: & aliæ, qvibus deferebatur ignis à magno altari in parvum intra templum situm, qvinqvaginta millia. Paratæ erant & sacerdotales vestes in usum pontificum, annumeratis talaribus & epomidibus atqve logio cum suis gemmis, in universum mille. Corona vero, in qva Moyses Dei nomen inscripsit, unica fuit, & usqve in hodiernum permansit. Stolas autem sacerdotales è byssо fieri curavit, cum decies mille zonis purpureis, & tubarum, qvales Moyses præscripsit, CCM. Item alias stolas byssinas Levitis hymnorum cantoribus, numero ducenta millia. Instrumentorum præterea musicorum, qvæ naula & cinnyræ vocantur, in usum hymnodiarum ex electro confecit qvadringenta millia. Qvæ omnia Solomon ad honorem Dei magnifice paravit, nullis parcens sumptibus: sed omni liberalitate usus hæc in thesauris Dei condidit. Circumdedit deinde templo septum qvoddam trium cubitorum altitudine, qvod nostra lingva gison vocamus, exclusurum profanam multitudinem, & solos sacerdotes admissurum, extra hoc septum erat fanum, porticibus magnis ac latis cinctum, & portis altis patens: quarum singulæ singulos ventos spectabant, & foribus auratis claudebantur, in hoc fanum cuilibet è populo, puro modo ac casto, & præscriptorum legis observanti, accessus patebat. Dici autem non potest, ac vix etiam oculis credi, qvam mirandum fuerit illud exterius fanum. vallibus enim expletis, tam profundis, ut ad prospectum oculi caligarent, & aggesta ad qvadringentos cubitos terra,

ut cohiberet proruentis multitudinis impetum, ne se invicem conculcando obtererent, ipse hoc passus est: atque ita interiit, qvemadmodum Eliseus prædixerat, cum prænuncianti annonæ abundantiam nollet credere. Rex autem Syrorum Damascum reversus incolumis, ubi cognovit, divinitus immisso terrore, se una cum exercitu in fugam conjectum, & vanum fuisse, quod de adventu hostium crediderant, ratus omnino adversum se habere numen, per animi ægritudinem in morbum etiam corporis incidit. cumque per idem tempus Elisæus Damascum inviseret, hoc cognito, fidissimum è familiaribus suis Azaelem honoris causa ei misit obviam, non sine muneribus, scitaturum, quisnam futurus esset morbi exitus, & num evasurus esset hoc periculum. Azael, assumptis quadraginta camelis, quicquid optimum ager Damascenus fert, & quicquid in regia fuit eximium, in eos imposuit: & obviam factus Elisæo, reverenter eum salutat, dicens se ab Adado rege missum, ut offerret ei munera, & de morbo consuleret, num quod levamen sperare debeat. propheta, nuncio nihil mali renunciare justo, tantum moriturum regem indicat. id famulus regius dolenter accepit. Elisæus vero flebat, & multis manabat lacrymis, prospiciens, quanta mala passurus esset suus populus post Adadi obitum. Azaele deinde rogante causam tristitiæ, Fleo, inquit, qvod me Israelitarum misereat, tam multis à te afficientur cladibus: nam optimos ex eis interficies, & munitissimas eorum urbes incendes, & infantes ad saxa allides, & dissecabis prægnantes mulieres. Azaele verò dicente, & unde mihi vires, ut hæc faciam, ait sibi divinitus significatum, quod ipse regnaturus sit in Syria. Itaque Azael reversus ad suum dominum, melius eum habiturum nunciat: & sequenti die reti uvido in eum injecto, præfocati à se regiam occupat, vir alioquin strenuus, & gratiosus apud Syrorum ac Damascenorum multitudinem: quo factum est, ut usq; in præsens tam Adadus quam Azael ejus successor divinis apud Syros colantur honoribus, tum propter aliam beneficentiam, tum quia magnificè templis extructis Damascenorum urbem ornatiorem reddiderint. eorum enim effigies quotidianis pompis honorant, & antiquitatem jactant, nescientes, qvod non admodum sint veteres, & nondum centum supra mille anni ab eorum ætate interceserint. Cæterum Joramus Israelitarum rex, audita morte Adadi, à continuis pavoribus respiravit, lætus tandem aliquando licere sibi in pace vivere.

V.

Alter vero Joramus, qui Hierosolymis imperitans eodem, ut dixi, nomine censebatur, mox ut principatum iniit, à cædibus fratrum & paternorum amicorum potestatem auspicatus, videbatur cum Israeliticis regibus certamen suscepisse, ne inferior haberi posset, quantum ad impietatem attinet, nactus ad hoc magistram idoneam Gotholiam uxorem: qvæ fuit Achabi filia, à qua externorum numinum cultum didicit.

4. Reg. 8.

4. Reg. 8.

Ἵνα τὸ πλῆθος ἐπέχῃ τῆς πολλῆς ὁρμῆς, καὶ μὴ κινδυνεύσωσι ὑπ' ἀλλήλων ὠθούμενοι συμπατηθέντες ἀπολέσθαι, τοῦτ' αὐτὸς ἔπαθε. καὶ τέτον ἀπολυήσκει τὸν τρόπον, τῷ τελευτὴν αὐτῷ προφητεύσαντος ἐλισσαίου, ὅτε τοῖς ὑπ' αὐτῷ ὠφελεῖ τῆς εὐθυμίας ἐυπορίας τῶν ἀπιτηδείων λεγομένοις, μόνος ἐξ ἁπάντων οὐκ ἐπίστευσεν. ὁ δὴ τῶν Σύρων βασιλεὺς ἄδερος ἀλεξωθεὶς εἰς δαμασκὸν, καὶ μαθὼν ὅτι τὸ θεῖον αὐτὸν τε καὶ τὴν στρατιὰν αὐτῷ πᾶσαν εἰς τὸ δέος καὶ τὴν παρεσκευὴν ἐκείνην ἐνέβαλλεν, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἐφόδου πολεμίων ἐγίνετο, σφόδρα τῇ δυσθυμίᾳ τὸν θεὸν ἔχειν ἀθυμήσας εἰς νόσον κατέπεσεν. ἐκθυμήσαντος δὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον εἰς δαμασκὸν ἐλισσαίου τὸ προφήτου, γνοὺς ὁ ἄδερ, τὸν πιστότατον τῶν οἰκετῶν ἀζάηλον ἔπεμψεν ὑπαντησόμενον αὐτῷ, καὶ δῶρα κομίζοντα, κελεύσας ἔρεσθαι περὶ τῆς νόσου, καὶ εἰ ἀλεξήσει τὸν ἐξ αὐτῆς κίνδυνον. ἀζάηλος δὴ καμήλων τεσσαράκοντα τὸν ἀριθμὸν, αἷς τε κάλλιστα καὶ τὰ τιμιώτατα, τῶν ἐν δαμασκῷ γινομένων, καὶ ὄντων ἐν τῷ βασιλείῳ ἔφερον δῶρα, συμβαλὼν τῷ ἐλισσαίῳ, καὶ προσκυνήσας αὐτὸν φιλοφρόνως, ἔλεγε παρὰ ἄδερος τὸ βασιλέως πεμφθέντα πρὸς αὐτὸν, δῶρά τε κομίσαι καὶ πυθέσθαι περὶ τῆς νόσου, εἰ ῥᾴδιον ἀπ' αὐτῆς ἔσοιτο. ὁ δὴ προφήτης, τὸν μὲν ἀζάηλον ἐκέλευσε μηδὲν ἀπαγγέλλειν τῷ βασιλεῖ κακόν. ἔλεγε δ' ὅτι τεθνήξεται. καὶ ὁ μὲν οἰκέτης τὸ βασιλέως, ἐλυπεῖτο ταῦτα ἀκούσας. ὁ δὲ ἐλισσαῖος ἔκλαιε, καὶ πολλοῖς ἐῤῥεῖτο δακρύοις, προῤῥιμβεῖ ἀπέχειν ὁ λαὸς ἐμέλλε κακὰ, μὴ τῷ ἄδερος πεπύσθαι. ἀνακρίναντος δ' αὐτὸν ἀζάηλου τὴν αἰτίαν τ' συῤῥύσεως, κλαίω, φησὶ, τὸ πλῆθος τῶν ἰσραηλιτῶν ἐλεεῖν, ὧν σὺ πείσονται δεινῶν, ἀποκτενεῖς γὰρ αὐτῶν τοὺς ἀρίστους, καὶ τὰς ὀχυροτάτας πόλεις ἐμπρήσεις, καὶ παιδία μὲν ἀπολεῖς, προσῤῥηγνὺς πέτραις, τὰς δ' ἐγκύους ἀναῤῥήξεις γυναῖκας. τὸ δ' ἀζάηλου λέγοντος, τίνα γὰρ ἰσχὺν ἐν ἐμοὶ τηλικαύτην εἶναι συμβεβηκεν ὥς τε ταῦτα ποιῆσαι, τὸν θεὸν ἔφησεν αὐτῷ δεδηλωκέναι τὸ ὅτι τῆς συρίας μέλλοι βασιλεύειν. ἀζάηλος μὲν οὖν ὡς ἀπηλλάγη τὸν ἄδερα, τῷ μὲν τὰ βέλτιω περὶ τῆς νόσου κατήγγειλε. τῇ δ' ἐπιούσῃ δίκτυον ὑπὲβαλὼν αὐτῷ διέφθειρε, τὸν μὲν ἀρχὴν αὐτὸς παρέλαβε, δραστήριός τε ὢν ἀνὴρ, καὶ πολλὴν ἔχων ὡς τῶν συρῶν εὔνοιαν καὶ τοῦ δήμου τῶν δαμασκηνῶν. ὑφ' οὗ μέχρι νῦν αὐτός τε ὁ ἄδερ καὶ ἀζάηλος ὁ μετ' αὐτὸν ἄρξας, ὡς θεοὶ τιμῶνται διά τε τὰς εὐεργεσίας καὶ τῶν ναῶν τὰς οἰκοδομίας, οἷς ἐκόσμησαν τὴν τῶν δαμασκηνῶν πόλιν. πέμπουσι δ' αὐτοὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπί τε τιμῇ τῶν βασιλέων, καὶ σεμνύσοντες τὴν τύτων ἀρχαιότητα, οὐκ εἰδότες ὅτι νεωτεροί εἰσι, καὶ οὐκ ἔχουσιν αὐτοὶ οἱ βασιλεῖς ἔτη χίλια καὶ ἑκατόν. ὁ δὴ τῶν ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς ἰώραμος ἀκούσας τὴν ἄδερος τελευτὴν, ἀνέπνευσεν ἐκ τῶν φόβων, καὶ τὸ δέος ὃ οἱ αὐτὸν εἶχεν, ἀσμένως εἰρήνης λαβόμενος. ἰώραμος δὴ ὁ τῶν ἱεροσολύμων βασιλεὺς, ἐς τοῦτο γὰρ ἦν τοῦτο καθὼς προειρήκαμεν ἔμπροσθεν ὄνομα, ἀχαλαβεῶν τὴν ἀρχὴν, εὐθὺς ἐπὶ σφαγὴν τῶν ἀδελφῶν αὐτῷ, καὶ τῶν πατρίων φίλων οἳ καὶ ἡγεμόνες ἦσαν ἐχώρησεν, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ἐπίδειξιν τῆς πονηρίας ἐντεῦθεν ποιησάμενος, καὶ μηδὲν διενεγκὼν τῶν τὸ ἰσραὴλ βασιλέων, οἳ πρῶτοι παρενόμησαν εἰς τὰ πάτρια τῶν ἑβραίων ἔθη, καὶ τὸ θεοῦ θρησκείαν. ἐδίδαξέ τε αὐτὸν τά τε ἄλλα κακὰ, ἐς δὴ καὶ ξενικοὺς θεοὺς προσκυνεῖν, γοθολία θυγάτηρ μὲν ἀχάβου συνοικήσασα δ' αὐτῷ·

καὶ ὁ

καὶ ὁ μὲν θεὸς διὰ τέλους ἐπὶ δαβίδην ὁμολογίαν εἶχεν. ἐβούλετο τούτου τὸ γένος ἐξαφανίσαι. ἰώραμος δὲ οὐ διέλιπεν ἑκάστης ἡμέρας καινουργῶν ἐπ' αὐσεβείᾳ. καὶ λύμη τῶν ἀπίχωρίων ἐθισμῶν. ἀποστάντων δ' αὐτῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τῶν ἰδουμαίων, καὶ τὸν μὲν πρότερον ἀποκτεινάντων βασιλέα, ὃς ὑπήκουεν αὐτοῦ τῷ πατρὶ, ὃν δὲ ἐβούλοντο αὐτοὶ καταστήσαντων, ἰώραμος μὴ τῶν ἐπὶ αὐτῶν ἱππέων καὶ τῶν ἁρμάτων, νυκτὸς εἰς τὴν ἰδουμαίαν ἐνέβαλε. καὶ τοὺς μὲν πέριξ τῆς αὐτοῦ βασιλείας διέφθειρε πρόρρωτέρω δὲ οὐ προῆλθεν. ὤνησε μέν τι τὸ στράτευμα τοῦτο ποιήσας οὐδέν. πάντες γὰρ ἀπέστησαν αὐτοῦ, καὶ οἱ τὴν χώραν τὴν καλουμένην λαβίναν νεμόμενοι. ἐπὶ δὲ οὕτως ἐμμανὴς ὡς τε τὸν λαὸν ἠνάγκαζεν ἀπὸ τῶν ὑψηλῶν τῶν ὀρῶν ἀναβαίνοντας προσκυνεῖν τοὺς ἀλλοτρίους θεούς. ταῦτα δὲ αὐτῷ πάσχοντι καὶ τελέως ἐκβεβληκότι τῆς διανοίας τὰ πατρῷα νόμιμα, κομίζεται παρ' ἠλιοῦ τοῦ προφήτου ἐπιστολὴ, ἣ τὸν θεὸν ἐδήλου μεγάλως παρ' αὐτοῦ ληφόμενον δίκην, ὅτι τῶν μὲν ἰδίων πατέρων μιμητὴς οὐκ ἐγένετο, τοῖς δὲ τῶν ἰσραηλιτῶν βασιλέων κατηκολούθησεν ἀσεβήμασι, καὶ συνηνάγκασε τὴν τε ἰούδα φυλὴν, καὶ τοὺς πολίτας ἱεροσολύμων ἀφέντας τὴν ὡσὰν τοῦ ἀπίχωρίου θεοῦ θρησκείαν, σέβειν τὰ εἴδωλα, καθὼς καὶ ἄχαβος τοὺς ἰσραηλίτας ἐδίδαξε. ὅτι τε τοὺς ἀδελφοὺς διεχρήσατο, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας καὶ δικαίους ἀπέκτεινε, τὴν τε τιμωρίαν, ἣν οὐκ ἐντὶ πάντων ὑφέξειν ἐμελλεν, ἐσήμαινε τοῖς γράμμασιν ὁ προφήτης, ὄλεθρον τοῦ λαοῦ καὶ φθορὰν γυναικῶν αὐτοῦ τε καὶ βασιλέως καὶ τέκνων, καὶ ὅτι τὸν ἐνήξεται νόσῳ τῆς νηδύος, ὅτι πολὺ βασανιοῦσης, καὶ τῶν ἐντέρων αὐτοῦ διὰ ὑπερβολὴν τῆς τῶν ἐντὸς διαφθορᾶς ἐκρυέντων. ὡς αὐτὸν ὁρῶντα τὴν αὐτοῦ συμφοράν, καὶ μηδὲν βοηθῆσαι δυνάμενον, ἔπειθ' οὕτως ἀποθανεῖν. ταῦτα μὲν ἐδήλου διὰ τῆς ἐπιστολῆς ὁ ἠλίας.

A Et quamvis Deo certum esset servare, quæ Davidi promiserat, Joramus tamen in dies novis superstitionibus irritare eum, & populi regionem depravare non destitit. Accidit interim, ut Idumæi ab ejus imperio deficerent, cæso rege suo, qui Josaphato hactenus paruerat, & novo in ejus solium imposito: quam injuriam ulturus Joramus cum equitatu, qui tum ad manum erat, & curribus in Idumæam noctu irrupit: &, exustis vicis finitimis, non est ausus ulterius progredi. nec tamen hac expeditione quicquam profecit, B nisi quod plures defectiones secutæ sunt, excutientibus ejus jugum & illis, qui Labinam regionem incolunt. Tantus autem fuit hominis furor, ut adigeret populum lucos in editis montibus sitos conscendere, & aliena numina colere. Cui sic insanienti, & prorsus oblito instituti patrii, affertur ab Elia propheta epistola, vindictam C Dei minitans, quod, contempta patrum suorum exemplo, ad sectandam Israeliticorum regum impietatem se contulerit: nec hoc contentus etiam Judæ tribum & Hierosolymorum cives impulerit, relicta patria religione, ad externos ritus descisere, & effigies hominum colere, quemadmodum & Achabus sibi subditos compulerat. ad hæc, quod fratres & alios viros bonos ac justos interfecisset. pœna etiam, qualis immineret, in eisdem significabatur literis, hostilis manus, quæ in populum regis & domesticam familiam desæviret, nec liberis parcens nec uxoribus. Ipsum quoque lento ventris profluvio vexatum, intestinis simul paulatim effluentibus, sero per hoc peccatum agnoscentem, miseram efflaturum animam. atque hoc fuit argumentum epistolæ, E quæ illi Eliæ nomine est reddita.

Κεφάλαιον γ'.

Ὅπ ὡς τὸ στράτευμα τὸ ἐπ' αὐτὸν ἀράβων, ἥτε δύναμις αὐτοῦ πᾶσα διέφθαρεν, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ πάρεξ ἑνὸς ὄντες ἐπὶ νηπίου, καὶ ὡς τούτοις αὐτὸς ἀσεβὴς γήμενος, κακῶς τὸν βίον κατέστρεψε.

CAP. III.

Exercitus Jorami deletur ab hostibus, & filii perimuntur, unico excepto, postremo ipse misera morte tollitur.

Μετ' οὐ πολὺ γὰρ τὸ στράτευμα ἀράβων τῶν ἔγγιστα τῆς F αἰθιοπίας κατοικούντων, καὶ ἀλλοφύλων, εἰς τὴν ἰωράμου βασιλείαν ἀνέβαλε. καὶ τὴν τε χώραν διήρπασαν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως. ἔτι γὰρ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ κατέσφαξαν καὶ τὰς γυναῖκας. εἷς γὰρ αὐτῷ ἐπελείφθη τῶν παίδων διαφυγὼν τὰς πολεμίους, ὀχοζίας ὄνομα, μεθ' ὃν τούτου τὴν συμφορὰν, αὐτὸς τὴν προφερομένην νόσον ἔσχε. καὶ προεφήτευε ὅτι πολεῖται χρόνου, ἐπέσκηψε γὰρ εἰς τὴν γαστέρα τὸ G θεῖον αὐτοῦ τὴν ὀργὴν, ἐλεεινῶς ἀπέθανεν, ὑπὸ ἀδῶν αὐτοῦ τὰ ἔντερα ἐκρυέντα. ἐφεύρεσι γὰρ αὐτὸ καὶ τὸν νεκρὸν ὁ λαός. λογισάμενοι γὰρ εἰμὴ τὸν οὕτως ἀποθανόντα, κατ' μίσος θεοῦ, μὴ ἂν κηδείας τῆς βασιλεῦσι πρεπούσης ἄξιον εἶναι τυχεῖν, οὔτε ταῖς πατρῴοις ἐνεκήδευσαν αὐτὸν θήκαις, οὔτε ἄλλης τιμῆς ἠξίωσαν, βιώσαντα μὲν ἔτη τεσσαράκοντα, βασιλεύσαντα δὲ ἐκτώ. ἐδωδέδωκε δὲ τὴν ἀρχὴν ὁ δῆμος ὁ τῶν ἱεροσολυμιτῶν τῷ παιδὶ αὐτοῦ ὀχοζίᾳ.

NEc multo post exercitus Arabum, qui versus Æthiopiam incolunt, cum aliis Barbaris Jorami regnum invadit, qui & regionem omnem, & ipsam regiam diripuit, jugulatis etiam uxoribus ejus ac liberis. unicus tantum fuit superstes, ægrè elapsus è manibus hostium, Ochozias nomine, post hanc publicam calamitatem, & ipse in morbum incidit, sicut ei jam ante prædictum fuerat. id malum in ventrem ejus ingruit, ut manifesto divinæ iræ indicio miserabiliter periret, videns quotidie per ventrem intestina defluere. quin & populus insultavit ejus cadaveri, facilè inde conjectans, quam invisus Deo fuisset homo nefarius, nec eum regio funere dignatus est, nec paterno monumento intulit. Vixit annos quadraginta, regnavit octo. populus Hierosolymitanus Ochoziam in paternum solium imposuit.

CAP. IV.

Damaſcenorum rex Iſraelitarum regem bello impetit.

VI. ISraelitarum autem rex Joramus, ſperans poſt Adadi mortem Ramatham Galaditicam urbem ſe poſſe recipere, magno prius facto apparatu, exercitum ei admovet. In ea oppugnatione ſagitta ictus à quodam Syro non lethaliter, in Azaram urbem ſe recepit curandi vulneris gratia, relicto in obſidione Ramathæ toto exercitu, cui Jeum Amaſiæ filium præfecerat, qui illam vi expugnatam recepit. erat autem ei propoſitum, percurato vulnere, Syros bello aggredi. Interim 4. Reg. 9. Eliſæus, dato uni è diſcipulis ſuis ſacro oleo, miſit eum Ramatham, ut eo delibutum Jeum regem appellaret, diceretque ſe autoritate divina regem eum eligere, mandatis etiam quibusdam aliis, juſſit eum fugientis more iter facere, nemine abitus ejus conſcio. Ille ubi ad deſtinatam urbem pervenit, offendit Jeum forte ſedentem, medium inter duces exercitus, ita ut Eliſæus fore prædixerat: accedensque ad illum, ait ſe cum eo velle colloqui. & cum ſurgens ſecutus ipſum eſſet in conclave, juvenis depromptum oleum in caput ejus effudit. Deus, inquit, te regem elegit in perniciem Achabi generis, & ut ulciſcaris prophetarũ ejus ſanguinem, qui à Jezabela contra omne fas occiſi ſunt: ut, quemadmodum prius Hieroboami & filii ipſius Nadabi, ac mox Baſani familiæ propter impietatem interiere, funditus, ita nunc nullum ſemen maneat reliqvum ex Achabi genere. Atque hæc locutus è conclavi ſe proripuit, nolens à qvoquam conſpici. Jeus autem ſtatim in conſeſſum ducum rediit. Percontantibus autem illis, qua de cauſa veniſſet juvenis, & inſanum videri dicentibus: recte, inquit, conjecturam facitis. nam inſani verba locutus eſt. illis vero magis etiam exponi ſibi quid eſſet, orantibus, regnũ populi ſibi a Deo delatum, ait illum dixiſſe. Hæc ubi prolocutus eſt, unusquiſque ducum detraxit ſibi pallium, quibus congeſtis, in ſpeciem ſolii, & ipſo ſuperimpoſito, tubis & cornibus juſſerunt ſigna canere, Jeum, novum regem conſalutantes fauſtis acclamationibus. Ille decrevit cum exercitu Jezraelam urbem petere, ubi tum, ut jam diximus, Joramus curabat vulnus, qvod in Ramathenſi oppugnatione acceperat. Veneratque eo per officium cognationis etiam Hieroſolymorum rex Ochozias, qvod eſſet ſororis ejus filius, ut, quomodo ſe habeat vulnus, inviſeret. Quos ut Jeus repentino acceſſu opprimeret, edixit, ut è ſuis militibus nemo Joramo indicium faceret: hoc enim eximium fore argumentum, qvod bona fide regnum ſibi detulerint.

A

Κεφάλαιον δ'.

Στρατεία τοῦ ἰωράμου ἰσραηλιτῶν βασιλέως ἐπὶ τοὺς σύρους.

Ἰωραμος ὁ τῶν ἰσραηλιτῶν βασιλεὺς, μετὰ τὸν ἀδελφὸν πλησίον τελευτὴν, ἐλπίσας ἀραμάθην πόλιν τῆς γαλααδίτιδος ἀφαιρήσεσθαι τοὺς σύρους, στρατεύει μετ' αὐτῶν μετὰ μεγάλης παρασκευῆς. ἐν ᾗ τῇ πολιορκίᾳ παρὰ θεὶς ὑπό τινος τῶν σύρων οὐ κατὰ κῶλον, ἀνεχώρησεν εἰς ἀζάρου πόλιν, ἵνα θεραπεύσῃ ἐν αὐτῇ τὸ τραῦμα, καταλιπὼν ἐν τῇ ἀραμάθῃ τὸν στρατὸν ἅπασαν, καὶ ἡγεμόνα τὸν ἀμασὶ παῖδα ἰηοῦν. ἤδη γὰρ αὐτῶν εἵληφει κατὰ κράτος. προσύκειτο δ' αὐτῷ μετὰ τὸν θεραπείαν, πολεμεῖν τοῖς σύροις. ἐλισσαῖος δ' ὁ προφήτης ἕνα τῶν μαθητῶν αὐτοῦ δοὺς αὐτῷ τὸ ἄγιον ἔλαιον ἔπεμψεν εἰς ἀραμάθην χρίσοντα τὸν ἰηοῦν, καὶ φράσοντα ὅτι τὸ θεῖον αὐτὸν ἥρηται βασιλέα, ἀλλά τε πρὸς τούτοις ἐπιτίν ὀπιστείλας σκέλθοι, καὶ πρόπω φυγῆς ποιήσασθαι τὴν πορείαν, ὅπως λάθῃ πάντας ἐκεῖθεν ἀπιών. ὁ δ' ἡγούμενος ἐν τῇ πόλει, τὸν ἰηοῦν διέσκει καθεζόμενον μετ' τῶν τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνων μέσον αὐτῶν, καθὼς ἐλισσαῖος αὐτῷ προεῖπε. προσελθὼν δ' ἔφη, βούλεσθαι πρὸς τινων αὐτῷ λαλεῖν. τοῦ δ' ἀνασταντος, καὶ ἀκολουθήσαντος εἰς τὸ ταμιεῖον, λαβὼν ὁ νεανίας τὸ ἔλαιον, κατέχεεν αὐτοῦ τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸν θεὸν ἔφησε χειροτονεῖν αὐτὸν, ἐπ' ὀλέθρῳ δ' ἡμῶν καὶ ἀχάβου, καὶ ὅπως ἐκδικήσῃ τὸ αἷμα τῶν προφητῶν, τῶν ὑπὸ ἰεζαβέλας ἀθρόως ἀποθνησκόντων, ἵν' ὁ τούτων οἶκος τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπερ οἱ ἱεροβοάμου καὶ ναβαταίου παῖδες καὶ βάασα προῤῥιζωθῶσι διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀφανισθῇ, καὶ μηδὲν ὑπολειφθείη σπέρμα τῆς ἀχάβου ἡμετέρας. καὶ ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν ἐξεπήδησεν ἐκ τοῦ ταμιείου, παρακελεύσας μηδενὶ τῶν ὄπι τῆς στρατιᾶς δεδηλῶσαι. ὁ δ' ἰηοῦς προελθὼν ἦκεν ὅπι τὸν τόπον ἔνθα μετὰ τῶν ἡγεμόνων ἐκαθέζετο. πυνθανομένων δὲ, καὶ φράζειν αὐτοῖς παρακαλούντων τί πρὸς αὐτὸν ὁ νεανίας ἀφίκετο, καὶ προσεπὶ μανέσθαι λεγόντων αὐτόν. ἀλλ' ὀρθῶς γε εἰκάσατε, εἶπε. καὶ γὰρ περὶ λόγους μεμανότος ἐποιήσατο. παρακαλούντων δ' ἀκοῦσαι καὶ δεομένων, ἔφη τὸν θεὸν αὐτὸν ἠρῆσθαι βασιλέα ἐπὶ ὅλῃ τοὺς εἰρηκέναι. ταῦτ' εἰπόντος ἕκαστος παρευθὺς αὐτὸν ἐπεστρώννυεν αὐτῷ τὸ ἱμάτιον, καὶ σαλπίζοντες ταῖς κέρασιν εσημαινον ἰηοῦν εἶναι βασιλέα. ὁ δὲ, ἀθροίσας τὴν στρατιὰν, ἔμελλεν ἐξορμᾶν ὅπι ἰώραμον, εἰς ἰσραέλαν πόλιν. ἐν ᾗ καθὼς προεῖπομεν, ἐθεραπεύετο τὴν πληγὴν, ὑπὸ ἑλάβε πρὸς τῇ ἀραμάθῃ πολιορκία. ἔτυχε δὲ καὶ ὁ τῶν ἱεροσολύμων βασιλεὺς ἐχοζίας ἀφιγμένος πρὸς τὸν ἰώραμον. υἱὸς γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς ἀδελφῆς, ὡς καὶ προειρήκαμεν. ὑποκέψασθαι δ' πῶς ἔχοι ἐκ τοῦ τραύματος ἀφὰ τὴν συγγένειαν ἐληλύθει. ἰηοῦς δ' βουλόμενος, αἰφνιδίως τοῖς περὶ τὸν ἰώραμον ἐμπεσεῖν, ἠξίου μηδένα τῶν στρατιωτῶν ἀποδράντα μηνῦσαι ταῦτα τῷ ἰωράμῳ, τέως ἔσεσθαι λαμπρὰν ὑπόδειξιν αὐτῷ τῆς διανοίας, καὶ τοὺς ἀφικνουμένους οὕτως ἀποδείξαι αὐτὸν βασιλέα.

Κεφά-

Κεφάλαιον έ.

Ως ἰωραμος ἀπέθανεν ὑπὸ ἰηοῦ ἀναιρεθεὶς σὺν ὁλῳ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ὁ τῶν ἱεροσολύμων βασιλεὺς ὀχοζίας.

Οἱ δὲ τοῖς ἐρημώσοις ἡδέντες, ἐφύλαττον τὰς ὁδοὺς, μή τις εἰς ἰεσραέλα ἀβαλαθὼν μηνύσῃ αὐτοῖς τὰ σκεῦ. καὶ ὁ μὲν ἰηοῦς, τῶν ἱππέων ὑπιλεκτὸς ἀναλαβὼν, καθίσας ἐφ' ἅρματος, εἰς τὴν ἰεσραέλα ἐπορεύετο. γνωσθεὶς δὲ ἐγγὺς ὁ σκοπὸς ὃν ὁ βασιλεὺς ἰωραμος καθεστήκει, τοῖς ἐρχομένοις εἰς τὴν πόλιν ἀφορᾶν, ἰδὼν μὴ πολλοὺς προσελαύνοντας τὸν ἰηοῦ, ἀπήγγειλεν ἰωράμῳ προσελαύνουσιν ἱππέων ἴλαι. ὁ δὲ λοιπὸς σκέλλοσιν σκοπεμφθήναί τινα ἱππέων ὑπαντησόμενον, καὶ τίς ἐστιν ὁ προσιὼν γνωσόμενον. ἐλθὼν δὲ πρὸς τὸν ἰηοῦ ὁ ἱππεὺς, ἐπηρώτα περὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, συνδήσεσθαι γὰρ ταῦτα τὸν βασιλέα. ὁ δὲ μηδὲν μᾶλλον περὶ τούτων πολυπραγμονεῖν σκέλλοσιν, ἕπεσθαι δὲ αὐτῷ. ταῦθ' ὁ σκοπὸς ὁρῶν, ἀπήγγειλεν ἰωράμῳ τὸν ἱππέα συγκατεμιγῆναι τῷ πλήθει τῶν προσιόντων, σὺν ἐκείνοις πορεύεσθαι. πεμψάντος δὲ καὶ δεύτερον ὑπὸ βασιλέως, ταὐτὰ πάλιν προσέταξεν ἰηοῦς. ὡς δὲ καὶ τοῦτ' ἐδήλωσεν ὁ σκοπὸς ἰωράμῳ, πολὺ πᾶσον αὐτὸς ὑπιππεὺς ἅρματος σὺν ὀχοζίᾳ τῷ τῶν ἱεροσολύμων βασιλεῖ, παρελθὼν δὲ αὐτοὺς ὡς ἐφήμην ἐμπεσόντα ὀψόμενος αὐτὸν, πῶς ἐκ τραύματος ἔχοι. ἀβὲ συγγνώμην, ἐξῆλθεν ὑπαντιάσων, σχολαίτερον τε καὶ μετὰ τάξεως ὥδευεν ἰηοῦς. καταλαβὼν δὲ ἐν ἀγρῷ ναβούθου τὸν ἰωράμου, ἐπυνθάνετο εἰ πάντα ἔχοι καλῶς τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον. βλασφημήσαντος δὲ πικρῶς αὐτὸν ἰηοῦ, ὡς καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ φαρμακὸν καὶ πορνεῖαν ἀποκαλέσαι, δείσας ὁ βασιλεὺς τὴν ἀβχοσίαν αὐτοῦ, καὶ μηδὲν ὑγιὲς φρονεῖν αὐτὸν ὑπονοήσας, στρέψας ὡς εἶχε τὸ ἅρμα, ἔφυγε, φήσας πρὸς ὀχοζίαν ἐνέδρα καὶ δόλῳ καταστρατηγεῖσθαι. ἰηοῦς δὲ τοξεύσας αὐτὸν, καταβάλλει, τὸ βέλος ἀβὲ τῆς καρδίας ἐκχεθὲν. καὶ ἰωράμος μὲν ὑπὸ τοῦς πόσιν ὑπὸ γόνυ τὴν ψυχὴν ἀφῆκεν. ἰηοῦς δὲ πρόσω ἄξε βαδάκῳ τοῦ τῆς τρίτης μοίρας ἡγεμόνι, ῥίψαι τὸν ἰωράμου νεκρὸν, εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ ναβούθου, ἀναμνήσας αὐτὸν τῆς ἠλίᾳ προφητείας ἣν ἐπαχάβῳ τῷ πατρὶ αὐτοῦ τὸν ναβώθου ἀποκτείναντι προεφήτευσεν, ὡς ἀπολεῖται αὐτός τε καὶ τὸ γένος αὐτοῦ, ἐν τῷ σκείνου χωρίῳ. ταῦτα γὰρ καθεζομένους ὀπίσθεν τοῦ ἅρματος τοῦ ἀχάβου λέγοντος ἀκούσαντα προφήτου. καὶ δὴ τόδε συμβὰν ἡνύσθη, τῇ τῶν προρρήσεων τῷ σκείνου. πεσόντος δὲ ἰωράμου, δείσας ὡς τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὀχοζίας, τὸ ἅρμα εἰς ἑτέραν ὁδὸν ἐξέκλινε, λησεσθαι τὸν ἰηοῦ ὑπολαβών. ὁ δὲ διωκίωξας καὶ καταλαβὼν ἔν τινι πρόσβασει, τοξεύσας ἔπεσεν. καταλιπὼν δὲ τὸ ἅρμα, καὶ διφρὰς ἵππων φεύγει τὸν ἰηοῦ εἰς μαγεδδώ. κἀκεῖ θεραπευόμενος μετ' ὀλίγον ὑπὸ πληγῆς τελευτᾷ. κομισθεὶς δὲ εἰς ἱερουσάλυμα, τῆς ἐκεῖ ταφῆς τυγχάνει, βασιλεύσας μὲν ἐνιαυτὸν ἕνα, πατρὸς δὲ καὶ χείρων τοῦ πατρὸς ἡγεμών.

Κεφάλαιον ς'.

Οτι ὁ ἰηοῦς ἐβασίλευσε τῶν ἰσραηλιτῶν ἐπὶ σεμαρείᾳ ἔτη κθ', καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ὑπὸ ἡμέρας τέσσαρας.

Τοῦ δὲ ἰηοῦ ἐλθόντος εἰς ἰεσράελα, κοσμησαμένη ἰεζαβέλα, καὶ σίσα ὑπὸ τοῦ πύργου, καλὸς εἶπε δοῦλος ὁ ἀποκτείνας τὸν δεσπότην. ὁ δὲ ἀναβλέψας πρὸς αὐτὴν, ἐπυνθάνετο τίς ἐστι

A

CAP. V.

Joramus à Jeu magistro equitum cum tota stirpe occiditur, & cum eo Hierosolymitanus rex Ochozias.

Milites vero læti imperata faciunt, & omnes vias obsident, ne quis ad Joramum, illis insciis, pervenire, &, quid agatur, renunciare valeat. Jeus interim stipatus equitum lectissimis, B ad Jesraelem sublimis curru propere vehitur, quo jam appropinquante, speculator à rege constitutus, ut venientes in urbem observet, ubi vidit Jeum cum turmis advehi, renunciavit Joramo, adventare agmen equitum. illi vestigio mittit quendam equitem, qui occurrat & cognoscat, quisnam veniat. ad quos ubi accessit eques, rogat, quid agatur in exercitu. regem enim scire cupere. Jeus jubet illum nihil de hac re esse C solicitum, & ut sequatur se cum aliis. hoc speculator cum vidisset, renunciat Joramo, equitem illum admixtum agmini iter facere cum illis. mox & alterum à rege missum Jeus idem jubet facere. ut verò & hoc per speculatorem Joramus didicit, postremo ipse, consenso curru cum Ochozia Hierosolymorum rege, quem ut cognatum invisendi gratia illo venisse diximus, D exivit illi obviam. nam lentè & composito agmine Jeus incedebat. Hunc Joramus in suburbano Nabuthi nactus, rogat, satin' salvæ sint res in exercitu. à quo amarulento convicio exceptus, & veneficæ meretricis filius appellatus, facile cogitans nihil sani eum habere in animo, flexis habenis, cœpit fugere, dicens Ochoziæ, circumventos se dolo ac insidiis. Jeus vero sagitta per E cor transfixum de curru eum præcipitat. mox Badaco tertiæ partis exercitus præfecto imperat, ut cadaver Jorami in Nabuthi agrum projiciat, prophetiam Eliæ in mentem ei revocans, qua patri hujus Achabo prædixerat, fore, ut aliquando ipse & ejus familia in eo loco pereat. id enim se tum ex ore prophetæ audivisse, cum post tergum Achabi in eodem curru sederet. id quod etiam ita ut prædictum fuerat, evenit. Cæso autem Joramo, Ochozias suæ quoque saluti metuens, currum in aliam viam deflexit, latere se Jeum existimans. At ille assecutus eum ad quendam clivum, sagitta ictum sauciat. qui, relicto curru, equum propere conscendit, & continuato cursu delatus est in Magedonem oppidum, ubi paulo post ex eo vulnere mortuus, relatusque Hierosolyma, illic sepultus est, cum regnasset G anno uno, patre suo longe sceleratior.

CAP. VI.

Jeus inter Israelitas regnat apud Samariam, & post eum usque quartam generationem ejus progenies.

Jeu vero veniente Jesraelam, Jezabela ornatu regio stans in turri, ô servum egregium, inquit, qui dominum suum occidit. Ille suspiciens rogavit eã, quænam esset, jubens ad se descẽdere.

tandem eunuchis ipsius imperat, ut eam de turri dent præcipitem. quæ inter cadendum, cruentatis mœnibus, ubi solum attigit, ab equitibus conculcata & obtrita periit. post hæc Jeus ingressus regiam cum amicis, refecit se ab itinere, mandavitque Jezabelæ famulis, ut eam sepelirent in honorē generis, qvod nata esset è regibus: qui nihil reliqvum invenerunt de cadavere, præter manus & faciem, consumptis cæteris a canibus. his auditis, Jeus admiratus est Eliæ mentem divinam, qui eam reginam in hac ipsa urbe malè
4. Reg. 10. perituram prædixerat. Et quia septuaginta liberi Achabi apud Samariam educabantur, binas eo literas Jeus, alteras ad eorum pædagogos, alteras ad urbis magistratus misit: in quibus hortabatur, ut quandoquidem arma, viri, eqvi & currus illis non deessent, creato ex eo numero rege, qui per ætatem maxime videri posset idoneus, in domini interfectores vindicent. Id faciebat, ut experiretur, qvomodo Samaritæ erga se animati essent. Magistratus autem & pædagogi, lectis literis, extimuerunt, & cogitantes se huic, qui duos maximos reges oppressérat, esse impares, rescripserunt ipsum esse dominum, se verò imperata ejus paratos facere. Ille rursum rescripsit, ergo Achabi filiorum capita præcisa ad se mitterent. Tum magistratus, accersitis adolescentum altoribus, imperant, ut, occisis illis, præsecta capita ad Jeum transmittant. illi nihil misserti jussa peregerunt, & congesta in vasis quibusdam plexilibus capita Jesraelam miserunt. Qvæ cum eo perlata essent, renuntiatur cœnanti cum amicis regi, adesse Achabi filiorum capita. ille ante portam ex utroque viæ latere acervos ex eis jussit construi: quo facto, diluculo ad ea visenda progressus, vertit se ad populum: & si ego, inqvit, cum conjuratis dominum meum interfeci, istos omnes quis interfecit? Volebatque eis persuasum, quicquid Achabi generi accidisset, non volente solum, sed prænunciante etiam Deo factum, qui hoc fore jam ante per Eliam vatem ostenderat. Deinde occisis, quotquot etiam apud Jesraelitas ex ea cognatione invenirentur, versus Samariam iter ingressus est. Et cum incidisset in cognatos Ochoziæ regis Hierosolymorum, rogavit, qvonam tenderent. Ajunt se venire salutatum Joramum, & cum eo regem suum Ochoziam. nesciebant enim, utrumque ab eo necatum. illi hos qvoque comprehensos jubet interfici, duos & quadraginta numero. Paulo post occurrit ei vir bonus & justus nomine Jonadabus, vetus amicus ipsius: qui post mutuam salutationem multis verbis prædicavit ejus facinora, quod ex sententia Dei fecerit omnia, dum impiam Achabi familiam extirpet radicitus. Jeus vero suasit ei, ut, conscenso curru, qvo ipse vehebatur, simul intraret Samariam. Visurum enim, qvod neminī malo parceret, sed falsos vates ac sacerdotes,

καὶ καταβάσαν ἦκεν πρὸς αὐτὸν ἐκέλευσε. καὶ τέλος τοῖς δυνούχοις προσέταξεν αὐτὴν ἀπὸ πύργου βαλεῖν. καταφερομένη δὲ, τὸ τεῖχος προσέῤῥανε τοῦ αἵματος, καὶ συμπατηθεῖσα ὑπὸ τῶν ἵππων οὕτως ἀπέθανε. τούτων δὴ γενομένων παρελθὼν Ἰηοῦς εἰς τὰ βασίλεια σὺν τοῖς φίλοις, ἑαυτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ ἀνέκτᾶτο, προσάξας τοῖς οἰκέταις ἱεζάβελαν ζητῆσαι διὰ τὸ γένος. ἦν γὰρ ἐκ βασιλέων. εὗρον δ' οὐδὲν τοῦ σώματος αὐτῆς οἱ προσταχθέντες πλὴν κηδείαν, ἢ μόνα τὰ ἀκροτήρια. τὸ δὲ ἄλλο πᾶν, ὑπὸ κυνῶν ἦν δεδαπανημένον. ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰηοῦς, ἐθαύμασε τὴν ἡλίου προφητείαν. οὕτως γὰρ αὐτῷ εἰς Ἰεσραέλα προεῖπε τὸν τῆς ἀπολέσθαι τρόπον. ἦσαν δ' ἀχάβῳ παῖδες ἑβδομήκοντα, τρεφομένων δ' ἐν σαμαρείᾳ, πέμπει δύο ἐπιστολὰς Ἰηοῦς, τῷ μὲν τοῖς παιδαγωγοῖς, τῷ δ' ἑτέραν, τοῖς ἄρχουσι τῶν σαμαρέων, λέγων ὡς τὸν ἀνδρειότατον τῶν ἀχάβου παίδων, ἀποδείξει βασιλέα. καὶ γὰρ ἁρμάτων τὸ ἀνδρειότατον αὐτοῖς εἶναι πλῆθος καὶ ἵππων καὶ ὅπλων καὶ στρατιᾶς, καὶ πόλεις ὀχυρὰς ἔχειν. καὶ ταῦτα ποιήσαντας, ἀπαρράτευθαι δίκην ὑπὲρ τῆ δεσπότου. ταῦτα δ' ἔφη, διάπειραν βεβουλῆσθαι λαβεῖν τῆς τῶν σαμαρέων διανοίας. ἀναγνόντες δ' οἱ τὰ γράμματα, οἵτε ἄρχοντες καὶ οἱ παιδαγωγοὶ, κατέδεισαν. καὶ λογισάμενοι μηδὲν δύνασθαι ποιεῖν πρὸς τοῦτον, ὃς δύο μεγίστων σκηπτήσε βασιλέων, ἀντιγράψαν ὁμολογοῦντες αὐτὸν ἔχειν δεσπότην, καὶ ποιήσειν ὃ ἂν κελεύσῃ. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἀντιγράψεν, αὖτις τε ὑπακούειν κελεύων, καὶ τῶν ἀχάβου παίδων τὰς κεφαλὰς ἀποτεμόντας πέμψαι πρὸς αὐτόν. οἱ δ' ἄρχοντες, μεταπεμψάμενοι τοὺς τροφεῖς τῶν παίδων, προσέταξαν ἀποκτεῖναι αὐτοὺς τὰς κεφαλὰς ἀποτεμεῖν καὶ πέμψαι πρὸς Ἰηοῦ. οἱ δ' οὐδὲν ὅλως φεισάμενοι, τοῦτο ἐπραξαν. καὶ συνελόντες εἰς τινα σκεπτὰ ἀγέλεια τὰς κεφαλὰς, ἐπέμψαν εἰς Ἰεσράηλα. κομισθεισῶν δὲ τούτων, ἀγγέλεται δειπνοῦντι μετὰ τῶν φίλων τῷ Ἰηοῦ, ὅτι κομισθεῖεν αἱ τῶν ἀχάβου παίδων κεφαλαί. ὁ δὲ πρὸ τῆς πύλης ἐξ ἑκατέρου μέρους συνέλεσεν ἐξ αὐτῶν ἀναξήσας βουνούς. γενομένου δὲ τούτου, ἅμα ἡμέρᾳ πρόεισιν ὁ ὅμιλος, καὶ θεασάμενος ἤρξατο πρὸς τὸν παρόντα λαὸν λέγειν, ὡς αὐτὸς μὲν ὑπὸ τὸν δεσπότου τὸν αὐτοῦ στρατεύσαντε, κἀκεῖνον ἀπέκτεινε. πάντας δὲ πάντας οὐκ αὐτὸς ἀνελεῖν, γινώσκειν δὲ αὐτοὺς ἐξίου πρὸς τῆς ἀχάβου γενεᾶς, ὅτι πάντα κατὰ τὸν τοῦ θεοῦ προφητείαν γέγονε, καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ καθὼς ἡλίας προεῖπεν ἀπόλωλε. προσδιαφθείρας δὲ καὶ τοὺς ὧδε τῆς ἱερουσαλήτας εὑρεθέντας ἐκ τῆς ἀχάβου συγγενείας εἰς σαμάρειαν εἰσεπορεύετο. κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν, τῆς ὀχοζίου συμβαλὼν οἰκείοις τοῦ βασιλέως τῶν ἱεροσολύμων ἀνέκρινεν αὐτοὺς τί ποτε παρεγένοντο. οἱ δ' ἀπαντήσαντές τε ἰώραμον καὶ τὸν αὐτῶν βασιλέα ὀχοζίαν ἥκειν ἔφασκον. οὐ γὰρ ἤδεισαν αὐτοὺς ἀμφοτέρους ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένους. Ἰηοῦς δὲ καὶ τούτους συλληφθέντας ἀναιρεθῆναι προσέταξεν, ὄντας τὸν ἀριθμὸν, τεσσαράκοντα δύο. σωσαντα δ' αὐτῷ μὴ τούτους, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δίκαιος ἰωνάδαβος ὄνομα, φίλος αὐτοῦ πάλαι γενόμενος, ὃς ἀσπασάμενος αὐτὸν, ἐπαινεῖν ἤρξατο, πάντα πεποιηκέναι κατὰ βούλησιν θεοῦ, τῷ οἰκίαν ἐξαφανίσαντα τῷ ἀχάβου. Ἰηοῦς δ' ἀναβάντα ὅπη τὸ ἅρμα, συνεισελθεῖν αὐτὸν εἰς σαμάρειαν παρεκάλει,

λέγων ὑπιδείξειν, πῶς οὐδενὸς φείσεται πονηροῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας καὶ τοὺς ψευδιερεῖς, καὶ τοὺς

καὶ τοὺς ἐξαπατήσαντας τὸ πλῆθος, ὡς τὸν μὲν τοῦ μεγίστου θεοῦ θρησκείαν ἐγκαταλείπειν, τοὺς δὲ ξενικοὺς προσκυνεῖν, πιμωρήσεται. κάλλιστον δ' εἶναι θεαμάτων, καὶ ἥδιστον ἀνδρὶ χρηστῷ καὶ δικαίῳ κολαζομένους πονηρούς. τούτοις πειθὴς ὁ Ἰωνάδαβος ἀναβὰς εἰς τὸ ἅρμα, εἰς Σαμάρειαν ᾤχετο συν' αὐτῷ. ἀναζητήσας δὲ πάντας τοὺς Ἀχάβου συγγενεῖς ἰοὺς, ἀπέκτεινεν. βουλόμενος δὲ, μηδένα τῶν ψευδοπροφητῶν, μηδ' ἱερέων τῶν Ἀχάβ θεῶν τιμωρίαν ἀφυγεῖν, ἀπάτῃ καὶ δόλῳ πάντας αὐτοὺς συνέλαβεν. ἀθροίσας γὰρ τὸν λαὸν ἔφη, διπλασίονες ὢν Ἀχάβου θεῶν εἰσηγήσασθαι προσκυνεῖν, καὶ τοὺς ἐκείνων ἱερεῖς καὶ προφήτας ἠξίου καὶ δούλους αὐτῷ παρεῖναι. θυσίας γὰρ πολυτελεῖς καὶ μεγάλας ἅπασι τοῖς Ἀχάβου θεοῖς, τὸν δ' ἀποληφθέντα τῶν ἱερέων, θανάτῳ ζημιώσειν. ὁ γὰρ θεὸς Ἀχάβου, Βααλ ἐκαλεῖτο. τάξας δ' ἡμέραν, καθ' ἣν ἔμελλε ποιήσειν τὰς θυσίας, διέπεμψεν ἀνὰ πᾶσαν τὴν τῶν Ἰσραηλιτῶν χώραν, τοὺς ἄξοντας πρὸς αὐτὸν τοὺς ἱερεῖς τοῦ Βααλ, καὶ ἐκέλευσε τοῖς ἱερεῦσι δοῦναι πᾶσιν ἐνδύματα. λαβόντων δὲ, παρελθὼν εἰς τὸν οἶκον μετὰ φίλου Ἰωναδάβου, μήτις ἐν αὐτοῖς ἀλλόφυλος εἴη καὶ ξένος, ἐρωτήσας προέταξεν. οὐ βουλόμενος γὰρ τοῖς ἱεροῖς αὐτῶν ἀλλότριον προσπαγχάνειν. τῶν δὲ εἰπόντων μὴ οὐδένα παρεῖναι ξένον, καταρξαμένων δὲ τῶν θυσιῶν, προεῖσησεν ἔξωθεν ὀγδοήκοντα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρας, οὓς ἤδει πιστοὺς τῶν ὁπλιτῶν. κελεύσας αὐτοῖς ἀποκτεῖναι τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ νῦν τοῖς πατρίοις ἔθεσι τιμωρεῖν πολλῷ ἤδη χρόνῳ ὠλιγωρημένοις, ἀπειλήσας ὑπὲρ τῶν ἀφυγόντων τοὺς ἐκείνων ἀφαιρεθήσεσθαι ψυχάς. οἱ δὲ τούς τε ἄνδρας πάντας κατέσφαξαν, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως ἐμπρήσαντες, ἐκάθηραν οὕτως ἀπὸ τῶν ξενικῶν θεῶν τὴν Σαμάρειαν. οὕτως ὁ Βααλ, τυρίων ὢν θεός. Ἀχάβου δὲ τοῦ μὲν ἱεροῦ βουλόμενος χαρίσασθαι Ἰθοβάλῳ τυρίων ὄντι βασιλεῖ καὶ σιδωνίων, ναὸν τε αὐτῷ κατεσκεύασεν ἐν Σαμαρείᾳ καὶ προφήτας ἀπέδειξε, καὶ πίστις θρησκείας ἠξίου. ἀφανισθέντος δὲ τούτου τοῦ θεοῦ, τὰς ξυσὰς δαμάλεις προσκυνεῖν τοῖς Ἰσραηλίταις ἐπέτρεπε. ταῦτα διαπραξαμένῳ καὶ προνοήσαντι τῆς κολάσεως τῶν ἀσεβῶν, ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου προεῖπεν, ὅτι τέσσαρας γενεὰς τοὺς παῖδας αὐτοῦ βασιλεύσειν τῶν Ἰσραηλιτῶν. καὶ τὰ μὲν περὶ Ἰηοῦν ἐν τούτοις ὑπῆρχε.

qui populo ſeducto autores fuerint, relicta patria religione, externa ſacra ſuſpiciendi, ad unum omnes ſupplicio dederet. jucundiſſimum ſpectaculum fore viro bono, inſpicere malos dantes meritas pœnas anteactorum ſcelerum. Paruit regi Jonadabus, & eodem curru cum eo Samariam pervectus eſt. At Jeus, quantum cognatorum Achabi, diligenti inquiſitione facta, inibi reperit, omnes ad mortem adegit. cumque cuperet neminem è falſis prophetis & ſacerdotibus profanis evadere, dolo univerſos circumvenit. Convocato enim populo, ait ſe omnes Achabi religiones duplicare velle, idque ut ex ſententia ſacerdotum ipſius & prophetarum fiat, debere omnes ejus ordinis ad ſe convenire. Celebrandum enim ſolennibus victimis diem feſtum Bali: quo nomine Achabi Deus vocatur. ab ea feſtivitate ſi quis ſacerdotum abfuerit, capitale fore. dimiſſis deinde per omnem Iſraelitarum ditionem, qui ſacerdotes ad ſtatum diem Samariam deducerent, juſſit omnibus veſtes donari. eas cum accepiſſent, venit in ædem, ubi erant, Jonadabo etiam comitatus, & adhibuit, qui ſcrutarentur, ne quis alienus admixtus ſit: nolle ſe dicens, ut ſacris eorum alienus ac profanus ullus ſeſe ingerat. illis verò negantibus, quemquam talem adeſſe, & jam ſacra ſua parantibus aggredi, foris octoginta viros è fidiſſimis armat: quibus mandat, ut pſeudoprophetas omnes interimant, & patrios ritus tam diu neglectos ulciſcantur, interminatus, quicunque aliquem eorum elabi permiſerit, vicarium pro illo moriturum. Illi vero omnes ad unum necaverunt, &, regia ipſa incenſa, urbem externis ſacris profanatam purificaverunt. Iſte Bal Tyriorum deus erat, quem Achabus in gratiam Ithobalis Tyriorum ac Sidoniorum regis ſoceri ſui coluit, templo ei Samariæ dedicato, & prophetis cum reliquo cultu aſſignatis. hujus ſacris abrogatis, Jeus aureas tamen vaccas Iſraelitis adorare permiſit. Nec tamen ingrata Deo fuit ejus in impios animadverſio, qui per prophetam ſuum ſignificavit, per quatuor generationes poſteros ejus apud Iſraelitas regnaturos.

Κεφάλαιον ζ'.

Ὡς γοθολία τῶν ἱεροσολυμιτῶν ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτὰ, καὶ ἀνελὼν αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς τὸν ἐξ αὐτῆς παῖδα βασιλέα ἀπέδειξεν.

Γοθολία ἡ Ἀχάβου θυγάτηρ, ἀκούσασα τὸν ἰωράμου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ τοῦ ὀχοζίου τοῦ παιδὸς, καὶ ἅμα τῶν βασιλέων ἀπώλειαν, ἐπεβούλευε μηδένα τῶν ἐκ τοῦ Δαβίδου καταλειπεῖν οἴκου, πᾶν δὲ ἐξαφανίσαι τὸ γένος, ὡς ἂν μηδὲ εἷς ἐξ αὐτοῦ βασιλεύς ποτε γένοιτο. καὶ τοῦθ' ὡς μὲν ᾠήθη διεπράξατο. διεσώθη γάρ τις υἱὸς ὀχοζίου, τρόπῳ δὲ τοιούτῳ τῷ παλαιῷ διέφυγε. Ἰωσαβὲθ ὀχοζία ὁμοπάτριος ἀδελφὴ ὠνομάσθη ὄνομα. ταύτῃ συνὼν ὁ ἀρχιερεὺς Ἰωάδαβος.

CAP. VII.

Gotholia per ſummum nefas Hieroſolymis regnum occupat, qua poſt ſextum annum cæſa, pontifex Ochoziæ filium regem conſtituit.

DUM Jeus homines nefarios in hunc modum perſequitur, Gotholia regis Achabi filia, comperta filii morte & generis ſui pernicie, decrevit etiam è Dayidis familia neminem ſuperſtitem relinquere, ne quis hujus ſanguinis poſthac Hieroſolymis regnum obtineat: id qvod, quantum in ipſa fuit, perfecit. Servatus tamen eſt unus Ochoziæ filius ad hunc ferme modum. Erat Ochoziæ germana ſoror, Joſabetha nomine, pontifici Joado nupta. VII. 4. Reg. 11.

hæc regiam ingreſſa, cum inter cæſorum cadavera latentem nutricis opera anniculum puerum Joaſum deprehendiſſet, ablatum furtim domi in ſuo cubiculo abdidit, &, ſolo marito conſcio, ſex annis in templo clam aluit, quamdiu Gotholia Hieroſolymorum & duarum tribuum regnum tenuit. Septimo demum anno Joadus cum quinque centurionibus conjurat, ut, communicatis operis, ademptum Gotholiæ regnum ad puerum transferant: dataque & accepta ſilentii fide, ſpei pleni negocium hoc modo aggrediuntur: centuriones Joado ad hoc facinus adſciti, peragrata tota regione, ſacerdotes ac Levitas & aliquot in ſuis tribubus potentiores Hieroſolyma nomine pontificis evocatos ſecum adducunt. ille habere ſe utile reipublicæ conſilium ait, aperturumque eis, ſi id apud ſe continere velint: opus enim eſſe non ſilentio tantum, ſed etiam auxilio. Cumque ſacramentum ab eis accepiſſet, tutò ſe poſſe, quicquid vellet, dicere, producto puero Davidici generis, quem alebat: Hic eſt, inquit, rex veſter, ex illa natus familia, quam ſcitis Deum prædixiſſe regnaturam in perpetuum. Itaque cenſeo tertiam veſtrum partem cuſtodiam ejus in templo agere, tertiam item omnia templi loca opportuna occupare: eam verò, quæ ſupereſt, patentem portam, qua itur in regiam, ſervare. reliqua vero multitudo in templo inermis ſit, neque quenquam cum armis intrare ſinite, qui non ſit ſacerdos. præterea certos è ſacerdotibus ac Levitis ſelectos mandavit ſatellitii more ſtrictis gladiis regem ſtipare, & ſi quis armatus in templum irrumpere auſit, incunctanter occidere, & poſito omni metu ſervandi tantum regis curam gerere. illi, approbato pontificis conſilio, rem ſtatim aggrediuntur. Joadus verò, aperto armamentario, qvod David in templo inſtruxerat, diſtribuit centurionibus & ſacerdotibus ac Levitis, quantum ibi haſtarum invenit & pharetrarum, & ſi quod aliud armorum genus aderat. atque ita armatos templo circundedit, conſertis invicem manibus, ut ab ingreſſu, qvos intereſſe non oportebat, excluderent. adductoque in medium puero, corona regia caput redimitum, & inunctum ſacro oleo, regem pronunciat. populus quoque gaudens ſimul & plaudens fauſtis acclamationibus vitam & victoriam novo regi congeminat. Tumultus hic & acclamationes præter ſpem ad aures Gotholiæ venientes effecerunt, ut, vehementer perturbato animo, cum ſatellitio proſiliret à regia. Venientem deinde in templum ipſam quidem ſacerdotes admittunt, ſed armatos eam ſequentes arcuerunt illi, qui ad hoc ipſum templo à pontifice circumdati fuerant. Cæterum Gotholia, poſtquam puerum vidit in ſuggeſtu ſtantem, redimitumque corona regia, diſciſſa veſte ſua, magno clamore jubet interfici inſidiatorem, & occupatorem tyrannidis. Joadus contra, accitis centurionibus, jubet mulierem arripi, duciq; in torrentem Cedronis, atq; illic pœnas luere.

A εἰσελθοῦσα ἡ εἰς τὸ βασίλειον, καὶ τοῖς ἀποσφαγμένοις τὸν ἰώασον, τοῦτο δὲ προσηγορεύετο τὸ παιδίον ἐναύσιον, ἐγκεκρυμμένον ὑφ' οὗσι μὴ τῆς τροφεύσης, βαστάσασι μετ' αὐτῆς εἰς τὸ ταμιεῖον, ἀπέκλεισε. καὶ λαυθάνοντες ἀνέθρεψαν αὐτὴ τε, καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἰώαδος ἐν τῷ ἱερῷ ἔτεσιν ἓξ, οἷς ἐβασίλευσε γοθολία τῶν ἱεροσολύμων, καὶ τῶν δύο φυλῶν. τῷ δ' ἑβδόμῳ ἔτει κοινολογησάμενος τισὶ ἰώαδος πέντε τῶν

B ἀρχόντων ἑκατοντάρχας, καὶ συμπείσας αὐτοὺς συνεπιθέσθαι μὲν τοῖς κατὰ τῆς γοθολίας ἐγχειρουμένοις, τὴν δὲ βασιλείαν τῷ παιδὶ συμφυλάξαι, καὶ λαῶν ὅρκους οἷς τὸ ἀδεὲς ἔδωκε τῶν συνεργούντων βεβαιοῦντας, τὸ λοιπὸν ἐθαῤῥεῖ τοῖς κατὰ τῆς γοθολίας ἐλπίσιν. οἱ δ' ἄνδρες οὓς ὁ ἱερεὺς ἰώαδος κοινωνοὺς τῆς πράξεως παρείληφε, παρελθόντες εἰς ἅπασαν τὴν χώραν τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς λευίτας ἐξ αὐτῆς ἀθροίσαντες καὶ τοὺς τῶν φυλῶν προεστηκότας, ἦκον

C ἄγοντες εἰς ἱεροσόλυμα πρὸς τὸν ἀρχιερέα. ὁ δ', πίστιν ἤτησεν αὐτοὺς ἔνορκον, ἣ μὲν φυλάξειν ὅπερ ἂν μάθωσιν ἀπόῤῥητον παρ' αὐτοῦ, σιωπῆς ἅμα καὶ συμπράξεως δεόμενον. ὡς δ' ἀσφαλὲς αὐτῷ λεχθὲν ὑμωμοκότων ἐγένετο, φανεροῖ τὸν ἐκ Δαβίδου γόνους ἐτρέφεν, ὅτι ὑμῖν, εἶπε, βασιλεὺς, ἐξ ἐκείνης τῆς οἰκίας ἧς ἔστε θεὸν ὑμῖν προφητεύσαντα βασιλεύειν ἄρχει τὸ πάντας χρόνου. παραινῶ δὲ τὴν τρίτην ὑμῶν μοῖραν φυλάττειν αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ,

D τὴν δὲ τετάρτην τῆς φυλακῆς ἐφεξῆναι τὴ πύλῃ τοὺς ἀπόντας. ἡ δὲ μὴ τὴν τρίτην ἐχέτω τὴν τῆς ἀνοημένης καὶ φερούσης εἰς τὸ βασίλειον πύλης φυλακήν. τὸ δ' ἄλλο πλῆθος ἄοπλον ἐν τῷ ἱερῷ τυγχανέτω. μηδ' ἕνα δ' ὁπλίτην εἰσελθεῖν ἑαυτοῦ ἢ μόνον ἱερέα. προσδιετάξατο δὲ τούτοις μέρος τι τῶν ἱερέων καὶ λευίτας περὶ αὐτὸν εἶναι τὸν βασιλέα, τῆς μαχαίρας αὐ-

E τῶν ἐσπασμένους δορυφορεῖν τὸν δὲ παραβαίνοντα παρελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν ὡπλισμένον ἀναιρεῖσθαι θανατικῶς, δείσαντες δὲ μηδένα θωρηκτὸν τῇ φυλακῇ τὸ βασιλέως. καὶ οἱ μὲν, οἷς ὁ ἀρχιερεὺς συνεβούλευσε τούτοις πειθόμενοι, ἔργῳ τὰ προαιρέσεις ἐδήλωσαν. ἀνοίξας δὲ ἰώαδος τὴν ἐν τῷ ἱερῷ ὁπλοθήκην τοῦ δαβίδου κατεσκεύασε, διεμέρισε τοῖς ἑκατοντάρχαις ἅμα καὶ ἱερεῦσι καὶ λευίταις ἅπασι ὅσα εὗρεν ἐν αὐτῇ δόρατά τε καὶ φαρέτρας, καὶ ἕτι

F ἕτερον εἶδος ὅπλων κατέλαβε. καὶ καθωπλισμένους ἔστησεν ἐν κύκλῳ πρὸ τοῦ ἱεροῦ σπασάμενους τὴν χεῖρα καὶ τὴν εἴσοδον τοῖς οὐ προσήκουσιν οὕτως ἀποτειχίσαντας. σπασαγάγοντες δὲ τὸν παῖδα εἰς τὸ μέσον, ἐπέθηκαν αὐτῷ τὸν στέφανον τὸν βασιλικόν. καὶ τῷ ἐλαίῳ χρίσας ἰώαδος ἀπέδειξε βασιλέα. τὸ δὲ πλῆθος χαῖρον καὶ κροταλίζον ἔδοξε σώζεσθαι τὸν βασιλέα. τῆ δὲ θορύβου καὶ τῶν ἐπαίνων γοθο-

G λία παρ' ἐλπίδας ἀκούσασα, τεταραγμένη σφόδρα τῇ διανοίᾳ μὴ τῆς ἰδίας ἐξεπίθησε θρεπτὰς ἐκ τοῦ βασιλείου. προσχωμούσης δὲ εἰς τὸ ἱερὸν αὐτῇ οἱ μὲν ἱερεῖς εἰσδέχονται. τοὺς δ' ἑπομένους ὁπλίτας εἴρξαν εἰσελθεῖν οἱ περιεστῶτες ἐν κύκλῳ τῶν ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως τοῦτο προστεταγμένων. ἰδοῦσα δὲ γοθολία τὸν παῖδα ὑπὲρ τῆς σκηνῆς ἑστῶτα, καὶ τὸν βασιλικὸν περικείμενον στέφανον, περιῤῥηξαμένη καὶ δεινὸν ἀνακράζουσα, φονεύειν ἐκέλευε τὸν ἐπιβουλεύσαντα αὐτῇ, καὶ τὴν δεχθεῖσαν ἀφελέσθαι σπουδάσαντα. ἰώαδος δὲ καλέσας τοὺς ἑκατοντάρχας, ἐκέλευσεν αὐτοὺς ἀγαγόντας τὴν γοθολίαν εἰς τὴν φάραγγα τοῦ κεδρῶνος, ἀνελεῖν ἐκεῖ.

μὴ δὲ

μὴ δὲ βούλεσθαι μιάναι τὸ ἱερὸν αὐτὸ θανάτου τοῦ ἀληθείαν
τιμωρησαμένων. προσέταξε δὲ, κἂν βοηθῶν τις προσ-
έλθοι, κἀκεῖνον ἀνελεῖν. λαβόμενοι τοίνυν τῆς γοθολίας
οἱ προσταγμένοι τοῦ ἀναιρεσιν αὐτῆς ἔξω τὴν πύ-
λην τῶν ἡμιόνων τοῦ βασιλέως ἤγαγον, κἀκεῖ διεχρή-
σαντο. ὡς δὲ τὰ περὶ τὴν γοθολίαν τὸν ἐγκρατῆ τὸν
τρόπον, συγκαλέσας τὸν δῆμον καὶ τοὺς στρατίτας ἰωά-
δος εἰς τὸ ἱερὸν, ἐξώρκησεν αὐτοὺς τὴν βασιλέα, καὶ προ-
νοεῖν αὐτοῦ τῆς σωτηρίας, καὶ τῆς ἐπὶ πλεῖον ἀρχῆς. ἔ-
πεισε αὐτὸν τὸν βασιλέα τιμήσειν τὸν θεὸν, καὶ μὴ παρα-
βαίνειν τοὺς μωυσέως νόμους, δοὺς αὐτοῖς πίστιν ἐὰν ἀγάπασι. καὶ
μετὰ ταῦτα εἰσέβαινον τὸν δὲ βααλ οἶκον, ὃν ἡ γοθολία
καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἰωράμος κατεσκεύασεν, ἐφ' ὕβρει μὲν
τοῦ παντὸς θεοῦ, τιμῇ δὲ τοῦ ἀχάβου, κατέσκαψαν, καὶ τὸν
ἔχοντα τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ ματθὰν ἀπέκτειναν. τὴν
δὲ ἐπιμέλειαν καὶ φυλακὴν τοῦ ἱεροῦ τοῖς ἱερεῦσι καὶ
λευίταις ἐπέτρεψεν ἰωάδος, καὶ τὰ διαταγέντα τοῦ βασιλέως
διέταξεν, κελεύσας αὐτοὺς δὶς τῆς ἡμέρας ἐπιφέρειν
τὰς νενομισμένας τῶν ὁλοκαυτώσεων θυσίας, καὶ θυμιᾶν
ἀκολούθως τοῦ νόμου. ἀπέδειξε δὲ τῶν λευιτῶν τινὰς καὶ
πυλωρὸς ἐπὶ φυλακῇ τοῦ τεμένους, ὡς μηδένα μεμια-
σμένον παρεῖναι λανθάνοντα. τούτων δὲ ἑκάστοις διδάσ-
ξας, μετὰ τῶν ἑκατοντάρχων καὶ ἡγεμόνων καὶ τοῦ λαοῦ
παντὸς ἐκ τοῦ ἱεροῦ κατέβη τὸν ἰωάσον εἰς τὸ
βασίλειον, καθίσαντες εἰς τὸν βασιλικὸν θρόνον ἐ-
πεφήμισέ τε τὸ πληθος, καὶ πρὸς εὐωχίαν τραπέντες
ἐπὶ πολλὰς ἑορτάσειν ἡμέρας, ἡ μὲν πόλις, ἐπὶ τοῦ
τῷ γοθολίαν ἀποθανεῖν, ἡσυχίαν ἦγεν. ἐπὶ δὲ ἰωάσος
ἐπὶ τὸν βασιλείαν παρέλαβεν, ἐτῶν ἑπτά. μήτηρ δὲ ἦν
αὐτῷ τὸ μὲν ὄνομα σαβία, πατρίδος δὲ βηρσαβεέ. πολ-
λοῦ δὲ ἐπιμείσαντα τῶν νόμων φυλακὴν, καὶ πρὸς τὸν τοῦ
θεοῦ θρησκείαν φιλοτιμίαν, ὅσον πάντα χρόνον ὧν ὁ ἰωά-
δος ἔθρεψεν. ἔγημε δὲ καὶ γυναῖκας δύο παρελθὼν εἰς
ἡλικίαν ὄντος δὲ ἀρχιερέως. ἐξ ὧν καὶ ἄρσενες αὐτῷ
θυγάτηρ παῖδες ἐγένοντο. τὰ μὲν οὖν πρὸς τὸν βασι-
λέως ἰωάσου ὡς τὸν τῆς γοθολίας ἐπιβουλὴν διέφυ-
γε, καὶ τὸν βασιλείαν παρέλαβεν, ἐν τούτοις δεδηλώ-
καμεν.

Κεφάλαιον ή.

Ἀζάηλος δαμασκηνῶν βασιλέως ἐπὶ τοὺς ἰσραηλίτας, καὶ ὕστερον ἐπὶ τοὺς ἱεροσολυμίτας, στρατεία.

Ἀζάηλος δὲ ὁ τῶν σύρων βασιλεὺς πολεμῶν τοῖς ἰσ-
ραηλίταις, καὶ τοῦ βασιλέως αὐτῶν ἰηοῦ, διέφθειρεν
τῆς πέραν ἰορδάνου χώρας, τὰ πρὸς τὴν ἀνατολὴν
τῶν ῥουβηνιτῶν, καὶ γαδιτῶν, καὶ μανασσιτῶν, ἔστι
δὲ τὴν γαλααδίτιν καὶ βατανέαν, πυρπολῶν πάντα
καὶ ἁρπάζων, καὶ τοῖς εἰς χεῖρας ἀπαντῶσι θέαν προσφέ-
ρων. ἀφεῖλε δὲ αὐτὸν ἰηοῦς ἀμυνάσθαι κακοῦντα τὴν
χώραν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸ θεῖον ὑστερούσης ψυχῆς,
καὶ καταφρονήσας τῆς ἐσίας καὶ τῶν νόμων ἀπέστησε
βασιλεύσας ἔτη τῶν ἰσραηλιτῶν ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. ἐπέ-
φηνε δὲ ἐν σαμαρείᾳ, τῆς δεχῆς παραδόχον ἰωάζον τὸν
υἱὸν καταλιπών. τὸν δὲ τῶν ἱεροσολύμων βασιλέα
ἰωάσον ὁρμῆσαι ἔλαβεν τὸν νεὼν ἀνακαθίσαι τῷ θεοῦ
καὶ τὸν ἀρχιερέα καλέσας ἰωάδον εἰς ἅπασαν ἐπέλθω-
σε πόλιν τοῦ χώραν τοὺς λευίτας καὶ ἱερεῖς αἰτή-
σοντας ὡσεὶ ἑκάστης κεφαλῆς ἡμίσικλον ἀργυροῦν,
εἰς ἐπισκευὴν καὶ ἀνανέωσιν τοῦ νεοῦ, καταλυθέντος
ὑπὸ τοῦ ἰωράμου καὶ γοθολίας καὶ τῶν παίδων αὐτῆς.

neque enim fas esse templum veneficæ supplicio pollui. mandavit etiam, si quis ei conetur ferre suppetias, & ipsum pariter interimi. Illi igitur, quibus hoc demandatum est, eductam extra portam mulorum regis illic interficiunt. Ut verò conspiratio contra Gotholiam successit, Joadus, convocato populo ac militibus in templum, omnes sacramento ad fidem regis adegit, incolumitati ipsius tuendæ, regnoque augendo daturos operam. eodem jurejurando mox regem astrinxit ad divini numinis reverentiam, & ad observationem legum, quas Moyses cœlitus acceptas ad populum pertulit. post hæc ad ædem Baali sacram concurritur, quam Gotholia cum marito Joramo construxerat, in veri Dei contumeliam, & ad Achabi gratiam: eam populus à fundamentis diruit, & Mathanem, qui tum sacerdotium ejus tenuit, trucidavit. Templi verò curam & custodiam sacerdotibus ac Levitis juxta Davidis regis institutum Joadus commisit, jussitque, ut bis singulis diebus solenne offerrent sacrificium, suffitum juxta præscripta legis facerent. Deinde qvosdam è Levitarum numero janitores ad custodiam templi constituit, ne quis pollutus posset intro subrepere. Hæc ubi ad hunc modum disposuit, cum centurionibus & ducibus totoque populo ex templo Joasum in regiam deduxit: cumq; collocato in solio denuo alacriter acclamatum esset, populus ad epulas conversus festivitatem per aliquot dies egit, omnibus sceleste mulieris cædem libenter ferentibus. Erat Joas, cum in regnum adsciretur, annorum septem, matre natus Sabia, ex oppido Bersabe oriunda. fuit autem legum & divini cultus observantissimus, toto tempore, quo Joadus fuit superstes: duxitque uxores duas, postquam ætate maturuit, conciliante conjugium eodem pontifice: ex quibus utriusque sexus liberos suscepit. Atque hactenus de Joaso, qvomodo elapsus ex insidiis Gotholiæ, tandem regnum assecutus est. *4. Reg. 12.*

CAP. VIII.

Azaelis Damascenorum regis contra Israelitas ac mox contra Hierosolymitas expeditiones.

AZael autem Syrorum rex bellum cum Israelitis & Jeo rege eorum gerens, regionis trans Jordanem sitæ orientales tractus vastavit, qui à Rubenitis & Gaditis atq; Manassitis colebantur. nec non Galaditicam & Batanæam, omnia rapinis miscens, & incendiis, ac ne ab hominum quidem cæde temperans, quotquot in ejus manus incidirent. Neque enim Jeus arcere eum à populationibus potuit, contemptor & ipse numinis religionumque & legum à majoribus per manus acceptarum, toto regni sui tempore, quod fuit annorum viginti septem, qvo exacto, mortuus apud Samariam est sepultus, Joaza filio successore principatus relicto. Joasum autem Hierosolymorum regem instaurandi templi cupido subiit: vocatoque pontifice Joado, jussit eum per totam suam ditionem Levitas & sacerdotes dimittere, qui in singula capita semisiclum argenti exigerent in usum ejus instaurationis, eo qvod sub Joramo & Gotholia, & eorum liberis tuendi & sarciendi templi cu- *VIII. 4. Reg. 13.*

ra penitus abjecta fuerat. Pontifex vero hoc non fecit, sciens neminem libenter argentum rerogaturum: sed anno regni vigesimotertio, rege incusante, qvod voluntati suæ non obtemperasset, & jubente in futurum templi reparationi prospicere, tale quiddam ad colligendam pecuniam commentus est, qvod non gravatim tulit populus. arcam paravit ligneam, in qua bene clausa unum tantum foramen superne reliquit. eam cum in templo juxta altare deposuissent, jussit quemque pecuniæ, quantum liberet, per foramen immittere, in templi instaurationem conferendæ: id populus tulit æquissimo animo, & multum auri atque argenti certatim contulit. arcam vero singulis diebus, præsente rege, exinaniebant scriba gazophylacii & sacerdos ejus custos, numeratæque pecuniæ & recondita rursum, unde sustulerant, reponebant. & cum primum videretur collatum, quantum sat esset, pontifex & rex conduxerunt fabros & cæmentarios, & trabes magnas pulcherrimæ materiei comparaverunt. instaurato deinde templo, quicquid ex collato auro & argento superfuit (superfuit autem non parum) id totum in crateras, cantharos, pocula, & alia vasa insumptum est: insuperque quotidianis sacrificiis altare adolebatur, atque hæc tantisper, dum Joadus vixit, diligenter accurata fuerunt. illo autem post annum ætatis centesimum & trigesimum defuncto, & ob probitatem ac justitiam insignem, tum qvod Davidici generis servator fuisset, in regum monumenta illato, rex Joas à pristina religionis cura facilè descivit: moxque & primates populi ad eundem modum depravati sunt, ut nihil apud eos potius haberetur, quam contemptus juris ac justitiæ. Deus vero indignatus propter hanc regis & cæterorum mutationem, misit prophetas, qui contestarentur eos, & à præsenti malitia compescerent. illi vero tam insano affectu eam complectebantur, ut neque exemplis majorum, qui propter contemptum legum cum totis familiis perierant, neque prophetarum comminationibus moti resipiscerent, & ad relicta honesta studia reverterentur. Quin & Zachariam pontificis Joadi filium rex in ipso templo saxis jussit obrui, oblitus patris ejus beneficiorum tantum, quia propheta divinitus constitutus, pro concione populum & regem adhortatus ad justitiam, graves pœnas illis minatus est, si moniti parere contemnerent. Moriens tamen Zacharias testem & judicem Deum invocavit, qvod pro bono consilio & patris sui beneficiis, à Joa mortis amarum præmium sibi penderetur. Nec diu debita regi pœna dilata est. Azael enim Syrorum rex, impressione in regnum ejus facta, & Gitta primum direpta atque eversa, mox ipsum Hierosolymis desidentem adortus est. Tum Joas conterritus omnes thesauros Dei priorumque regum exhausit, & cum eis detracta templo donaria misit ad Syrum, tanti pacem redimens & securitatẽ, ne oppugnatus in extremum rerũ suarum discrimen adduceretur. Ille tã ingenti pecunia corrupto, vim exercit9 à regia urbe abstinuit.

A ὁ δ' ἀρχιερεὺς, τοῦτο μὲν οὐκ ἐπῄνησε, σωτὴρ ὡς οὐδεὶς
ὀλιγωρήσων προσῄσετο τὸ ἀργύριον. τέλος δὲ ἔτει
εἰκοστῷ τῆς βασιλείας ἐτέι μεταπεμψαμένου δὲ βασι-
λέως αὐτὸν τε καὶ λοιπούς, καὶ ὡς ἐπυθάνετο τοὺς ὧν
προσετάξεν αἰτιωμένου, καὶ κελεύσαντος εἰς τὸ μέλ-
λον προνοεῖσθαι τῆς ἐπισκευῆς τοῦ ναοῦ, στρατηγήματι
χρῆται πρὸς τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων ὁ ἀρχιερεύς,
ὡς τε πλῆθος ἡδέως ἔχειν τοιούτῳ. ξύλινον κατασκευά-
σας θησαυρὸν, καὶ κλείσας παντοχόθεν, ὀπῇ μὲν ἐν αὐτῷ
μίαν λοῦσιν. ἔστησε θεὶς εἰς τὸ ἱερὸν παρὰ τὸν βωμὸν,
ἐκέλευσεν ἕκαστον ὅσον βούλεται βάλλειν εἰς αὐτὸν ἀρ-
τέτης, εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ ναοῦ. πρὸς τοῦτο πᾶς ὁ
λαὸς εὐθέως ἐτράπη, καὶ πολὺ ἄργυρον καὶ χρυσὸν φιλοτι-
μούμενοι καὶ συνεισφέροντες ἤθροισαν. κενοῦντες δὲ τὸν
θησαυρὸν καὶ παρόντος τοῦ βασιλέως ἀριθμοῦντες τὸ
συναχθὲν ὁ τε γραμματεὺς καὶ ἱερεὺς τοῦ γαζοφυ-
λακίου, ἔπειτ' εἰς τὸν αὐτὸν ἐπιθέσιον τόπον. καὶ τοῦτο
ἐποίουν ἑκάστης ἡμέρας. ὡς δ' ἀποχρώντως τὸ πλῆ-
θος ἐδόκει βαλεῖν τῶν χρημάτων, ἐπεμέλησαν μισθάμοι
λατόμους καὶ οἰκοδόμους ὁ ἀρχιερεὺς Ἰωάδος καὶ ὁ βα-
σιλεὺς Ἰώασος, καὶ ἐπὶ ξύλα μεγάλα καὶ τῆς καλλίστης
ὕλης. ἐπισκευασθέντος δὲ τοῦ ναοῦ, τὸν ὑπολειφθέντα χρυ-
σὸν καὶ ἄργυρον, σὺν ὀλίγοις δὲ λοιποῖς, εἰς τε κρατῆρας καὶ οἰνο-
χόας καὶ σκεύωματα καὶ τὰ λοιπὰ σκεύη κατεχρήσαν-
το, θυσίαις τε πολυτελέσιν ἐσημέραι τὸν βωμὸν παίνον-
τες διετέλουν. καὶ ταῦτα μὲν ἐφ' ὅσον Ἰωάδου ζῶντος
ἔζη, τῆς προσηκούσης ἐτύγχανε σωτηρίας. ὡς δ' ἐτε-
λεύτησεν ἔτῶν, ἔτη μὲν βιώσας ἑκατὸν καὶ τριάκοντα,
δίκαιος δὲ καὶ χρηστὸς γνώμαις καὶ ἐπὶφθόνῳ τῶν βα-
σιλικῶν ἡκιστα ἐν ἱεροσολύμοις, ὅτι δὲ Δαβίδου γένους
τοῦ βασιλείαν ἐκτήσατο, προσῆκεν ὁ βασιλεὺς Ἰώα-
σος τοῦ ἐπιμελείαν τοῦ περὶ τὸν θεόν. συνθιέφθαρησαν
δ' αὐτῷ καὶ οἱ τῶν πλήθους πρωτεύοντες, ὥς τε πλημ-
μελεῖν εἰς τὰ δίκαια, καὶ νενομισμένα παρ' αὐτοῖς ἀφ-
ανεῖναι δυσχεράνας δὲ ὁ θεὸς ὅτι τῇ μεταβολῇ τοῦ βασι-
λέως καὶ τῶν ἄλλων, πέμπει τοὺς προφήτας διαμαρτυ-
ρησομένους τε τὰ πεπραγμένα, καὶ παύσοντας τῆς πονη-
ρίας αὐτούς. οἱ δ' ἰσχυρὸν ἔρωτα καὶ δεινὴν ἐπιθυμίαν
ἀρα ταύτης εἶχον, ὡς μήτε ὅσοι οἱ παρ' αὐτῶν ἐξευρέ-
σαντες εἰς τὰ νόμιμα πανοικὶ κολασθέντες ἔπαθον,
μηδ' ὅσοι οἱ προφῆται πεῖθόντες μετανοῆσαι, καὶ μεταλθεῖν ἐξ ὧν εἰς ἀσέβειαν ἐξηνομήσαντες
ἐτράπησαν. ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίαν ἱερέα Ἰωάδου λίθοις ὁ βασιλεὺς σκέλυσε βληθέντα ἀποθανεῖν
ἐν τοῦ ἱεροῦ, τῶν δὲ πατρὸς αὐτοῦ εὐεργεσιῶν λαθόμενος,
ὅτι δὲ θεοῦ προφητεύειν αὐτὸν ἀποδείξαντος εἰς ἐν
μέσῳ τῷ πλήθει, συνεβάλλετο αὐτῷ τε καὶ τοῦ βασι-
λεῖ τὰ δίκαια πράττειν, καὶ ὅτι τιμωρίαν μεγάλην ὑ-
φέξουσι μὴ πειθόμενοι, πέλεγε. τελευτῶν μέντοι Ζα-
καὶ τρεῖς ἡμέρας διατρίψας ἐκεῖ ἡμέρας, νηστείαν αὐτοῖς παρήγγειλεν, ὅπως δι' εὐχῆς ποιησώνται τὸν θεὸν σὺν τῇ αὐτῶν σωτηρίᾳ, καὶ δι' ἐμὲ μηδὲν κακὸν τὴν ὁδὸν παθεῖν ἄπορον, ἢ ὡς τὸν πολεμίων, ἢ τινος ἄλλου δυσκόλου συμπεσόντος αὐτοῖς. ἐφάσκομεν γὰρ ὁ ἔσδρας εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ, ὅτι Δεσπότης αὐτοὺς ὁ θεὸς. καὶ οὐ κατηξίωσεν ἐπιστεῖλαι αὐτὸν αἰτήσασθαι τοὺς συμπέμψοντας. ποιησάμενοι δὲ τὰς εὐχὰς, ἅραντες ἀπὸ δ' Ἀβράτου δωδεκάτῃ τοῦ πρώτου μηνὸς τοῦ ἑβδόμου ἔτους τῆς ξέρξου βασιλείας, παρεγένοντο εἰς ἱεροσόλυμα μηνὶ πεμπτῳ δὲ αὐτοῦ ἔτους. καὶ ἀπόδειγμα τοῖς γαζοφύλαξιν ὁ ἔσδρας (ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι τῶν ἱερέων καὶ λῴους) παρέδωκε τὰ ἱερὰ κτήματα. ἀργυρίου τάλαντα χν'. σκεύη ἀργυρᾶ, τάλαντα ρ'. χρυσοῦ σκεύη τάλαντα κ'. χαλκᾶ σκεύη χρυσοῦ κρείττονα, ἑξακισχίλια τάλαντα. ἑβδομήκοντα. ταῦτα γὰρ ἐδωρήσατο ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σύμβουλοι αὐτοῦ, καὶ πάντες, οἱ ἐν Βαβυλῶνι μένοντες ἰσραηλῖται. ἀπόδους δὲ ταῦτα τοῖς ἱερεῦσιν ὁ ἔσδρας, ἀπέδωκε τῷ θεῷ τὰς ὑπὲρ τῶν ὁλοκαυτώσεων νενομισμένας γίνεσθαι θυσίας, ταύρους ιβ'. ὑπὲρ κοινῆς τοῦ λαοῦ σωτηρίας. κριοὺς ξ' ἀρνας ο β'. ἐφ' ὕφους εἰς ἀφάψησιν τῶν ἡμαρτημένων ιβ'. τοῖς δὲ τοῦ βασιλέως οἰκονόμοις καὶ τοῖς ἐπάρχοις τῆς κοίλης συρίας καὶ φοινίκης, τὰ χρήματα ἐβασιλέως ἀπέδωκεν. οἱ δὲ τὸ προσταχθὲν ὑπ' αὐτοῦ πιθὸν ἀναγκαῖον ἔχοντες, ἐτίμησέν τε τὸ ἔθνος, καὶ ὡς πᾶσιν αὐτῷ χρείαν συνήργησεν. ταῦτα μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἐβεβούλευτο ἔσδρας. προσεχώρησε δ' αὐτῷ κρίναντι αὐτὸν ἄξιον οἶμαι δὲ θεῖ τῶν βεληθέντων διὰ χρηστότητα καὶ δικαιοσύνην. χρόνῳ δ' ὕστερον παρελθόντων αὐτῷ τινῶν καὶ κατηγορούντων ὡς τινες τοῦ πλήθους καὶ τῶν ἱερέων καὶ λευιτῶν ἐβιάσθησαν τὴν πολιτείαν, καὶ λελύκασι τοὺς πατρίους νόμους, ἀλλοεθνεῖς ἠγμένοι γυναῖκας καὶ τὸ ἱερατικὸν γένος συγκεχύκασι, δεομένων δ' βοηθῆσαι τοῖς νόμοις, μὴ κοινὴν ὀργὴν λαβὼν, πάλιν αὐτοῖς εἰς συμφορὰς ἐμβάλῃ, διέῤῥηξε μὲν ἐσθῆτα, θρίξας τε λύπης τὴν ἐσθῆτα, καὶ κεφαλὴν δ' ἀπαράστων, καὶ τὰ γένεια ὑῤῥιζῶν, ὅπου τὴν γῆν τε ἑαυτοῦ ἔῤῥιψεν ὅπου τὸν τὰ αἰτίαν τούτων λαβεῖν τοὺς πρώτους δ' λαοῦ. λογιζόμενος δ' ὅτι ἐὰν ἐκβαλεῖν αὐτοὺς τὰς γυναῖκας. καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν προσῆκε τέκνα οὐκ ἀκουσθήσεσθαι, διέμενεν ὅπου τὴν γῆς κείμενος. συνέτρεχον οὖν πρὸς αὐτὸν οἱ μέτριοι πάντες, κλαίοντες καὶ αὐτοὶ, τὸ ὅπου τῷ γεγηθημένῳ λύπης συμμεταλαμβάνοντες. ἀναστὰς δ' ἀπὸ τῆς γῆς ὁ ἔσδρας, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀρχὴν εἶναι μὲν ἔλεγεν εἰς αὐτὸν ἀναβλέψαι διὰ τὰ ἡμαρτημένα τῷ λαῷ, ὃς τὰ μνήμης ἐξέβαλε τὰ τοῖς πατράσιν ἡμῶν διὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν συμπεσόντα. παρεκάλει δ' τὸν θεὸν σπέρματι καὶ λείψανον ἐκ τότε συμφορᾶς αὐτῶν καὶ αἰχμαλωσίας περισῶσαι, καὶ πάλιν εἰς ἱεροσόλυμα καὶ τὴν οἰκείαν γῆν ἀποκαταστήσαντα, λαβεῖν οἶκτον αὐτῶν, καὶ συγγνωμονῆσαι τοῖς παρ' ἡμαρτημένοις, ἄξια μὲν γὰρ πεπονθέναι τοιαῦτα δι' ὅπου τὴν δ' θεῦ χρηστότητα ἐτύγχανε ἀφέσεως καὶ λύσεως. ἐπ' αὐτοῦτο τῶν ἀχὼν θριξάντων δ' πάντων ὅσοι πρὸς αὐτὸν γυναιξὶ καὶ τέκνοις συνῆλθον, ἀχιώνιός τις ὀνόματι, πρῶτος τῶν ἱεροσολυμιτῶν παρελθὼν, αὐτοὺς μὲν ἁμαρτεῖν ἔλεγε, ἀλλοεθνεῖς ἐποικισαμένους γυναῖκας. ἔπειθε δ' αὐτὸν ἐξορκίσαι πάντας, ἐκβαλεῖν αὐτὰς, καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν γεγενημένα. κολασθήσεσθαι δ' τοὺς οὐχ ὑπακούοντας τῷ νόμῳ πεισθεὶς οὖν τούτοις ὁ ἔσδρας, ἐπέτρεψεν ὁμόσαι τοὺς φυλάρχους τῶν ἱερέων καὶ τῶν λευιτῶν καὶ ἱερατιτῶν, ἀποπέμψασθαι τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα, καὶ τὰ ἀχιωνίᾳ συμβουλίαν. λαβὼν δὲ τοὺς ἄρχοντας, εὐθὺς

A Ubi peracto triduano jejunio, votisque pro incolumitate & felici itinere conceptis (recusaverat enim deductores equites, dicens, Deo salutem suorum curæ futuram) iter ingressi die duodecima primi mensis anno regni Xerxis septimo, pervenerunt Hierosolyma ejusdem anni mense quinto. & continuo sacerdotibus gazophylacii custodibus Esdras sacram pecuniam tradidit, argenti talenta sexcenta quinquaginta, vasa argentea talentorum centum, vasa aurea talentorum viginti, vasa ærea auro meliora pondo talentorum duodecim. Hæc enim erant dona regis ejusq; amicorum, & Israelitarũ Babylone manentium, qvo facto, obtulit Deo secundum legẽ holocautomata, tauros duodecim pro communi salute populi, arietes & agnos septuaginta cum duob9, hircos pro peccatis duodecim, procuratoribꝰ etiam regiis, & præfectis Phœnices ac Syriæ scriptas à rege reddidit epistolas: qui cum eis non parere non possent, omni honore gentem nostram prosecuti sunt, & in omnib9 necessitatib9 eis fuerunt auxilio. Et consilium quidem hujus migrationis ab Esdra profectum est, successum autem felicem Deus addidit, ut equidem reor, viri hujus virtutem ac pietatem respiciens. Aliquanto deinde post comperit quorundam indicio, quod quidam è vulgo sacerdotum & Levitarum parum servaverint instituta & leges patrias, & deductis alienigenis uxoribus, ordinem sacerdotalem confuderint: rogatusque ab eis, ut ferret auxilium legibus, ne Deus propter paucos iratus omnes denuo communi clade feriat, scidit vestem præ tristitia, vellens capillos & barbam, & humi se prosternens, eo quod primores populi deprehensi essent in tali crimine: & cogitans non esse audituros, si juberet eos uxores cum liberis ejicere, nolebat se à terra attollere. Itaque concurrerunt ad eum, quotquot erant bonæ mentis, & una flebant, addentes, se socios ejus tristitiæ. Esdras autem, sublatis ad cœlum manibus: Me quidem, inquit, pudet ad cœlum oculos attollere, dum cogito, quod populus ne majorum quidem suorum cladibus admonitus à peccando abstinet: tu tamen, clementissime Deus, nostri misertus semina rium aliqvod & reliquias superstites conserva, quas Hierosolyma in antiquam patriam reducere dignatus es: & da veniam præsentis errati mortem quidem commeritis, verum tamen in tua bonitate sperantibus. Dum ita pius sacerdos lacrymatur cum eo cœtu, qui ad eum convenerat, mixtus ex viris & mulieribus atque pueris, accessit eo quidam primarius Hierosolymita nomine Achonius, confitens illos peccasse, qui alienigenas uxores duxerint: suasitque ei, ut omnes adjuvaret, ut uxores cum nata ex illis prole abjicerent: & si quis legi parere nollet, in eum animadverteret. qui secutus viri consilium, exegit super hac re jusjurandum à principibus Levitarum & sacerdotum & tribuum Israeliticarum. quo facto, exivit tem-

plum & contulit se in domicilium Joannis & Eliasibi, ibique totam eam diem jejunus præ mœrore exegit. Proposito deinde edicto, ut omnes è captivitate reversi intra biduum aut triduum Hierosolyma convenirent, & quisquis per contemptum non adfuerit intra præscriptum tempus, ut excommunicetur, bonaque ejus sacro ærario addicantur, intra triduum convenerunt utriusque tribus homines, vigesima die noni mensis, qvem Hebræi Thebethum, Macedones Appellæum nominant. cumq; consedissent in superiore parte templi, præsentibus etiam senioribus, & frigus propter anni tempus esset molestum, surgens Esdras accusavit eos, qui contra leges duxissent uxores alienigenas. nunc si velint rem Deo gratam & sibimetipsis utilem facere, ablegandas esse uxores ejusmodi. acclamatum est facturos id omnes æquo animo, sed esse earum non parvum numerum, & tempus esse hybernum, nec posse rem eam intra unam aut alteram diem perfici. itaque opus esse, ut negotium hoc differatur aliquantisper, & tum demum principes aliquot, qui sint alieni ab hac culpa, cum selectis undecunq; senioribus inquisitionem faciant eorum, qui contra legis præscriptum uxores duxerint. consenserunt omnes in eam sententiam, & prima die mensis decimi cœpta inquisitione, quæ duravit usq; primam diem mensis sequentis, invenerunt multos tam ex Jesu pontificis cognatione quam ex cæteris sacerdotibus ac Levitis & aliis Israelitis, qui & uxores & natos ex eis liberos sine mora abjecerunt, pluris facientes legum observantiam quam naturales affectus, quantumvis violentos: moxque ad placandum Deum arietes immolaverunt, quorum nomina recensere non est necesse: atq; ita Esdras hoc erratum circa connubia correxit, & malam in hoc consuetudinem emendavit, ut in posterum hæc reformatio stabilis ac firma permaneat. Septimo autem mense, dum scenopegiæ festum celebratur, & ferme totus populus convenit, accedentes ad patentem templi partem, quæ Orientalem portam spectat, rogaverunt Esdram, ut eis legem Moysis legeret: quod & fecit, stans in medio multitudinis, a mane usque meridiem. ex qua lectione non solum in præsens & futurum discebant, quid esset justum, sed etiam præteritorum memoriam retractantes lacrymabantur sic cogitantes, qvod nullas calamitates fuissent perpessi, si præscripta legis diligenter observassent. Esdras autem, videns eos ad hunc modum affectos, jussit, ut domum abirent: esse enim festum, nec licere ea die flere. quin potius hortabatur, ut ad epulas versi, ita ut festo die decet, hilariter agerent: & hac anteactorum pœnitentia in futurum se munirent, ne in similes casus incurrerent. at illi, sequentes ejus monita, cœperunt re vera festum agere, qvod cum per octo dies fecissent, digressi sunt in proprias patrias, magnam gratiam Esdræ habentes ob reformatam rempublicam: qvo factum est, ut post comparatam sibi apud populum egregiam gloriam senex vita defunctus apud Hierosolyma sit magnificè sepultus. Qvo tempore cum etiam Joacimus pontifex esset mortuus, filius ejus Eliasimus in sacerdotium ei successit.

1. Esd. 10.

A ὥρμησεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ εἰς τὸ παστοφόριον ἰωάνου τοῦ ἐλιασίβε, κ μηδενὸς ὅλως ἄλλο τὴν λύπην μεταπέμψας ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διήγαγεν αὐτὸν ἡ ἄμβλυσις ἢ κηρύγματος ὡς τε πάντας τοὺς ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας συνελθεῖν εἰς ἱεροσόλυμα, ὡς τῶν ἐν δυσὶν ἢ τρισὶν ἡμέραις ἀπαντησάντων, ἀπαλλοτριωθησομένων τοῦ πλήθους κ τῆς οὐσίας αὐτῶν κ τῶν τῶν πρεσβυτέρων κρίσιν ἀφιερωθησομένης, συνῆλθον οἱ ἐκ τῆς ἰουδαϊκῆς φυλῆς ἐν τρισὶν ἡμέραις, εἰκάδι τοῦ ἐννάτου μηνὸς ἑβραίοις τὸ ἔθος κ ὁ μακεδόνας ἀπελλαῖον καλεῖ. καθισάντων ὁ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τοῦ ἱεροῦ, παρόντων ἅμα καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος ἀηδῶς διακειμένων, ἀναστὰς ἔσδρας, ἤρξατο ἐκεῖνος, λέγων ὡς παρανομήσαι γήμαντας ἐκ ἐμοφύλων. νῦν μὲν τι ποιήσαν αὐτοὺς, τὰ μὲν θεῷ κεχαρισμένα, συμφέροντα ὁ αὐτοῖς, ἀποπέμψαμένους τὰς γυναῖκας. οἱ ὁ ποιήσειν μὲν τοῦτο πάντες ἐξεβόησαν, τὸ ὁ πλῆθος εἶναι πολύ, κ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους χειμερινόν, κ τὸ ἔργον τοῦ μιᾶς, ἀλλ ὁ δευτέρας ὑπὸ ἀρχὴν ἡμέρας. ἀλλ οὐτε ἡγεμόνες τοῦτο, κ οἱ συνοικισθῆτες τῆς ἀλλοφύλοις, ὡς ἐμελλον, λαβόντες χρόνον, κ πρεσβυτέρους ἐξ οὗ ἂν δοκιμάσωσι τόπου, τοὺς συνεπισκεψομένους τὸ τῶν γεγαμηκότων πλῆθος. κ τοῦτο δόξαν αὐτοῖς, ἐξῆλθον τῇ νουμηνίᾳ τοῦ δεκάτου μηνὸς ἀναζητεῖν τοὺς συνοικισθέντας τοῖς ἀλλοεθνέσιν, εὗρον ἕως τοῦ μηνὸς τοῦ ἑξομένου νουμηνίας, πεποιημένους τὴν ἔρευναν, πολλοὺς ἐκ τῶν τοῦ ἰησοῦ ἐκγόνων τοῦ ἀρχιερέως, κ τῶν ἱερέων κ λευιτῶν κ ἰσραηλιτῶν, οἱ κ τὰς γυναῖκας κ τοὺς ἐξ αὐτῶν γεγεννημένους, τῆς τῶν νόμων φυλακῆς ἢ τῶν πρὸς αὐτοὺς φιλίας πεποιημένους πλείονα λόγον, ἀλλὰ τοὺς ἐξεβαλον. κ θυσίας ἐξευμενίζοντες τὸν θεὸν ἐπήνεγκαν, κριοὺς καταθύσαντες αὐτῷ. τὰ ὁ ὀνόματα αὐτῶν λέγω, ἐκ ἔδοξεν ἡμῖν ἀναγκαῖον εἶναι. τὸ μὲν οὖν ἁμάρτημα τοῦτο τοὺς γαμέντας τῶν ἀλλοφύλων, εὐθὺς ἐπανορθώσας, ἔσωσε, καθαρὸν τοῦτο τὸν λαὸν σωτηρίαν, ὡς ταύτῃ τοῦ λαοῦ μόνιμον εἶναι. τῇ ὁ ἑβδόμῳ μηνὶ τὴν σκηνοπηγίας ἑορτάζοντες, κ χέδον πάντες τὸ λαὸ συνελήλυθότος αὐτοῦ, ἀνελθόντες εἰς τὸ ἀνεῳγμένον τοῦ ναοῦ πρὸς τὴν πύλην τὴν ἀπὸ τὴν ἀνατολὴν ἀποβλέπουσαν, ἐδεήθησαν τοῦ ἔσδρα τοὺς νόμους αὐτῆς ἀναγνωσθῆναι τοὺς μωυσέως. ὁ ὁ μέσος τοῦ πλήθους σταθεὶς ἀνέγνω, κ τὸν ἐπὶσην ἀπὸ ἐρχομένης ἡμέρας ἕως μεσημβρίας. οἱ ὁ ἀκούσαντες ἀναγινωσκομένων τῶν νόμων, δικαίως μὲν πρὸς τὸ παρὸν κ τὸ μέλλον ἐδιδάσκοντο εἶναι, πρὸς ὁ τῶν παρωχημένων ἐδυσφόρουν, κ μᾶλλον ἀκρύοις ἐχρῶντο, ἐνθυμούμενοι πρὸς ἑαυτοὺς, ὅτι μηδὲν ἂν τῶν πεπειραμένων κακῶν ἔπαθον εἰ τὸν νόμον διεφύλαττον. ὁ ὁ ἔσδρας οὕτως ἐρῶν αὐτοὺς ἔχοντας, ἐκέλευσεν ἀπιέναι πρὸς αὐτοὺς κ μὴ δακρύειν. εἶναι γὰρ ἑορτὴν κ μὴ δεῖν ἐν αὐτῇ κλαίειν, οὐ γὰρ ἐξεῖναι. προεκαλεῖτο ὁ μᾶλλον πρὸς εὐωχίαν ἑρμηνεύοντας, πιεῖν τε καὶ προσφορὰ τῇ ἑορτῇ κεχαρισμένα. κ μετάνοιαν κ λύπην τοῦ ὅτι πρὸς ἐμπροσθεν ἐξημαρτημένοις, ἀσφάλειάν τε ἔχειν κ φυλακὴν τοῦ μηδὲν ὁμοίον συμπεσεῖν. οἱ ὁ ταῦτα ἔσεσθαι παρῃνοῦντος ἑορτάζειν ἤρξαντο. καὶ τοῦτο ποιοῦντες ἐφ ἡμέρας ἑπτὰ ἐν ταῖς σκηναῖς, ἀνεχώρησαν εἰς τὰ οἰκεῖα, μὴ ὕμνων τοῦ θεοῦ, τῆς ἐπανορθώσεως τῶν περὶ τὸ πολίτευμα παρανομηθέντων ἔσεσθαι χαρὰ ἐδότες. ὧ σωθεὶς μὲν τῷ παρὰ τοῦ λαοῦ δόξαν μεγαλωθ πολιτήσας τὸν βίον, καὶ τελευτὴν μὲν πολλῆς φιλοτιμίας ἐν ἱεροσολύμοις. ἐτάφη δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ ἰωακείμ τοῦ ἀρχιερέως ἀποθανόντος, παῖς αὐτοῦ ἐλιάσιμος τὴν ἀρχιερωσύνην διεδέξατο.

τῶν ἡ αἰχμαλωτισθέντων τὸς ἰουδαίων οἰνοχόος ἦ βασι- A
λέως ἀρταξέρξου, νεεμίας ὄνομα, βδιπατῶν πρὸ τῆ μη-
τροπόλεως περσῶν σούσων, ξένων τινῶν ἀπὸ μακρᾶς ὁ-
δοιπορίας εἰς τὴν πόλιν ἀφικνουμένων ἐπακούσας ἐφράσατο
πρὸς ἀλλήλους ὁμιλούντων, προσελθὼν αὐτοῖς, ἐ-
πυνθάνετο πόθεν εἶεν ὡδαγμόμενοι. ἀποκεκαμμένων
δ' ἦκειν ἐκ τῆς ἰουδαίας, πῶς αὐτῶν ἔχει τὸ πλῆθος ἢ
μητρόπολις ἱεροσόλυμα, πάλιν ἤρξατο πυνθάνεσθαι. κα-
κῶς δ' ἐχόντων ἐπέντων, βεβλῆσθαι γὰρ αὐτῶν εἰς ἔδαφος τὰ
τείχη, καὶ τὰ περὶξ ἔθνη πολλὰ διαπεπρᾶχθαι κακὰ τοὺς ἰου- B
δαίους, ἡμέρας μὲν κατατρεχόντων τὴν χώραν καὶ διαρπα-
ζόντων, τὰ δὲ νυκτὸς κακῶς ἀπεργαζομένων, ὡς πολλοὺς
ἐκ τῆ χώρας καὶ ἐξ αὐτῶν ἱεροσολύμων αἰχμαλώτους
ἀπῆχθαι, καὶ τὰς ὁδοὺς πλήρεις διεσκεδᾶσθαι καθημέραν
νεκρῶν, ἐδάκρυσεν ὁ νεεμίας, ἐλεήσας τὰ συμφορᾶς πρὸς
ἐμοφύλους. καὶ ἀναβλέψας εἰς τὸν ἀέρα, ἄχρι τίνος
ἔφη ὦ δέσποτα ὑπερόψῃ παθοῦσα τὸ ἔθνος ἡμῶν, C
οὕτως ἄοπτον πάντων καὶ λάφυρον γεγέναμεν; διαλε-
γόμενος δὴ αὐτὰ πρὸς τῇ πύλῃ ἦ παρεδρομέ-
νου, προσελθὼν τὶς ἤγγειλεν αὐτῷ μέλλειν ἤδη κατα-
κλίνεσθαι τὸν βασιλέα. ὁ δ' ἀθρόως ὡς εἶχε μὴ ἀπολου-
σάμενος, διακονήσων ἐπορεύετο τῷ βασιλεῖ τὰ ὑπη-
ρεσίαν. ὡς δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον ὁ βασιλεὺς διεχύ-
θη, καὶ ἡδίων αὐτὰ ὑμόρμενος ἀπέβλεψεν εἰς τὸν νεε-
μίαν, κατεσκυθρωπακότα ἰδόμενος διὰ τί κατηφὴς
εἴη ἀνέκρινεν. ὁ δὲ θεοῦ δεηθεὶς χάριν τινὰ καὶ πρώτω D
τῶν χάριν αὐτῷ λέγοντι. πῶς φησὶν ὦ βασιλεῦ δύνα-
μαί σοι μὴ βλέπειν τοιᾶτος, μηδὲ τῷ ψυχῷ ἀλγεῖν,
ἐπὶ τῆς πατρίδος μου ἱεροσολύμων, ἐν ᾗ τάφοι καὶ μνή-
ματα προγόνων τῶν ἐμῶν εἰσὶν, ἀκούων βεβλῆσθαι τὰ
μὲν τείχη, καὶ τὰς πύλας ἐμπεπρησμένας αὐτῆς.
ἀλλὰ χάρισαί μοι παρ' ἐμοῦ τοῦτο τὸ τεῖχος ἀναγεῖραι, καὶ
ἱεροῦ τὸ λοιπὸν προσοικοδομῆσαι. ὁ δὲ βασιλεὺς, διδό-
ναι τε αὐτῷ τὴν δωρεὰν κατένευσε, καὶ πρὸς τοὺς σατρά- E
πας κομίσαι γράμματα, ὅπως πρός τε αὐτὸν ἀξιώσω-
σι, καὶ πᾶσαν ὑπάρχωσι χορηγίαν, εἰς ἅπερ βούλοιτο. πε-
πανμένος δὲ φησὶ λυπούμενος, καὶ χαίρων ἡμῖν τὰ λοιπὰ
διακόνει. ὁ μὲν οὖν νεεμίας προσκυνήσας τὸν θεὸν, καὶ
τῷ βασιλεῖ τῆς ὑπαρχούσης εὐχαριστήσας, τὸ κατηφὲς
τοῦ προσώπου ἐσυγκεχυμένον, ἀπεκάθηρε τῇ τῶν ἐ-
πηγγελμένων ἡδονῇ. καλέσας δ' αὐτὸν τῇ ὑπαύριον. δί-
δωσιν αὐτῷ πρὸς σαδδαῖον ὑπαρχοντὶ κομίσαι τὸν τε συ-
ρίας καὶ φοινίκης καὶ σαμαρείας ἔπαρχον, ἐν ᾗ πρός τε F
τιμῆς τε νεεμίᾳ, καὶ χορηγίας τῆς εἰς τὴν οἰκοδομίαν
ἐπιτέλεσι. ὑμόρμενος οὖν ἐν βαβυλῶνι, καὶ πολλοὺς
τῶν ὁμοφύλων ἑτοίμους ἀκολουθοῦντας αὐτῷ θεασα-
μένων, ἦκεν εἰς ἱεροσόλυμα, πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἤ-
δη βασιλεύοντος ξέρξου. καὶ δείξας τὰ θεῖα πρὸς ὑπα-
τικὰς ἀποδίδωσι τὰ σαδδαίῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρ-
χοις, καὶ συγκαλέσας πάντα τὸν λαὸν εἰς ἱεροσόλυμα,
ἐκ μέσου τὰ ἱερὰ, τοιούτους ἐποιήσατο πρὸς αὐ- G
τοὺς λόγους. ἄνδρες ἰουδαῖοι, τὸν μὲν θεὸν ἴστε μνήμην τῶν
πατέρων ἀβραάμ, καὶ ἰσαάκου, καὶ ἰακώβου, ὧν ἀγα-
μένοντα, καὶ διὰ τῆς ἐκείνων δικαιοσύνης, σὺν ἐγκατα-
λείποντα τὴν ὑπὲρ ἡμῶν προνοιαν. ἀμέλει σωτήριά μοι
ὧν ἀφ' ἑ βασιλέως λαβὼν ἐξουσίαν ὅπως ἡμῶν τὸ τεῖ-
χος ἀναστήσω, καὶ τὸ λείψανον ἦ ἱερᾶ τελειώσω. βούλο-
μαι δ' ὑμᾶς τῶν γλυκυόντων ἡμῖν ἐθνῶν δυσμενῶς
σαφῶς εἰδότας, καὶ ὅτι πρὸς τὴν οἰκοδομίαν οἱ μάθοιεν
ἡμᾶς πρὸ ταύτην φιλοτιμουμένους, ἐνεδρεύσοντάς τε καὶ πολ-
λὰ πραγματεύσοντάς πρὸς αὐτῶν ἡμῖν ἐμπόδιον,

Cæterum quidam ex captivis Judæis, pincerna regis Xerxis, Neemias nomine, deambulans ante primariam Persarum urbem Susa, cum hospites quosdam post longum iter exactum in urbem adventantes Hebraicè inter se confabulari animadvertisset, accedens ad eos rogabat, undenam venirent. & audito, quod è Judæa, rursum scitatus est, quomodo se haberet ille populus & caput eorum Hierosolyma. Quibus male se habere dicentibus, qvod ejus mœnia diruta essent, & circumvicinæ gentes multa mala Judæis inferrent, die noctequeagros excursionibus ac rapinis populantes, & multos ex ea regione atq; adeo ex urbe ipsa captivos abducentes, ita ut passim per vias reperiantur cadavera: flevit Neemias, motus popularium suorum miseriis: & sublatis oculis ad cœlum, Quousque, inquit, patieris, Domine, gentem nostram tantis malis opprimi, ut simus præda omnium? cunctante vero illo apud portam & ob hæc lamentante, & accedens quidam nuntiavit ei, regem jam accubitum ire. ille confestim, ita ut erat, non abluta facie, ad ministerii sui functionem properat. Rex vero post cœ- 2. Esd. 2.
nam jam hilarior, videns Neemiam subtristem, rogabat, qvid esset in causa. tum ille Deum prius precatus, ut suadæ gratiam prius verbis suis adderet: Qui possum, inquit, rex, alium vultum sumere, aut mœrorem e corde ponere, quando audio patriæ meæ Hierosolymorum, in qua extant sepulchra majorum meorum ac monumenta, & portas incensas esse & disjecta mœnia? Sed oro, hanc unam gratiam mihi concede, permitte mihi, ut profectus illo muros ejus extruam, & quod deest ad fabricam templi, suppleam. At rex petitioni ejus annuit, simulque literas ad satrapas comendatitias, ut & honorē ei haberent, & præberent quicquid cuperet, quare desine, inquit, tristari, & post hac libens nobis ministra. Ibi Neemias, adorato Deo, actisq; regi pro tā ampla pollicitatione gratiis, absterso à vultu omni mœrore, frontem exporrexit præ lætitia. Sequenti vero die accitus, accepit literas regias, quas Sadæo Syrio, Phœnices ac Samariæ præfecto redderet: in quibus mandabatur de honore Neemiæ habendo, & de præbendis ei, quibus ad ædificandum opus sit. cum igitur Babylonem veniisset, & multos à popularibus ultro se adjungentes comites assumpsisset, tandem pervenit Hierosolyma, anno regni Xerxis vigesimo quinto: & ostendens prius suis literas, Sadæo magistro equitum collegisque ejus reddidit. convocato deinde Hierosolyma universo populo, stans in medio templi sic eos est allocutus: Viri Judæi, scitis, quod Deus optimus maximus memor majorum nostrorum Abrahami, Isaaci & Jacobi eorumque pietatis, qua illos quondam, eadem nos quoque providentia dignatur: & ecce illius favore nunc apud regem obtinui, ut mihi permitteret mœnia restituere, & qvod supereſt ad absolvendum templum, perficere. Quamobrem nunc ita faciendum censeo, ut, qvoniam non ignoratis, quam infensas habeamus gentes vicinas, & qvod, cognita vestra

in ædificando diligentia, nihil non molientur, qvo vestros conatus, quantum in se erit, impediant,

primum forti animo ſitis,& omnem fiduciam collocetis in Deo, qui facile reſiſtet illorum importunis inimicitiis:deinde nec die nec noctu operis ſtructuram intermittatis, ſed omni cura id opus continuetis, quandoquidem nunc maxime tempeſtivum eſt hoc facere. Hæc locutus continuo juſſit magiſtratus dimetiri mœnia, & operas partiri in populum,attributo certo modo in ſingulos vicos & oppida:pollicitusque ſe quoque cum domeſticis velle adjutare impigre, concionem dimiſit. Judæi vero ejus autoritate permoti ad opus ſe expediebant: quæ appellatio tum primum illis & regioni eſt indita, quando à Babylonia ſunt reverſi, quia Judæ tribus jam olim ea loca occupaverat. Ejus rei fama ubi ad Ammanitas & Moabitas Samaritasque & Syriæ Cavæ incolas perlata eſt, iniquiſſimè tulerunt, nec unquam ceſſaverunt inſidiari & conatus ipſorum impedire: interceptisque multis Judæis, tentaverunt ipſum Neemiam per conductitios ſicarios tollere. crebros etiam terrores eis incutiebant, rumores ſpargentes,quaſi magni diverſarum gentium exercitus eos eſſent invaſuri,ita ut parum abfuerit, quin hoc metu ab incepto opere deſiſterent: Neemiam vero nihil horum ab inſtituto deterrere potuit,ſed ſtipatus aliquot ſatellitibus, intrepidus pergebat, præ nimio ſtudio nullum laborem ſentiens. eam autem ſalutis propriæ curam non ideo habuit, quod mortem timeret, ſed quia certo ſciebat, ſe extincto,cives ſuos non reparaturos mœnia. juſſitque in poſterum ædificatores accinctos opus facere. & cæmentarius quidem non ſine gladio erat, ſimiliterque, qui materiam ei ſuggerebat: ſcuta vero non longe inde in promptu eſſe voluit,& tubicines intervallo quingentorum paſſuum, ut ſicubi ſe hoſtes aperuiſſent, ſigna canerent, ut populus arreptis armis reſiſteret, neve inermis ab hoſte poſſet opprimi. ipſe vero noctu circumquaque urbem obibat, nunquam defeſſus aut opere aut duritia victus & excubiis, nec cibo nec ſomno utens, niſi quantum poſtularet neceſſitas: atque ad hunc modum perduravit duobus annis & tribus menſibus. tantum enim temporis elapſum eſt, donec abſolverentur mœnia, vigeſimo octavo regni Xerxis anno,menſe nono.Permunita deinde urbe, Neemias & populus Deo ſacrificaverunt,& octo dies in epulis transegerunt. quæ res ubi Syriæ gentibus eſt audita, graves indignationes in eis commovit.Neemias autem videns non ſatis magnam in urbe populi frequentiam, perſuaſit circumquaque vicinis ſacerdotibus &Levitis,ut migrarent in urbem inibi habituri, extructis eis de ſuo domiciliis: & agricolarum plebem decimas in urbem conferre juſſit, ut eſſet,unde Sacerdotes ac Levitæ viverent,nec avocarentur à divino cultu ac cæremoniis: quod quidem illi perlibenter fecerunt: & hoc pacto factum eſt, ut urbs magis frequentaretur in poſterum.Poſt hæc & alia multa honeſta & laude digna opera Neemias jam ſenex defunctus eſt,vir ad virtutem & juſtitiam natus, & in populares ſuos beneficentiſſimus,relicto ſempiterno ſui monumento in Hieroſolymorum mœnibus. atque hæc ſunt, quæ, Xerxe regnante, geſtata ſunt.

2 Eſd.4.6

A Ἰουδαῖοι μὲν τοῦ θεοῦ πεῶτον, ὡς ἐπὶ τοῖς τ ἐκείνων ἀπίχθειαν θαρρῶμεν, μήτε δ' ἡμέρας μήτε νυκτὸς αὐτοὺς ἀνιέναι τ οἰκοδομίας, ἀλλὰ πάσῃ σπουδῇ χρωμένους, σωνέχειν τὸ ἔργον, ὡς γε καιρὸς τάτε ἰδίως ἐστι. ταῦτα εἰπών, ἐκέλευσεν δύο τινὰς ἄρχοντας μετρῆσαι τ τεῖχος, ἐξαναλίσκειν τ ἐργασίαν αὐτοῦ τῷ λαῷ κατὰ κώμας καὶ πόλεις, καὶ τὸ ἑκάστοις δυνατόν. ὑπισχνοῦμαι δὲ αὐτὸς μὴ τ οἰκετῶν συλλήψεως τοῖς τ οἰκοδομίαν, διελοῦσε τ ἐκκλησίαν καὶ ἰδιώταις τοῖς τὸ ἔργον παρεσκευάζοντο. ἐκλήθησαν δὲ τὸ ὄνομα ἐξ ἧς ἡμέρας ἀνέβησαν ἐκ Βαβυλῶνος, ἀπὸ τ ἰδίαν φυλῆς, ἧς πρώτης ἐλθούσης εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, αὐτοὶ τε καὶ ἡ χώρα τ προσηγορίας αὐτ μετέλαβον. ἀκούσαντες δὲ τ τῶν τειχῶν οἰκοδομεῖν ἀπωδομῆλοι ἀμανῖται καὶ μωαβῖται καὶ σαμαρεῖται, καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ κοίλῃ συρίᾳ νεμόμενοι, χαλεπῶς ἔφερον, καὶ διετέλουν ἐπιβουλὰς αὐτοῖς συντιθέντες τὴν προαίρεσιν αὐτῶν ἐμποδίζοντες. πολλοὺς τε τῶν ἰουδαίων ἀπέκτειναν, καὶ αὐτὸ ἐζήτουν τ νεεμίαν ἀναφθεῖραι μισθωσάμενοι τινὰς τ ὧν ἀλλοφύλων, ἵνα αὐτ ἀνέλωσι. εἰς φόβον δὲ καὶ ταραχὴν αὐτοὺς ἐνέβαλον, καὶ φήμας αὐτοῖς διέσπειρον, ὡς πολλῶν ἐπιστρατεύειν αὐτοῖς μελλόντων ἐθνῶν. ὑφ' ὧν ἐκπεπλαγμένοι, μικρὰ τ οἰκοδομίας ἀπέσχοντο. τ δὲ νεεμίαν, οὐδὲν τούτων ἐξέπληττε τῆς προθυμίας τ οὐδὲ τὸ ἔργον, ἀλλὰ περὶ τοῦτο τὸ σῶμα τ ἀναλαμβάνων, ἀσφαλῶς ἐπέβαινεν, ὑπὸ τ εἰς τὸ ἔργον ἐπιθυμίας ἀνυποθητῶν καὶ τ παλαιωρείας. ἔτως τε σωτηρίως καὶ προνοητικῶς τ σωτηρίας εἶχεν, οὐχὶ φοβούμενος τ θάνατον, ἀλλὰ πεπεισμένος ὅτι μὴ τ αὐτὸ τελεῖ, ἂν ἐξ αὐτοῦ τῆς πόλεως ἀναστῇ τὰ τείχη. ἐκέλευσε δὲ ἐξῆς τοὺς οἰκοδομοῦντας ὅπλα προσζωννυμένους ἐργάζεσθαι. καὶ ὁ μὲν οἰκοδόμος μάχαιραν εἶχε, καὶ ὁ τὴν ὕλην παρακομίζων. βυκτὴς δὲ ἐγγὺς αὐτῶν ἐκέλευσε κεῖσθαι, καὶ σαλπιγκτὰς ἀπὸ πεντακοσίων ἔσεσθαι ποδῶν, προεῖπέ τε ἂν φανῶσιν οἱ πολέμιοι, τότε σημαίνειν τῷ λαῷ, ἵνα ὡπλισμένοι μαχῶνται, καὶ μὴ γυμνοῖς αὐτοῖς ἐπιπέσωσιν. αὐτὸς δὲ νυκτὸς περιήρχετο τ πόλεως τ κύκλον, οὐδὲν κάμνων οὐδὲ τοῖς ἔργοις, οὐδὲ τῇ διαίτῃ καὶ τοῖς ὕπνοις, οὐδενὶ τούτων πρὸς ἡδονὴν, ἀλλὰ πρὸς ἀναγκαῖα ἐχρῆτο. καὶ ταύτην ὑπέμεινε τὴν παλαιωρείαν, ἐπ' ἔτη β καὶ μῆνας δ'. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τοῖς ἱεροσολύμοις ἀνωκοδομήθη τὸ τεῖχος, ἐνδόῳ καὶ εἰκοστῷ τ ξέρξε βασιλείας ἔτει, μηνὶ θ'. τέλος δὲ τ τειχῶν λαβόντων, νεεμίας καὶ ὁ πόλεως ἱερεὺς τῷ θεῷ ὑπὲρ τ τούτων οἰκοδομίας, καὶ ὑπὲρ ἐφ' ἡμέρας η θυσιούμενοι. τὰ μὲν δὴ ἔθνη τὰ ἐν τῇ συρίᾳ κατοικοῦντα, τ τῶν τειχῶν οἰκοδομίας πέρας ἔχειν ἀκουσάσης, ἐδυσφόρησε. νεεμίας δὲ τὴν πόλιν ὁρῶν ὀλιγανθρωποῦσαν μᾶλλον, τοὺς ἱερεῖς καὶ λευίτας παρεκάλεσε, τὰ περὶ ξ πόλιν σκηνοῦντας, μεταθεῖναι εἰς τὴν πόλιν καὶ μένειν ἐν αὐτῇ, κατασκευάσας τοῖς οἰκίας αὐτοῖς ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων. τόν τε γεωργοῦντα λαὸν τὰς δεκάτας τῶν καρπῶν ἐκέλευσε φέρειν εἰς ἱεροσόλυμα, ἵνα τρέφωσι διλυσκῶς ἔχοντες οἱ ἱερεῖς καὶ λευῖται, μὴ καταλείπωσι τὴν θρησκείαν. καὶ οἱ μὲν, ἡδέως ὑπήκουσαν οἷς ὁ νεεμίας διετάξατο, πολυανθρωποτέραν τε τὴν τ ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἔτως σωέβη γενέσθαι. πολλὰ δὲ ἄλλα καλὰ, καὶ ἐπαίνων ἄξια φιλοτιμησάμενος ὁ νεεμίας, ἐτελεύτησεν εἰς γῆρας ἀφικόμενος. ἀνὴρ δὲ ἐγένετο ζηλωτὴς τὴν φύσιν καὶ δίκαιος, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι φιλοτιμότατος, μνημεῖον αἰώνιον αὑτοῦ καταλιπὼν τὰ τῶν ἱεροσολύμων τείχη. ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ ξέρξε βασιλεύοντος ἐγένετο.

Κεφά-

Κεφάλαιον ς'.

Οτι βασιλεύοντος ἀρταξέρξου μικρᾶ τῶν ἰουδαίων πᾶν τὸ ἔθνος ἐκινδύνευσε διὰ ἀμάνου δόλον.

Τελευτήσαντος δὲ τούτου, τὴν βασιλείαν εἰς τὸν υἱὸν κῦρον, ὃν ἀρταξέρξην ἕλληνες καλοῦσι, σωιέβη μεταβῆναι. τούτου τῶν περσῶν ἔχοντος ἡγεμονίαν ἐκινδύνευσε τὸ τῶν ἰουδαίων γένος ἅπαν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἀπολέσθαι. τὴν δ' αἰτίαν μετ' ὀλίγον σημανοῦμεν. ἐπειγόμεθα γὰρ τὰ περὶ βασιλέως διηγήσασθαι πρῶτον, ὡς ἔγημεν ἰουδαίαν γυναῖκα, γένους οὖσαν βασιλικοῦ, ἣν καὶ σῶσαν τὸ ἔθνος ἡμῶν λέγουσι. παρελαβὼν γὰρ τὴν βασιλείαν ὁ ἀρταξέρξης, καὶ κατασήσας ἀπὸ ἰνδικῆς ἄχρις αἰθιοπίας τῆς σατραπείας, ἑκατὸν εἰκοσιεπτὰ ἐθνῶν ἄρχοντας, τῷ τρίτῳ τῆς βασιλείας ἔτει, τούς τε φίλους καὶ τοὺς περσῶν ἔθνη καὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν ἐπὶ δεῖπνον μεγαλοπρεπῶς εἰστία πολυτελῶς, οἷον ἐκεῖνος ἤδη βασιλεῖ δεῖ πλούτου πρέπειν ἐδόκει δεικνύων τὴν ἐπιδεξίωσιν ποιούμενος ἐπὶ ἡμέρας ρπ'. ἔπειτα τὰ ἔθνη καὶ τοὺς πρεσβεύτας αὐτῶν ἐν σκηναῖς ἐπὶ ἡμέρας κατεδείκνυεν ἑπτά. τὸ δὲ συμπόσιον ἐν αὐταῖς τὸν τρόπον ἦν τοιόνδε. σκήνωμα πηξάμενος ἐκ χρυσέων καὶ ἀργυρέων κιόνων, ὕφη λίνεα καὶ πορφύρα, κατ' αὐτῶν διεπέτασεν, ὡς τε πολλὰς μυριάδας καταχλίνεσθαι. διηκονεῖτο δὲ σκεύεσι χρυσοῖς καὶ τοῖς ἀπὸ λίθων πολυτελῶν εἰς τέρψιν ἅμα καὶ θέαν πεποιημένοις. προσέταξε δὲ καὶ τοῖς ἀκόλουθοις μὴ βιάζεσθαι πίνειν τὸ ποτὸν αὐτοῖς συνεχῶς προσφέροντας, ὡς καὶ τοὺς πέρσας ἔνιοι, ἀλλ' ἐπιτρέπειν αὐτοῖς, καὶ πρὸς ὃ βέλοιτο τῶν παρόντων ἕκαστος φιλοφρονεῖσθαι. ἀπεμέμψατο δὲ καὶ τῷ χώραν παρηγγελκέναι τῶν ἔργων ἀφεμένους, καὶ ἑορτάζειν ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτοῦ πολλὰς ἡμέρας. ὁμοίως τε τῶν γυναικῶν ἡ βασίλισσα ἑκάστη σκηνὴν συμποσίου ἐν τοῖς βασιλείοις. ἐπιδείξασθαι βουλόμενος ἑστιωμένοις ὁ βασιλεύς, πέμψας ἐκέλευσεν αὐτῷ εἰς τὸ συμπόσιον ἧκειν καλλίστην τὴν γυναῖκα ἁπασῶν ὑπερβαλλόντως. ἡ δὲ φυλακὴ τῶν πατρίων νόμων, οἳ τοῖς ἀλλοτρίοις βλέπειν τὰς γυναῖκας ἀπηγορεύκασιν, οὐκ ἐπείθετο πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ πολλάκις τοὺς εὐνούχους ἀποστείλαντος πρὸς αὐτήν, ἐδέετο ἀνεμεῖναι ἕως αὐτὴ μόνη τὴν ἀφιξιν. ὡς εἰς ὀργὴν παροξυνθέντα τὸν βασιλέα, λῦσαι μὲν τὸ συμπόσιον. ἀναζητήσαι δὲ καὶ τοὺς ἑπτὰ τῶν περσῶν, οἳ τὴν τῶν νόμων ἐξήγησιν ἔχουσι παρ' αὐτοῖς, καλέσαντα κατηγορεῖν τῆς γυναικὸς καὶ λέγειν, ὡς ὑβρισθείη παρ' αὐτῆς. κληθεῖσα δὲ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ εἰς τὸ συμπόσιον, οὐκ ἦλθεν ἐδ' ἅπαξ. προσέταξε δ' οὖν δηλῶν τίνα κατ' αὐτὴν νόμον ἐρίζουσιν. ἑνὸς δὲ ἐξ αὐτῶν μουχαίου ὀνόματι ὄντος, οὐκ αὐτῷ μόνῳ γεγονέναι τὴν ὕβριν, ἀλλὰ πᾶσι πέρσαις, οἷς κινδυνεύσειν καταφρονουμένοις ὑπὸ τῶν γυναικῶν, εἰ ἀφίκοιτο διαγεγονέναι τὸν βίον. ἀδεμία δὲ σωφρόνων ἀνδρὸς αἰδὼ ποιήσεται, παράδειγμα τὸ τῆς βασίλισσης ὑπερηφανίαν πρὸς σὲ τὸν κεφαλὴν ἅπαντων ἔχουσα. παρακελευομένου τὸ ἔτους ἐνδεικνύουσιν αὐτῷ ζημιῶσαι μεγάλῃ ζημίᾳ, καὶ ὃ τι ποιήσουσα, διαγράψαι τοῖς ἔθνεσι τὰ περὶ τὸ βασιλίσσης κεκυρωμένα, ἐδόξε δὲ σφίσιν ἀκοῦσαι, καὶ ὅπως τὴν ἐκείνης τιμὴν ἑτέρᾳ γυναικί.

CAP. VI.

Quomodo, Artaxerxe regnante, parum abfuit, quin tota Judæorum gens Amani dolo extingueretur.

EO mortuo, regnum ad filium ejus Cyrum, qvem Græci Artaxerxen nominant, pervenit, qvo apud Persas regnante, in maximum periculum genus Judæorum adductum est, ne cum uxoribus ac liberis deleretur, ob causam qvam paulo post referemus. Prius enim qvædam de ipso rege dicenda sunt, qui factum sit, ut uxorem duceret Judæam fœminam, ex regio genere natam, qvam etiam nostræ gentis servatricem fuisse ferunt. Artaxerxes enim post susceptum imperium, & constitutos ab India usqve Æthiopiam centum viginti septem satrapas, anno regni tertio amicos & duces gentium Susis accepit epulo sumptuosissimo, ut decebat regem opulentum, magnificos centum octoginta dierum apparatus ostentantem: cui plurimæ gentes & earum legati, per continuos septem dies interfuerunt. id erat instructum in hunc modum: Tabernaculum fixit suffultum aureis & argenteis columellis, prætextum telis linteis & purpureis, multorum millium capax. In eo ministrabatur aureis & gemmeis poculis, ad delectationem simul & miraculum factis. Mandavit enim ministris, ne qvem more Persarum ad bibendum cogerent, sed arbitratu suo qvemqve appositis frui sinerent. dimissis etiam per totam ditionem nunciis, edixit, ut feriati ab operibus festum pro incolumitate regni diebus aliqvot agerent. Regina qvoqve Vaste pari modo mulierum in regia celebravit convivium: qvam rex ostendere convivis cupiens ad se accersivit, pulchritudine omnes mulieres superantem. Illa vero volens Persarum leges servare, qvæ uxores vetant ab aliis, præter domesticos, conspici, non ivit ad regem: & cum non semel ad eam eunuchos ea de causa misisset, nihilominus in negando fuit pervicax. Qva obstinatione mulieris offensus rex, dimisso convivio, septem viros illos, penes qvos apud Persas legum est interpretatio, convocat: & apud eos uxorem contumaciæ ream peragit, qvod toties vocata ab ipso in convivium, ne semel qvidem paruisset: jubetqve, qvid sit juris, proferre sententiam. Qvorum unus Muchæus cùm pro sententia diceret, non ipsi soli factam injuriam, verum etiam Persis omnibus, qvibus periculum instet, ne despecti ab uxoribus inhonestam vitam degant imposterum: qvando nulla posthac maritorum futura sit reverentia, dum ceteræ exemplum a reginæ superbia sumunt, nihil veritæ contra omnipotentem regem contumaciter agere: svaderetqve tam contumacem erga ipsum multari gravissime, idqve decretum per omnes gentes promulgari: visum est repudiari Vasten, & honorem transferri in aliam mulierem,

VI.

Rex vero, qvi vehementer eam amabat, nec disjungi ab ea ferebat, nec tamen retinere propter legem poterat, mœrens, qvod voluntati suæ non liceret satisfacere. Qva in anxietate videntes eum amici, consulunt, ut inutilem mulieris amorem ex animo ejiciat, & facta per totum orbem formosarum virginum perqvisitione, qvam aliis prætulerit, optet sibi conjugem. Nova enim inducta prioris aboleri posse desiderium, & ejus recenti consvetudine amorem paulatim distractum in totum posse evanescere. Probavit Rex consilium, moxqve mandavit certis hominibus, ut forma celebres virgines ex toto regno selectas ad eum adducerent. Id mandatum illis diligenter exeqventibus, inventa est Babylone Esther puella utroqve parente orbata, qvæ apud patruum Mardochæum educabatur. Is erat tribus Benjamiticæ, unus ex Judæorum primatibus. Hæc puella præ cæteris omnibus excellebat pulchritudine, & gratiis vultus in se oculos convertebat. Itaqve uni eunuchorum commendata, tractata est apud eum delicatissime, odoramentis atq; ungventis preciosissimis, quibus principis fœminæ corpus curare solent, qvotidie delibuta. Atqve hac tractatione per sex menses usæ sunt qvadringentæ numero virgines. Qvando vero satis jam curatas existimabat, & regis lecto tempestivas, unam singulis diebus mittebat ad eum, qvi post complexus eam ad eundem eunuchum remittebat. Perducta vero Esthere, delectatus ejus consvetudine, & amore correptus, legitimam conjugem eam sibi adjunxit, nuptiasqve celebravit anno regni sui septimo, mense duodecimo, qvi Ader dicitur: dimisitqve, qvos Angaros vocant, per omnes gentes nuptiale festum eis indicens. Ipse vero Persas & Medos, & primates aliarum gentium excepit convivio nuptiali per mensem integrum: & ingressæ regiam uxori diadema imposuit: atqve ita cum ea convixit, nunqvam interrogata, qvonam esset nata genere. Patruus vero ejus & ipse Babylone Susa migravit, ibiqve degens obversabatur qvotidie circa regiam, scisitans de puella, qvomodo se haberet. diligebat enim eam haud secus qvam propriam filiam. Rex autem legem tulit, ut nemo e domesticis, invocatus eum accederet, tantisper dum sederet in regio solio: adhibitis in hoc etiam lictoribus cum securibus, ut, si qvis contra faceret, plecteretur capite. rex interim virgam tenebat auream, qvam, qvoties aliqvem ex invocatis venientibus servare vellet, porrigebat ad eum: isqve virgæ contactu eximebatur periculo. Et de his qvidem hactenus dixisse sufficit. Aliqvanto deinde post cum Bagathous & Theodestes eunuchi conspirassent contra regem, Barnabazus alterius servus, genere Judæus, deprehensas insidias patruo reginæ indicat. at Mardochæus per ipsam regi insidiatores prodidit. rex vero territus, veritatem per qvæstiones invenit:

Ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτὴν ἐρωτικῶς καὶ μὴ φέρων τὴν ἀλγηδόνα, καίτοι λαγνείαν μὲν αὐτῇ ἀπὸ τοῦ νόμου οὐκ ἐδίδου. λυπούμενος ὁμῶς ἐπὶ ἀδυνατοῖς οἷς ἤθελε διατίθει. βλέποντες δ' αὐτὸν οἱ φίλοι σφόδρα ἐχόντως χαλεπῶς οἱ φίλοι συνεβάλοντο, τὴν μὲν τῆς γυναικὸς μνήμην καὶ τὸ ἔρωτα μηδὲν ὠφελήμενον ἐγκαλεῖν ζητοῦσι· πέμψαντα δὲ καθ' ὅλην τὴν οἰκουμένην παρθένους εὐπρεπεῖς, ὧν τὴν προσηκούσαν ἔχειν εἰς γυναῖκα. συνεβούλευον δὲ τὸ πρὸς τὴν ἑτέραν φιλόστοργον ἑτέρας ἐπαγωγὴν, καὶ τὸ πρὸς ἐκείνην εὔνουν ἀποτιθέμενον καὶ μικρὸν γενόμενον τῆς συνουσίας. πεισθεὶς ὁ τῇ συμβουλίᾳ ταύτῃ, προστάξει πᾶσιν ὅπλεξαμένοις τοὺς εὐδοκίμους εὐμορφίᾳ τῶν τῇ βασιλείᾳ παρθένων ἀγαγεῖν πρὸς αὐτόν. συναχθεισῶν δὲ πολλῶν εὑρέθη τις ἐν Βαβυλῶνι κόρη, τῶν γονέων ἀμφοτέρων ἐρήμη· ᾧ δὲ τὸ ὄνομα, αὐτῷ, τρεφομένη. ἦν δὲ καὶ αὐτὴ ἐκ τῆς Βενιαμίτιδος φυλῆς, τῶν πρώτων ἦν τοῖς ἰουδαίοις. πασῶν δὲ τῶν ἐν ἡλικίᾳ συνέβαινε, ἦν γὰρ καὶ ὄνομα αὐτῇ, τὸ καλὴ ἀλαφέρειν, καὶ τὸ χάριν ἔχειν προσώπου τοὺς ἐντυγχάνοντας μᾶλλον ἐπισπᾶσθαι. ἣν δὲ θῆσα, ἣν αὐτῇ πίνει τῶν εὐνούχων εἰς ἐπιμέλειαν, πῶς ἐτύγχανε θεραπείας, ἀρωμάτων ἀφθονίαι καὶ πολυτελεῖαι τῶν ἀλειμμάτων, ὧν χρῄζει τὰ σώματα, καθαρσμοῦ. καὶ τούτων ἀπέλαυον ἐπὶ μῆνας ς'. τετρακόσιαι τὸν ἀριθμὸν ἦσαν. ὅτε ἐνόμιζεν ἀποχρώντως τὸ προειρημένον τὰ ἐπιμέλειαν ἔχειν τὰς παρθένους, καὶ βαδίζειν αὐτὰς ἐπὶ κοίτην βασιλέως ἀξίας ἤδη νομίσας, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἔπεμπε τῷ βασιλεῖ συνεσομένην. ὁ δὲ πλησιάζων δὶς ἀπέπεμπε πρὸς τὸν εὐνοῦχον. ἀφικνουμένης δὲ τὴν ἐσθῆτος πρὸς αὐτὸν ἡδεῖς αὐτῇ καὶ πρώτην τὴν κόρης εἰς ἐρωμένην, νομίμως αὐτὴν ἄγει γυναῖκα. ἐ γάμον αὐτῆς ποιεῖ τῷ δεδεκάτῳ μηνὶ ἐβδόμῳ ἔτους τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀδέρφῳ καλουμένῳ. διέπεμψε δὲ τὰς ἀγγαρείας λεγομένας εἰς πᾶν ἔθνος, ἑορτάζειν αὐτοῖς τοὺς γάμους προαγγέλλων. αὐτὸς δὲ πέρσας καὶ τοὺς μήδους καὶ τοὺς πρώτους τῶν ἐθνῶν εἰσίει ἐπὶ μῆνα ὅλον ἐπὶ τοῖς γάμοις αὐτοῦ. εἰσελθούσης δὲ εἰς τὸ βασίλειον, περιέθηκεν αὐτῇ τὸ διάδημα. καὶ συνῴκησεν ἔτους ἑβδόμου, μὴ πυθομένου παρ' οὐδενὸς τὸ ἔθνος, ἐξ οὗ ποτὲ εἴη τυγχάνουσα. μεθ' ἃς δὲ ἡμέρας ὁ θεῖος αὐτῆς ἐκ τῆς Βαβυλῶνος εἰς σοῦσα τὴν πρωτεύουσαν, αὐτόθι διάγων ἑκάστης ἡμέρας, πρὸς τοῖς βασιλείοις ἀγγαρείων, καὶ πυνθανόμενος περὶ τῆς κόρης, τίνα διάγει τρόπον. ἐστέργε γὰρ αὐτὴν ὡς αὐτοῦ θυγατέρα. ἔθηκε δὲ καὶ νόμον ὁ βασιλεὺς, ὡς τε μηδένα τῶν ἰδίων αὐτοῦ προσιέναι μὴ κληθέντα, ὁπηνίκα ἂν ἐπὶ θρόνου καθίζοιτο. προεστήκεσαν δὲ τοῦ θρόνου αὐτοῦ πελεκεῖς ἔχοντες ἄνθρωποι, πρὸς τὸ κολάζειν τοὺς προσιόντας ἀκλήτους τοῦ θρόνου. καθῆστο μὲν οὖν καὶ λύγον χρυσοῦν ἔχων αὐτὸς ὁ βασιλεύς. ἦν δ' ὅταν τινὰ σώζειν ἐθέλῃ τῶν ἀκλήτως προσιόντων, ἐκτείνει πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ ἀπόλωλε αὐτῷ, ἀκίνδυνος ἦν. καὶ ὡς μὲν τούτων δεκάντως ἡμῖν δεδήλωται. χρόνῳ δ' ὕστερον ἐπιβουλευόντων τοῦ βασιλεῖ Βαγαθόου καὶ Θεοδέστου, Βαρναβάζου τῶν εὐνούχων οἰκέτης ἕτερος, τὸ γένος ὢν Ἰουδαῖος, συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν, τῷ θείῳ κατεμήνυσε τὴν γυναικὸς τοῦ βασιλέως. μαρδοχαῖος δὲ διὰ τὴν ἐσθῆτος, φανερὸς ἐποίησε τοῦ βασιλεῖ τοὺς ἐπιβουλεύοντας. παραχθεὶς δὲ ὁ βασιλεὺς τοὺληθὲς ἐζήτει.

καὶ τὰς

καὶ τὰς μὲν ἀνέχυς ἀνεσταύρωσε, τῷ δ' μαρδοχαίῳ A & illis in crucem suffixis, Mardochæo tunc quidem pro salute sua, qvam ei debebat, præmii nihil persolvit, tantum nomen ejus in commentarios suos referri jussit & annotari, ipsum vero versari in regia, receptum inter amicos regis necessarios. In eam regiam quoties Aman filius Amadathis genere Amalecita ad regem veniebat, adorabant eum omnes tam Persæ qvam exteri, idqve ipsius Artaxerxis jussu. Mardochæo vero propter patriam institutionem non adorante hominem, ille, cum hoc observasset, percontatus est, cujas esset. & audito, esse Judæum, iratus exclamavit, rem indignam, cum ingenui Persæ adorarent eum, servum istum dedignari idem facere: volensqve pœnas de Mardochæo sumere, parum putavit ipsum ad supplicium deposcere, nisi gentem ejus universam perderet, qvod esset natura Judæis infestus: qvandoqvidem Amalecitarum gens, ex qva ipse erat, a Judæis victoribus extincta fuerat. Igitur adito rege, orsus est accusationem, esse gentem qvandam malam, sparsam per universum ipsius regnum, insociabilem, abhorrentem a cæteris hominibus, diversis ceremoniis & legibus utentem, infensam & moribus & studiis religvorum populorum, & totius mortalium generis. Hanc gentem, inqvit, si vis subditis tuis gratum facere, extirpabis funditus, nemine vel captivo vel servo superstite relicto. & ne quid inde tuis tributis decedat, de meis bonis promitto tibi qvadraginta talentorum argenti millia, libenter tanta pecunia cariturus, modo regnum tuum repurgetur ab ista hominum colluvie. Hæc Amane poscente, rex & argentum illud ei se remittere dixit, & homines eos concedere, ut de illis ipse arbitratu suo statueret. Aman autem voto potitus, confestim edictum nomine regis per omnes nationes evulgat in hanc sententiam: Rex magnus Artaxerxes centum viginti septem satrapis, qui Indiam inter & Æthiopiam provinciis præsunt, hæc scribit. Consecutus imperium tot gentium, & orbis, qvam late volui, dominio potitus, cum nihil superbum aut sævum in subditos admitterem, sed mansveto ac miti moderare eos regimine, & pacem in primis ac juris tutelam procurarem, cogitavi, qvomodo hæc bona possent eis manere perpetua. Admonitus igitur ab amico propter prudentiam & justitiam mihi semper præ cæteris honorato, & ob egregiam fidem secundum post me locum obtinente Amane, esse permixtam hominum generi gentem inimicam, & suis quibusdam legibus utentem a cæteris diversis, inobedientem regibus, & depravatam moribus ac ritibus, nec monarchiam nec negotia nostra probantem, volo ac edico, ut hos ab Amane mihi parentis loco habito indicatos cum uxoribus & liberis perdatis, nemini eorum parcentes, neqve miserationi plus qvam nostro edicto tribuentes: idqve fieri jubeo decima tertia die duodecimi mensis præsentis anni: ut, una die deletis in totum nostris hostibus, in posterū pace ac securitate frui nos liceat.

Esth. 3.

τότε μὲν οὐδὲν παρέσχεν εἰς αὐτὸν τῆς σωτηρίας γεγονότι, μόνον δ' αὐτοῦ τὸ ὄνομα τοῖς ὑπομνήμασιν συγγραφομένοις ἐπέλευσε σημειώσασθαι, καὶ παρεμβάλλειν αὐτὸν τοῖς βασιλείοις, ὅτε Φίλον ἀναγκαῖον τοῦ βασιλέως. ἀμὰν δ' ἀμαδάθου μὲν υἱὸν, τὸ γένος δ' ἀμαληκίτην, εἰσιόντα πρὸς τὸν βασιλέα, προσκυνοῦσιν οἱ τε ξένοι καὶ πέρσαι. τοῦτον αὐτῷ τιμὰς ἀρτοξέρξου κελεύοντος ἡμέρας. μαρδοχαῖος δὲ B Ἰουδαῖος ὢν καὶ τὸν οἴκοθεν αὐτοῦ νόμον οὐ προσκυνοῦντος ἀνθρωπον, ὡς δὲ φυλάξας ὁ ἀμάνης, ἐπυνθάνετο τοῦτον. μαθὼν δ' αὐτὸν ὄντα ἰουδαῖον, ἠγανάκτησε, καὶ πρὸς αὐτὸν εἶπεν. ὡς οἱ μὲν ἐλεύθεροι πέρσαι, προσκυνοῦσιν αὐτὸν, ὄντος δ' ἀλλοφύλου, οὐκ ἀξιοῖ ὅτι ποιεῖν. καὶ τιμωρῆσαι θελήσας τὸν μαρδοχαῖον, αὐτὸν μὲν αὐτάρκως πρὸς κόλασιν ἔφατο δεῖν τοῦ βασιλέως μικρὸν ἡγήσασθαι, τὸ δ' ἔθνος αὐτοῦ διαγγέλλων πᾶν ἀφανίσαι, C ἐνεφύετο τῇ τῶν Ἰουδαίων ἀπεχθάνεται, ὅτι καὶ τὸ γένος τῶν ἀμαληκιτῶν ἐξ ὧν ἦν αὐτὸς, ὑπ' αὐτῶν διέφθαρται. προσελθὼν οὖν τῷ βασιλεῖ κατηγόρει λέγων, ἔθνος εἶναί τι πονηρὸν, διεσπάρθαι δ' ὅτε κατ' ὀλίγους ἐν πάσῃ τῇ ὑπ' αὐτὸ βασιλευομένῃ οἰκουμένῃ, ἄμικτον, ἀσύμφυλον, οὔτε θρησκείαις τοῖς αὐτοῖς τοῖς ἄλλοις ἔχον, οὔτε νόμοις χεωμένον ὁμοίοις, ἐχθρὸν δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι, καὶ τοῖς δόγμασι τῷ σωλαὶ καὶ ἅπασιν ἀνθρώποις. ὅτε τὸ ἦθος, εἴ τινα θέλεις τοῖς ὑπηκόοις διεργάσασθαι χάριν, πολλοὺς ἀποξύρίζον ὀπολέσαι, μηδὲ τι αὐτοῦ λοιπὸν καταλιπεῖν, μηδ' εἰς δουλείαν τινῶν φυλαχθῆναι, μή τε αἰχμαλωσίαν, ἵνα μὴ τοι μὴ ζημιωθῇς τοὺς φόρους τοὺς παρ' αὐτῶν γινομένους, ἐκ τῶν ἰδίας οὐσίας αὐτὸς ἐπαγγέλλατο μυριάδας δώσειν τεσσάρων ἀργυρίου. ὅπου ἂν κελεύσῃ. ταῦτα δ' τὰ χρήματα παρέχειν ἡδέως ἔλεγεν, ἵν' ἀπὸ τούτων εἰρεινεύσῃ τῶν κακῶν ἡ βασιλεία. ταῦτα δ' ἀμάνης ἀξιώσαντος, ὁ D βασιλεὺς καὶ τὸ ἀργύριον αὐτῷ χαρίζεσθαι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ὡς τε ποιεῖν αὐτοὺς ὅτι βούλεται. τυχὼν δ' ὧν ἐπεθύμει ἀμάνης, ὡς δὲ χρῆμα πέμπει διάγραμμα εἰς ἅπαντα τὰ ἔθνη ὡς ἐχόμενον τῶν τρόπων. βασιλεὺς μέγας ἀρτοξέρξης τοῖς ἀπὸ ἰνδικῆς ἕως τ' αἰθιοπίας καὶ ἑκατὸν ἑπτὰ σατραπῶν ἄρχουσι, πάσης χώρας πολλῶν ἐθνῶν ἄρχας, καὶ πάσης ἧς ἐβουλήθην κρατήσας εἰρεινῶς, καὶ μηδὲν ἐπὶ τῆς ἐξουσίας ὑποφαῦλον E μηδὲ σκαιὸν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἀναγκασθεὶς ἁμαρτεῖν, ἀλλ' ἡπιωτέρᾳ καὶ πρέπον ἐμαυτὸν ὡδηγῶν καὶ σεμνοπρεπῶς εἰρεινῆς καὶ εὐνομίας αὐτοῖς, ἐζήτουν τοῖς εἰς ἅπαντα τοῦτον ἀσφαλεῖαν αὐτοῖς ἡμοῖτο. ὃ δ' ἀμὰν σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ παρ' ἐμοὶ τὰ πρώτην μοῖραν δόξης καὶ τιμῆς ἔχοντος, ἐμὲ μετ' ἐμὲ δεύτερον ἀμᾶσιν καὶ βεβαίαν εὔνοιαν ἀμάνης, κηδεμονικῶς ὑποδεξάμενος μοι παντάπασιν ἀνθρώπους ἀναμεμίχθαι ἀνομίᾳ ἔθνος. ἐ τοῖς νόμοις ἀλλόκοτον. ἐ τοῖς βασιλεῦσιν ἀνυπότακτον. καὶ παρηλλαγμένον καὶ τοῖς ἔθεσι, ἐ τὴν μοναρχίαν μισοῦν, καὶ δύσνουν τοῖς ἡμετέροις πράγμασι, κελεύω τοὺς δηλωθέντας ὑπὸ δεξιτέρου μου πρεσβεῖς ἀμάνα, πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις ὀπολέσαι, μηδεμίαν φειδὼ ποιησαμένους, μηδ' ἐλεῶ πλέον ἢ τοῖς ἐπεσταλμένοις πεποιήκασιν τῶν γραμμάτων. καὶ ἔστω ἡμέρᾳ βδελομηνιῇ τετάρτῃ ἐ δεκάτῃ δὲ τοῦ μηνὸς δωδεκάτου ἔτους. ὅπως οἱ πανταχόθεν ἡμῖν πολέμιοι, μιᾷ ἡμέρᾳ διαφθαρέντες, δ λοιπὸν μετ' εἰρεινῆς ἡμῖν τὸν βίον διάγειν παρέχωσι.

Hoc edicto oppidatim per totam regionem ſparſo, omnes ad Judæorum internecionem in diem præſcriptum ſeſe expediebant, idemqve ſtudium erat & Suſis in urbe regia. Rex interim & Aman conviviis vacabant & compotationibus, perturbata civitate & futuri expectatione ſuſpenſa. *Eſth. 4.* At Mardochæus, re cognita, ſciſſis veſtibus, opertus ſacco & ſparſus cinere ferebatur per urbem, iniqvum facinus clamitans, maximam gentem internecioni eſſe addictam: & vociferando talia usqve regium palatium delatus, ibi demum conſtitit. non enim fas erat illum tali habitu in regiam ingredi. nec alius erat Judæorum habitus aut affectio in cæteris urbibus, qvacunqve regiæ literæ perlatæ fuerant, omnibus ob denuntiatam ſibi cladem lugentibus & lamentantibus. Ut vero reginæ nunciatum eſt, Mardochæum in tam miſerabili habitu ſtare pro foribus palatii, perturbata hoc rumore, miſit, qvi ei veſtimenta mutarent. Qvi cum id recuſaret facere, qvod nondum ceſſiſſet cauſa, propter quam eum habitum ſumpſerat, vocatum ad ſe eunuchum Achratheum, qvi tum forte aderat, miſit ad eum, ſcitatum, quid mali accidiſſet homini, ut talem cultum ſumeret, ac, ne ipſa qvidem rogante, vellet deponere. ibi Mardochæus omnem cauſam eunucho exponit ordine, & qvod edictum regium per univerſam ditionem eſſet divulgatum, & qvantam vim pecuniæ pollicitus ſit Aman, ut internecionem ejus gentis a rege redimeret. ad hæc exemplar edicti Suſis propoſiti ad reginam perferendum ei tradidit, adjectis mandatis, ut ſupplex regem adiret ſuper hoc negotio, nec gravaretur pro incolumitate ſuæ gentis ad tempus infra dignitatem ſeſe demittere, & deprecari ejus periculum. Amanem enim, cujus ſecunda ſit poſt regem dignitas, incitare eum crebris contra Judæos accuſationibus. Hoc cognito, regina rurſum Mardochæo nunciat, nec vocatam ſe a rege, & capitale eſſe, invocatum ad eum irrumpere, niſi ipſe incolumitatem donare volens, virgam auream protenderet. his enim ſolis impune eſſe, qvibus hoc forte contingeret. Qvibus ille auditis rurſum per eundem eunuchum orat eadem, dicens non oportere eam reſpectum habere ſalutis propriæ, ſed potius univerſi generis. ſi enim hoc nunc facere negligat, Deum qvidem omnino laturum ſuis auxilium, ipſam vero cum ſua familia daturam pœnas eis, qvos tunc contemneret. Tum Eſther, non mutato nuncio, jubet patruum Suſis concionem Judæorum advocare, & pro reginæ ſalute triduanum jejunium indicere: ſe qvoqve idem facturam pollicita cum ancillis domeſticis, ac tum demum vel contra legem adituram regem, & mortem etiam libenter perlaturam, ſi ita uſus veniat. Paruit ille reginæ &, indicto ſuis publico jejunio, ipſe qvoqve ſupplex Deum precatus eſt, ne populum ſuum deleri permitteret, ſed qvemadmodum antea ſæpe ſaluti eorum proſpexiſſet,

A τότε κομισθέντος δ' τοῦ προστάγματος εἰς τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν, ἕτοιμοι πάντες ἦσαν τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπώλειαν καὶ παντελῆ ἐξολέθρευσιν, εἰς τὴν προειρημένην ἡμέραν, ἐγίνοντο. ἐσπούδαστο δ' ὅτε, καὶ ἐν τοῖς Σούσοις. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ ὁ Ἀμάνης, πρὸς εὐωχίας καὶ πότους ἦσαν, ἡ δὲ πόλις. ὁ δὲ Μαρδοχαῖος μαθὼν τὸ γινόμενον, περιῤῥηξάμενος τὴν ἐσθῆτα, καὶ σάκκον ἐνδυσάμενος, καὶ κατασχεόμενος ἀπορίαν, διὰ τῆς πόλεως ἐφέρετο βοῶν

B ὅτι μηδὲν ἀδικήσαν ἔθνος ἀναιρεῖται. καὶ ἕως λέγων ἕως τῶν βασιλείων ἦλθεν, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἔστη. οὐ γὰρ ἐξῆν εἰσελθεῖν αὐτὸν τοιοῦτον προκειμένου χήματος. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ πάντες ἐποίησαν ἐν τοῖς πόλεσιν ἰσθῆτος, ἐν αἷς τὰ περὶ τούτων προτεθέντα γράμματα, θρηνοῦντες καὶ τὰς κατηγγελμένας αὐτοῖς συμφορὰς ἐδυρόμενοι. ὡς δὲ ἀπήγγειλαν τινες τῇ βασιλίσσῃ τὸν Μαρδοχαῖον ἐν

C ἕστως οἰκτρῷ χήματι πρὸ τῆς αὐλῆς ἑστῶτα, παρεχθέσαι πρὸς τὸν ἀχλὺν, ἐξέπεμψε τὸς μεταμφιέσοντας αὐτόν. ὑπειπόντος δ' ἀποδύσασθαι τὸν σάκκον, οὐ γὰρ ἐφ' ᾧ ἦν ἀναγκαθείη λαβεῖν δεινῶ πεπαῦσθαι. τὸ προσκαλεσαμένη τὸν εὐνοῦχον ἀχραθαῖον, καὶ γὰρ ἐτύγχανεν αὐτῇ παρὼν, ἀπέστειλε πρὸς Μαρδοχαῖον γνωσόμενον τίνος συμβεβηκότος αὐτῷ σκυθρωπὸν πενθεῖ, καὶ τὸ χῆμα ἧς τε προκείμενος, ἀφ' αὐτῆς ἀφαιρεῖσθαι, ἀπέθετο. ὁ δὲ Μαρδοχαῖος, ἐκέθε-

D ξε τὸν εὐνοῦχον τὴν αἰτίαν, ἥτε χρεμμα τὸ κατὰ τῶν Ἰουδαίων εἰς ἀπάσαν τὴν ὑπὸ τὸ βασιλεῖ χώραν διαπεμφθὲν, καὶ τὴν χρημάτων ὑπόσχεσιν, ἣ τὴν ἀπώλειαν τοῦ ἔθνους ὠνήσατο παρὰ τοῦ βασιλέως Ἀμάνης. δοὺς δὲ αὐτῷ καὶ τὸ ἀντίγραφον τοῦ ἐν Σούσοις προτεθέντος, κομίσαι τῇ ἑσθήρᾳ, καὶ περὶ τούτων δηλῶσαι τοῦ βασιλέως ἐπιτέλλετο, καὶ σωτηρίας ἐντυχεῖν τοῦ ἔθνους μὴ ἀδοξήσαι λαβεῖν χῆμα πατρῷον, ὡς παρατησόμενος τοὺς Ἰουδαίους κινδυνευούσης ἀπολέσθαι. τὴν δὲ

E τῶν δοτέρων ἔχοντα τοῦ βασιλεῖ τιμὴν Ἀμάνην, κατηγορήσοντα τοῦ Ἰουδαίων, παροξυνόμενον κατ' αὐτῶν τὸν βασιλέα. ταῦτα γνοῦσα, πέμπει πάλιν πρὸς Μαρδοχαῖον δηλοῦσα, ὅτι μήτε κληθεῖσα πρὸς τοῦ βασιλέως, καὶ ὁ εἰσερχόμενος πρὸς αὐτὸν ἄκλητος, ἀποθνήσκει, πλὴν ἐμοί τινα σώζειν βουλόμενος προτείνει τὴν χρυσῆν ῥάβδον. ὡς γὰρ ἂν ἔτι ποιήσειεν ὁ βασιλεὺς ἀκλήτῳ πρὸς αὐτὸν εἰσελθόντι, ἔτι οὐκ ἀποθνήσκει

F μόνος, ἀλλὰ συγγνώμης τυχὼν σώζεται. Μαρδοχαῖος δὲ τάτε κομίσαντος αὐτῷ τοῦ εὐνούχου παρὰ τῆς ἑσθήρος τοὺς λόγους, ἀπαγγέλλει σπέλλοντι αὐτῇ, μὴ τὴν ἰδίαν οὕτω σκοπεῖν σωτηρίαν, ἀλλὰ τὴν κοινὴν τοῦ ἔθνους. ἐπεὶ δὲ ἀμελήσειε τοῦ νῦν, ἐσεσθαι μὲν αὐτῷ βοήθειαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ πάντως, αὐτὴν δὲ καὶ τὸν πατρῷον οἶκον αὐτῆς ὑπὸ τῶν ὀλιγωρηθέντων διαφθαρήσεσθαι. ἡ δὲ ἑσθήρα, ἀπέστειλε μὲν τῷ

G Μαρδοχαίῳ τὸν αὐτὸν πέμψασα λόγον, εἰς σάκκα προσθέντα, τὸς ἐκεῖ Ἰουδαίους εἰς ἐκκλησίαν συναγαγεῖν. καὶ νηστεῦσαι πάντων ὑποχωρούσης ὑπὲρ αὐτῆς ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. τὸ δὲ αὐτὸ ποιήσουσιν μετ' αὐτῆς παρθένοις, τό τε προεισελεύσεσθαι τῷ βασιλεῖ παρὰ τὸν νόμον ὑπισχνεῖτο, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ, ὅτε ὑπομένει. καὶ Μαρδοχαῖος μὲν τὰς τῆς ἑσθήρας ἐντολὰς, τόν τε λαὸν ἐποίησε νηστεῦσαι, καὶ τὸν θεὸν σὺν αὐτοῖς ἱκέτευσε, μηδὲ νῦν ὑφεῖσθαι αὐτοῦ τὸ ἔθνος ἀπολλύμενον, ἀλλ' ὡς καὶ πρότερον αὐτοῦ πολλάκις προενόησε, καὶ ἀ-

καὶ ἁμαρτῶντι συνέγνω, καὶ νῦν αὐτὸ ῥύσασθαι τ καὶ A & indulsisset peccatorum veniam, tum qvoqve
πυγελμένης ἀπωλείας. ὁδὲ γὸ ἁμαρτὼν τι κινδυ- eos a denunciato liberaret periculo. non enim
νεύει ἀκλεῶς ἀποθανεῖν, ἀλλ' αὐτὸν εἶναι τ αἰτίαν τῆς sua culpa se venisse in discrimen infamis suppli-
ἁμάνε ὀργῆς, ὅτι μὴ προσκυνήσαι μηδ' ἑαυτοῖ δέ- cii, sed ideo sævire Amanem ira percitum, qvod
σποτα φησὶ τιμὴν παρέσχον, ταύτην ἐκείνῳ προ- soli Deo debitum adorationis honorem a se non
σαγαγεῖν ἐπέμενα, ὀργισθεὶς ταῦτα κ τ μὴ προσκυ- tulerit, & propter divinarum legum reverenti-
νοντων τὰς σὰς νόμους ἐμηχανήσατο. τὰς δ' αὐτὰς ἠ- am integre servatam, universo generi moliri
ρέτα καὶ τὸ πλῆθ φωνας, προσκαλοῦσ προνοῆσαί perniciem. Similes erant preces totius populi,
τ τὸν θεὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τὰς ἐν ἁπάσῃ γῇ rogantis Deum, ut eorum saluti prospiciat, & to-
ἰσραηλίτας ἐξελέσθ τῆς μελλούσης συμφορᾶς. καὶ B tum genus Israeliticum imminenti cladi eximat,
γὸ προ ὀφθαλμῶν αὐτοῖ εἶχον, ἤδη καὶ προσεδόκων. qvam videbantur sibi habere præ oculis. Re-
καὶ ἐσθῆτ χ ἱκέτιδε τὸν θεὸν τῶ πατρίῳ νόμῳ, gina qvoqve supplicabat more patrio humi in
ῥίψασα, κ τῆς γῆς ἑαυτοῖ, καὶ πενθικὴν ἐσθῆτα πε- faciem prostrata, & amicta vestitu lugubri, per
ριθεμένη, καὶ τροφῆ τ ποτῷ καὶ τοῖς ἡδέσι ἀποταξα- triduum abdicato cibo & potu & omnibus deli-
μένη, τρισὶν ἡμέραις ἤτει τὸν θεὸν ἐλεηθῆναι μὲν αὐτὴν, ciis: rogabatqve, miseratus daret ei apud re-
δόξαν δ' ἐφθείσαν τῶ βασιλεῖ, πιθανοῖ μὲν τοὺς λό- gem, qvali maxime opus esset, facundiam, &
γους προσκαλοῦσαν, τὸ δ' εἶδ ὑπερεπέρχουσαν τῆς majorem qvam unqvam antea formæ gratiam,
προτέρας ὄψεως, ἵνα ἀμφοτέροις καὶ πρὸς τὴν πα- C ut modo utroqve permotus rex ad clementiam,
ραυτησιν τῆς ὀργῆς ἔτι παροξυνθῇ πρὸς αὐτὴν ὁ βα- & in ipsam fiat indulgentior, & popularibus su-
σιλεὺς χρήσαιτο, καὶ πρὸς τὴν συνηγορίαν τ ὁμοεθ- is in extremo periculo constitutis patrocinantem
νῶν, ἐν τοῖς ἐσχάτοις σκαλδύντων. μισ τε ἠμέλ τῶ qvis oculis aspiciat. Utqve in rege odium ini- *Esth. 5.*
βασιλεῖ πρὸς τὸς ἐχθρὸς τῶν ἰουδαίων, καὶ ἀπωλεία micorum ingeneret, omniumqve imminentium
αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν, ἐὰν ὀλιγωρηθῶσιν ὑπ' αὐτ in eorum perniciem, ni ipse avertat infortuni-
καταγνόντας. ταῦτα ἱκετεύσασα τὸν θεὸν ἐπὶ um. His precibus solicitata per triduum divina
τρεῖς ἡμέρας, ἀποδύεται μὲν τὴν ἐσθῆτα ἐκείνην, καὶ miseratione, denuo mutat habitum: &, sumpto
τὸ χῆμα μεταβάλλει. κοσμησαμένη δ' ὡς ἐχρεὼν τὴν D cultu, qvi reginam deceat, cum duabus pedise-
βασίλισσαν, σὺν δυσὶ θεραπαίναις, ὧν ἡ μὲν ἐπερειδο- qvis, qvarum altera sustinebat innixam leniter,
μένη αὐτῆ κάλως ἔφερεν, ἡ δ' ἐπομένη, τὸ βαθὺ δ altera a tergo sinuosam & fluentem in terram
A ἀντίοχειαν ἔτη ϛ, καθὼς ἡμεῖς καὶ ἐν ἄλλοις διέλαβομεν. συνέρρεον δὲ πρὸς αὐτὸν πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων πονηροὶ καὶ φυγάδες, καὶ μετ' αὐτῶν Ἄλκιμος ὁ ἀρχιερεύς, κατηγορεῖν ἔθνους πάντος, καὶ μάλιστα Ἰούδα καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, λέγοντες ὡς τοὺς φίλους αὐτοῦ πάντας ἀπέκτειναν, καὶ ὅσα τὰ ἐκείνων φρονοῦντες καὶ βεβαιοῦντες αὐτὸν κατῆρχον ἐν τῇ βασιλείᾳ, τοὺς δὲ ἀπωλωλεκάσιν, αὐτοὺς τε τῆς οἰκείας γῆς ἐκλελοίπασι, ἀλλοτρίας ἐπήλυδας πεποιήκασιν. ἀξιοῦντες πέμψαι τινὰ τῶν ἰδίων τινὰ φίλων, γνῶναι δι' αὐτοῦ τὰ ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἰούδαν τετολμημένα. ὁ δὲ δημητρεὺς παροξυνθεὶς ἐκπέμπει Βακχίδην Φίλον αὐτοῦ καὶ ὑπατικῶν βασιλέως ἄνδρα χρηστὸν, καὶ τὴν μεσοποταμίαν ἅπασαν πεπιστωμένον, δοὺς αὐτῷ δύναμιν, καὶ τὸν ἀρχιερέα ὡς δεμένῳ αὐτῷ Ἄλκιμον, ἐντειλάμενος αὐτῷ κτεῖναι Ἰούδαν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ. ἐξορμήσας δὲ ἀπὸ τῆς ἀντιοχείας ὁ Βακχίδης μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ἐπέμψε πρὸς τὸν Ἰούδαν καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ περὶ φιλίας καὶ εἰρήνης λαλοῦμενος δόλῳ γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο λαβεῖν. ὁ δ' οὐκ ἐπίστευσεν. ἑώρα γὰρ ὅτι μετὰ δυνάμεως παρέσῃ πολυτῆς, μεθ' ὅσης ἐπιπολεμοῦντες, ἀλλ' οὐκ ἐπ' εἰρήνῃ ἔρχεται. τινὲς μέντοι γε τῶν ἐκ τοῦ δήμου προσέχοντες οἷς ὁ Βακχίδης ἐπεκηρυκεύσατο, καὶ νομίσαντες ὑπὲρ αὐτοὺς τὸν ἀλκίμου πεποιῆσθαι δεινὸν ὄντα ἐμοφύλου, πρὸς αὐτὸν ἀνεχώρησαν. καὶ λαβόντες ὅρκους παρ' ἀμφοτέρων, μήτε αὐτοὺς τι παθεῖν, μήτε τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς ὄντας προαιρέσεως, ὑπῆρξαν αὐτοὺς ἐκείνοις. ὁ δὲ Βακχίδης ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων, ἐξ μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε. τοὺς δὲ ἄλλους, ὅσοι διενοοῦντο πρὸς αὐτὸν ἀναχωρεῖν, ἀπέστρεψε, τοῖς πρώτοις τοῦ πίστιν μὴ φυλάξας. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν ἱεροσολύμων ἀπελθὼν, κατὰ κώμην Βηθζηθὼ λεγομένην ἐλθὼν, πέμψας συλλαμβάνει πολλοὺς τῶν αὐτομολούτων καὶ τινας τῶν λαῶν, καὶ πάντας ἀποκτείνας προσέταξε τοῖς ἐν τῇ χώρᾳ πᾶσιν, ὑπακούειν ἀλκίμῳ καὶ μὴ δραπέτας τινὰς ἐᾶν ἔχειν τὴν χώραν αὐτοῦ καταλιπόντα αὐτὸν, εἰς ἀντιόχειαν πρὸς τὸν βασιλέα δημήτριον ὑπέστρεψεν. ἄλκιμος δὲ τοῦ ἐγχειρεῖν αὐτοῦ βουλόμενος βεβαιώσασθαι, καὶ πᾶσιν ἐπικατασκάσας εὐνοϊκῶς τὸ πλῆθος ἀσφαλέστερον ἄρξει, ζητεῖ ἅπαντας ὑπάγειν λόγοις. καὶ πρὸς ἡδονὴν ἑκάστῳ καὶ χάριν ὁμιλῶν, ταχὺ δὴ μάλα χεῖρα πολλὴν καὶ δύναμιν περιεβάλετο. τούτων δὲ ἦσαν οἱ πλείους ἐκ τῶν αἱρετῶν καὶ πεφυγάδων, οὓς ὑπηρέτας καὶ δραπέτας χρώμενος, ἐπῆρχε τὴν χώραν, καὶ ὅσους ἐν αὐτῇ τοὺς ἰούδα φρονοῦντας εὗρεν, ἐφόνευεν. ἑρῶν δὲ τὸν ἄλκιμον ἤδη μέγαν ὁ ἰούδας ἡγούμενον, καὶ πολλοὺς διεφθαρκότα τῶν ἀγαθῶν ἐν ὅσιον ἔθνους, καὶ αὐτὸς ὑπερφρονούμενος τὴν χώραν, διέφθειρε τοὺς τὰ αὐτοῦ φρονοῦντας. βλέπων δὲ αὐτὸν ὁ ἄλκιμος ἀντέχειν τῷ ἰούδᾳ μὴ δυνάμενον, ἀλλ' ἡττώμενον αὐτοῦ τῇ ἰσχύϊ, ὅπη τάχος τοῦ δημητρέως βασιλέως συμμαχίαν ἐγνω ἐρᾶσθαι, παραγενόμενος εἰς ἀντιόχειαν, παρῴκτιρεν αὐτὸν ὅπῃ τάχος ἰούδαν, κατηγορῶν ὡς πολλὰ μὲν τῶν αὐτῷ πεπονθοι κακῶν ἔτι δὲ πλείω ἔμελλοι ἂν εἰ μὴ πρεσβαλαφθείη, ὃ δῶ δίκην, δυνάμεως ἰσχυρᾶς ἐπ' αὐτὸν ἀποσταλείσης.

B C D E F G

Ως πο-

Κεφάλαιον ιζ'. A

Ως νικάνωρ μ῀ τὸν βακχίδην πεμφθεὶς στρατηγὸς, ἀπώλετο σὺν τῷ στρατῷ.

CAP. XVII.

Nicanor post Bacchidem dux contra Judam missus una cum universo exercitu internecione periit.

Ὁ δὲ δημήτριος, ὅτ' ἤδη καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτὸ πράγμασιν ὑπισφαλὲς ἡγησάμενος εἶναι, τὸ θεῖδεῖν ἰούδαν ἐν ἰσχύι τοσαύτη ἡγούμενον, ἐκπέμπει νικάνορα, τ' ὀνόματον αὐτῷ καὶ πίστατον τ῀ φίλων. ἦν γὰρ ἐκ δὴ τῆς ῥωμαίων πόλεως αὐτῷ συμφυγών, καὶ δοὺς δύναμιν ὅσην ἐχρέωστ' ἐπάγεσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν ἰούδαν, ἐκέλευσεν αὐτῷ μηδεμίαν φειδὼ ποιεῖσθαι τῶν ἐθνῶν. ὁ δὲ νικάνωρ παρελθὼν εἰς ἱεροσόλυμα, πολεμεῖν μὲν οὐδὲν ἐδίδου τῷ ἰούδᾳ, δόλῳ δὲ ἐπιχειρεῖν λαβεῖν κρίνας, προσέπεμπε λόγους εἰρηνικοὺς αὐτῷ, μηδεμίαν μὲν ἀνάγκην εἶναι φάσκων πολεμεῖν καὶ κινδυνεύειν, ὅρκους δ' αὐτῷ δοὺς ἀσφαλεστάτους μηδὲν πεισθῆναι δεινόν. ἥκειν γὰρ μετὰ φίλων ἐπὶ τῇ ποιήσῃ φανερὰν αὐτοῖς τὴν δημητρίου εὐνοιαν, ὡς ἔχει τὸ ἦθος αὐτῶν φρονεῖ. ταῦτα διαπεσόντων μὲν τὸν νικάνορα, ἰούδας καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ πεισθέντες, καὶ μηδεμίαν ἀπιστίαν ὑποπτεύσαντες, ἐδόκουν πιστεύειν αὐτῷ, καὶ δεχόντων τὸν νικάνορα μετὰ τῆς δυνάμεως. ὁ δὲ ἀσπασάμενος τὸν ἰούδαν καὶ μεταξὺ προσομιλῶν, ἐδίδου τοῖς οἰκείοις τὸ σημεῖον, ὅπως συλλάβωσι τὸν ἰούδαν. ὁ δὲ συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν, ἐκπηδήσας πρὸς τοὺς ἰδίους συνέφυγε. φανερὰς δὲ τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνέδρας ὁ νικάνωρ γενομένης, πολεμεῖν ἔκρινε τῷ ἰούδᾳ. καὶ συγκροτήσας καὶ ἀγωνισάμενος πρὸς τὴν μάχην, συμβαλὼν κατὰ τινα κώμην καφαρσαλαμᾶ, καὶ νικήσας, ἀναγκάζει τὸν ἰούδαν ὑπὸ τὴν ἐν τῇ ἱεροσολύμοις ἄκραν φεύγειν. ἐπεὶ δὲ αὐτῷ καιρὸν ἐκ τῆς ἄκρας εἰς τὸ ἱερὸν, ἀπαντήσαντες τῶν ἱερέων τινὲς καὶ πρεσβυτέρων ἠπάτζοντο, καὶ τὰς θυσίας ἐπεδείκνυον, ἃς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως ἔλεγον προσφέρειν τῷ θεῷ, ὁ δὲ βλασφημήσας αὐτοὺς ἠπείλησεν, εἰ μὴ παραδοῖεν τὸν ἰούδαν ὁλοὺς αὐτῷ καθαιρήσειν ὅταν ἐπανέλθῃ τὸν ναόν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπειλήσας ἐξῆλθεν ἀπὸ τῶν ἱεροσολύμων. οἱ δὲ ἱερεῖς εἰς δάκρυα μετὰ τοῦ ὑπὸ τοῖς ἐρημίοις λύπου προέπεσον, καὶ τὸν θεὸν ἱκέτευον ῥύσασθαι σφᾶς τῶν πολεμίων αὐτούς. ὁ δὲ νικάνωρ, ὡς ἐκ τῶν ἱεροσολύμων ἐξελθὼν ἐγένετο κατὰ τινα κώμην, βεθωρὼν λεγομένην αὐτόθι στρατοπεδεύεται, προσγενομένης αὐτῷ καὶ ἄλλης ἀπὸ συρίας δυνάμεως. ἰούδας δὲ ἐν ἀδασοῖ, ἑτέραν κώμην σταδίοις ἀπεχούσην τριάκοντα τῆς βεθωρὼν στρατοπεδευούσης, εἰς χιλίους ἅπαντας ἔχων. τούτους παρορμήσας μὴ καταπλαγῆναι τὸ τῶν ἐναντίων πλῆθος, μηδὲ λογίζεσθαι πόσοι ἀγωνιοῦνται μέλλουσιν, ἀλλὰ τίνες ὄντες καὶ οἵων ἐπὶ θλοὺς κινδυνεύσουσιν ἀγῶνας, εὐψύχως ἐμάχοντο χωρήσαντες τοῖς πολεμίοις, ὑπὲρ τὴν μάχην ἐξαγαθ. καὶ συμβαλὼν τῷ νικάνορι, καὶ καρτερᾶς τῆς μάχης γενομένης, κρατεῖ τῶν ἐναντίων. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, καὶ τελευταῖον αὐτὸς ὁ νικάνωρ λαμπρῶς ἀγωνιζόμενος ἔπεσεν. οὗ πεσόντος, ὁ μὲν τὸ στρατόπεδον ἔμεινεν, ἀλλὰ τὸν στρατηγὸν ἀπολέσαντες, εἰς φυγὴν ἐτράπησαν ῥίψαντες τὰς παντοίας ὑπηδίων. ὁ δὲ ἰούδας ἐφόρει, καὶ ταῖς σάλπιγξι τοῖς πέλας κώμαις ἐσήμαινεν. ὅπη νικῶν τοὺς πολεμίους. οἱ δὲ ἐν αὐταῖς ἀκούοντες, ἐξεπήδων ὡπλισμένοι. καὶ τοῖς φεύγουσιν ἅπαντῶντες, ἔκτεινον αὐτοὺς γινόμενοι

DEmetrius vero, ne suis quidem rebus tutum existimans, si ita Judæ vires augeri sineret, Nicanorem mittit, amicorum charissimum simul & fidissimum: qvi etiam Roma fugienti comes fuerat: attributoqve, qvantum satis contra Judam putabat, exercitu, jussit nemini parcendo cum ea gente bellum gerere. Is profectus Hierosolyma, & primum dissimulans hostem, decrevit specie pacificatoris dolo Judam intercipere. ajebat enim nihil esse causæ, cur belli subire deberent aleam. paratum se illi cavere jurejurando sanctissimo, si qvid forte periculi metuat. In hoc enim tantum se venisse cum amicorum comitatu, ut mentem sui regis ei notam faceret, qvam propensus sit in favorem Judaici generis. hac legatione persvasi fratres, nihil amplius hostile suspicati, data vicissim & accepta fide, exceperunt eum hospitaliter cum toto exercitu. Cumqve post primam salutationem colloqveretur cum Juda familiariter, signum, qvoddam suis dedit, ut eum comprehenderent. Ille, mature intellectis insidiis, propere ad suos refugit: &, detecto jam dolo, ad apertam vim, uterqve se vertit. Commisso deinde prælio prope vicum Capharsalamam, inferior inde discedens Judas in Hierosolymitanam arcem compulsus est. Revertenti deinde præter templum Nicanori sacerdotes facti sunt obviam, ostentantes victimas, qvas se dicebant oblaturos Deo pro salute regis Demetrii. at Macedo, ne a conviciis qvidem in Deum temperans, minatus est, nisi populus Judam sibi traderet, brevi se reversurum, & in templum ipsum sæviturum, ita ut ad solum usqve id diruat. atqve cum his minis reliqvit Hierosolyma. at sacerdotes tali denunciatione mœsti cum lacrymis Deo supplicaverunt, ut sacratam sibi ædem una cum suis cultoribus tutaretur ab hostium injuria. Nicanor vero egressus Hierosolyma castris locum optavit apud vicum Bethoron, ubi se cum eo conjunxit alia manus recens tum e Syria veniens. Judas qvoq; castra posuit ad alium vicum nomine Adaso, triginta modo stadiis distantem ab hostibus, habens circa se non plus mille militum. hos cohortatus, ne terreantur hostium multitudine, neve cogitent, cum qvam multis decernerent, sed qvales ipsi, & pro qvalibus præmiis contenderent, jussit forti animo hostem aggredi & pugnam capessere. itaq; edito acri certamine, multi ceciderunt ex hostibus, & inter cæteros Nicanor, & ducis & militis strenui perfunctus officio. qvo jacente, ne cætera qvidem acies substitit amplius, sed, amisso duce, verterunt terga, arma jactantes, qvo expeditius fugerent. Judas vero impigre cum suis persequens sæviebat cædibus: & tuba significabat vicinis oppidis & vicis victoriam: moxqve undiqve armati prosilientes, profligatis incondite ruentibus oc-

currebant infestis gladiis, ita ut ne unus quidem incolumis evaserit ex novem millibus: tot enim in universum fuerant. Ea victoria contigit decimatertia die mensis Adar, ut nostri nominant, qvi Macedonibus Dystrus dicitur: eaqve die festivitatem nostri per singulos annos renovant ob rei prospere gestæ memoriam. Post eam victoriam aliqvantisper qvievit Judæorum gens a continuis conflictationibus, pacis otio perfruens, donec iterum in eadem revoluta est discrimina. Alcimo autem pontifici volenti demoliri veterem adyti parietem, sanctorum vatum ædificium, morbus divinitus inflictus est, per qvem repente voce privatus in terram procidit, & cruciatus non paucis diebus misere periit, post exactum in sacerdotio qvadriennium:

XVII. qvo defuncto, pontificatum populus communi-
1. Macch. 8 bus suffragiis Judæ tradidit. Qvi qvoniam multa audierat de Romana potentia, qvod, devictis Gallis & Hispanis ac Carthaginensibus, Græciam qvoqve subegerint, & reges Perseum, Philippum, magnumqve Antiochum perdomuerint, decrevit conciliare sibi eorum amicitiam. Missis igitur in hoc Romam duobus ex amicorum numero, Eupolemo Joannis & Jasone Eleazari filio, rogavit, ut in societatem reciperetur & amicitiam, & ut Demetrio scriberent, ne posthac Judæos bello lacesseret. Hanc legationem senatus admisit, &, auditis eorum postulatis, amicitiam annuit. moxqve senatusconsultum de ea re factum, inscriptum æreis tabulis, relatum est in Capitolium: cujus exemplar in Judæam missum est. erat autem senatusconsultum de societate & amicitia Judæorum hujusmodi: Ne cui Romanæ ditionis cum Judæis bellum gerere liceat, neqve præbere hostibus eorum triticum aut naves aut pecuniam. utqve, si qvis Judæos invadat, Romani succurrant pro viribus: & vicissim, si quis Romanos bello impetat, Judæi contra eum sint auxilio. Quod si Judæi velint in hoc fœdere addi aliqvid aut detrahi, id oportere fieri de communi populi Romani sententia: idqve ita demum ratum fore. Scriptum est hoc senatusconsultum per Eupolemum Joannis filium, & Iasonem Eleazari, sub pontifice Iuda, & duce Simone fratre ipsius. Atqve hoc fuit primum inter Romanos & Iudæos fœdus societatis ac amicitiæ.

CAP. XVIII.

Bacchidis denuo missi in Judæam victoria.

XVIII. DEmetrius autem, accepto nuncio cladis Ni-
1. Macch. 9 canoris & exercitus, rursum Bacchidem in Iudæam misit cum aliis copiis: qvi ex Antiochia profectus in Iudæam, ad Arbela oppidum Galilææ castra posuit: &, expugnatis illic speluncis, ad qvas magnus hominum numerus confugerat, properabat inde Hierosolyma. &, cognito, quod Iudas in Berzetho vico suum contineret militem, raptim contra eum duxit peditū viginti, eqvitum vero duo millia, cum Iudas non plus haberet qvam mille milites. ex his quidam territi multitudine Bacchidis militum, desertis castris diffugerūt, ita ut octingenti tantū reliqvi fuerint.

Κεφάλαιον ιή.

Οτι πάλιν ὑπὸ τ̄ ἰουδαίων Βακχίδης ἐπεμφθεὶς ἐνίκησεν.

ΔΗμήτριος δ̄ ἀπαγγελθείσης αὐτῷ τ̄ νικάνορος τελάτης, Ϲ τ̄ς ἀπωλείας & συν αὐτῷ στρατώματος, πάλιν τ̄ Βακχίδην μ̄ δυνάμεως εἰς τ̄ην ἰουδαίαν ἐξέπεμψεν. ὁς ἐκ τ̄ ἀντιοχείας ἐξορμήσας Ϲ ὡδοιγηθεὶς εἰς ἰουδαίαν ἐν βερζήθοις πολέτ̄ γαλιλαίας στρατοπεδεύει. κ̄ τοὺς ἐν τ̄οῖς ἐκεῖ σπηλαίοις ὄντας, πολλοὶ γὰρ εἰς αὐτὰ συμπεφεύγασι, ἐκπολιορκήσας κ̄ λαβών, ἄρας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ ἱεροσόλυμα ἀσπεδήν ἐπαίει τ. μαθὼν δ̄ τ̄ ἰούδαν ἐν τινι κώμ κ̄ηρζηθὼ τὸ στρατόπεδον καὶ ἐσπερασ πεδόμενον ἐπ' αὐτ̄ ἡπερηφ̄ μ̄ πεζῶν μὲν δισμυρίων, ἱππέων δ̄ χιλίων. τ̄ῦ ἰούδα δ̄ ἦσαν οἱ πάντες χίλιοι. ἰδὼν τὸ βακχίδ̄ πλῆθος ἐτρόπωσε τοὺς ἐδόκει, Ϲ τ̄ὴν παρεμβολ̄ καταλιπόντες, ἔφυγον πάντες, πλ̄ὴν ω.

ἰούδας

ἰούδας ἢ καταλειφθεὶς ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν καὶ πολεμίων ἀπικυμένων, καὶ μηδένα καιρὸν αὐτῷ πρὸς συλλογὴν τῆς δυνάμεως ἀπιτρεπόντων, οἷος τε ἦν μὴ τῷ συμβαλεῖν τοῖς μὴ θέλουσι βιάζεσθαι κινδυνεύειν. ταῦτα δὲ ψυχῶς ὑφίστατο τὸν κίνδυνον, παρεκάλει χωρεῖν ἀπὶ τὸν μάχλον. τῶν δὲ λεγόντων ὡς οὐκ εἰσὶ πρὸς τοσοῦτον μεγέθους στρατιᾶς ἀξιόμαχοι, συμβεβλῆσθαι ἤδη νῦν μὲν ἀναχωρεῖν καὶ σώζειν αὐτούς, αὖθις δὲ σωναγαγόντα τοὺς ἰδίους, τοῖς ἐχθροῖς συμβαλεῖν, μὴ θέμις εἶπεν ἦλθον ἀπίδοι γυμνούμενον, ἵνα ἐγὼ τὰ νῶτα μὴ δείξω τοῖς πολεμίοις. ἀλλ' εἰ καὶ τελευτᾷ ὁ παρών μοι καιρὸς φέρει, καὶ δεῖ πάντως ἀπολέσθαι μαχόμενον, οὐδαμῶς γυναικὸς πάντων ἀνομώτατον μέλλον, ἢ τοῖς ἤδη κατορθωμένοις καὶ τῇ πρὸ αὐτῶν δόξῃ πρόσκαλον τὴν ἐκ τῆς νῦν φυγῆς ὕβριν. καὶ ὁ μὲν ταῦτα πρὸς τοὺς ὑπολειφθέντας ἐθάρρυνεν, ὃ κινδυνεύσαντας καὶ φρονήσαντας ὀλίγον χωρῆσαι τοῖς πολεμίοις ἔλεγεν.

Κεφάλαιον ιθ'.

Ὡς ἰούδας διεφθάρη μαχόμενος.

Ὁ δὲ βακχίδης ἐξαγαγὼν ἐκ τῶν στρατοπέδων τὴν δύναμιν πρὸς μάχην παρετάσσετο. καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἐξ ἑκατέρων τῶν κεράτων ἔταξε, τοὺς δὲ ψιλοὺς καὶ τοξότας, προεῖσθαι ἀπάσης τῆς φάλαγγος. αὐτὸς δὲ ἐν ᾧ ἦν δεξιὸς κέρως. ἔτως δὲ συνταξάμενος τὴν στρατιὰν ἐπὶ προσέμιξε τῷ τῶν πολεμίων στρατοπέδῳ, σημῆναί τ' σαλπιγκτὴν κέλευσε, καὶ τὴν στρατιὰν ἀλαλάξασιν προσιέναι. τὸ δ' αὐτὸ πιήσας ὁ ἰούδας, συμβάλλει τοῖς πολεμίοις. καὶ παρατεῖναι ἀμφοτέρων ἀγωνιζομένων, καὶ τῆς μάχης μέχρι δυσμῶν προϊούσης, ἰδὼν ὁ ἰούδας τὸν βακχίδην καὶ τὸ κράτερον ὂν τῷ δεξίῳ κέρατι τυγχάνον τῆς στρατιᾶς, προθύμους τοὺς δ' ψυχοτάτους, ὥρμησεν ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς τάξεως. καὶ προσβαλὼν τοῖς ἐκεῖ, διέστησε αὐτῶν τὴν φάλαγγα. ὡσάμενος δ' εἰς μέσους, εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἐδιάσατο, καὶ διώκει μέχρις ἀζὰ ὄρους ἔτω λεγομένου. θεασάμενοι δὲ τὸ τροπὴν τὸν τῷ δεξιῷ κέρατι, οἱ τὸ εὐώνυμον ἔχοντες, ἐκύκλωσαν τὸν ἰούδαν διώκοντες, καὶ λαμβάνουσι μέσον αὐτὸν κατόπιν γυμνούμενοι. ὁ δὲ φυγεῖν μὲ δυναμένου, ἀλλὰ περιεχομένου ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐς ἐμάχετο μὴ τὸν σὺν αὐτῷ. πολλοὺς δὲ κτείνας τῶν ἀντιπάλων ἐκπαίστου γυμνούμενος, καὶ αὐτὸς ἔπεσεν, ἀπὶ καλοῖς μὲν πρότερον γεγυμνασμένος, ἐφ' ὁμοίοις δὲ ὅτε ἀπέθνησκε τὴν ψυχὴν ἀφείς. πεσόντος δὲ ἰούδα, πρὸς μηδένα τὸ λοιπὸν ἀφορὰν ἔχοντες οἱ σὺν αὐτῷ, στρατηγὸν δὲ τοιοῦτον στερηθέντες ἔφυγον. λαβόντες δὲ τὸ σῶμα τοῦ πολεμίων ὑποστρατηγοῦντος τιμῶν καὶ ἰωνάθης οἱ ἀδελφοὶ τοῦ ἰούδα, κομίσαντες εἰς τὴν μωδεὶμ κώμην, ὅπου ὁ πατὴρ αὐτῶν τεθαπτο, κηδεύσαι, πενθήσαντος δὲ ἀπὶ συχνὰς αὐτοῦ ταλήθεις ἡμέρας, καὶ τιμήσαντος κοινῇ τοῖς νενομισμένοις. καὶ τελοῦντος μὲν τοιοῦτον κατέσχεν ἰούδαν, ἄνδρα γυναῖον καὶ μεγαλοπόλεμον γυμνούμενον, καὶ τοῦ πατρὸς ἐντολῶν ματθίᾳ μνήμονα, καὶ πάνθ' ὑπὲρ τῆς τῶν πολιτῶν ἐλευθερίας καὶ δράσαι καὶ παθεῖν ὑποστάντα. τοιοῦτος οὗ τὴν ἀρετὴν ὑπάρξας, μέγιστον αὐτῷ κλέος καὶ μνημεῖον κατέλιπεν ἐλευθερώσας τὸ ἔθνος, καὶ τοῦ μακεδόσιν ἐξαρπίσας αὐτὸ δουλείας. καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην ἔτος τρίτον καταλαχὼν, ἀπέθανεν.

A Judas autem, qvamvis, imminente jam hoste, deſtitueretur milite, tamen qvia non erat, unde delectum in ſupplementum faceret, maxime in tali temporis anguſtia, decrevit cum octingentis illis Bacchidem aggredi, & cohortatus, ut generoſe ſubirent pericula, juſſit eos prodire in aciem. quibus conſulentibus, ut tunc ſe in tutum reciperet, cum ſit tanto inferior & numero & viribus, ac mox majoribus copiis hoſtem invaderet: Abſit, inqvit, ut me terga obvertentem hoſtibus ſol aſpiciat. nam, etiamſi mori nunc oporteat, nunqvam tot res hactenus egregie geſtas, tantamqve virtute partam gloriam ignominioſa fuga maculaturus ſum. Atqve ita ſuorum reliquias cohortatus, perſvaſit, ut intrepide expectarent conflictum hoſtium.

CAP. XIX.

Qvomodo Judas prælio victus occubuit.

INterea Bacchides, productis extra caſtra copiis, inſtruebat aciem, eqvitum alas hinc & inde in utroqve cornu collocans, in fronte levem armaturam & ſagittarios, & poſt hos robur phalangis Macedonicæ: ipſe in dextro cornu locum ſibi optavit. Sic inſtructa acie, poſtqvam venit in conſpectum hoſtium, juſſit ſigna canere, & militem cum clamore eos invadere. Idem & Judas fecit, collatisqve ſignis certatum eſt utrinqve acriter: donec, vergente jam ſole, Judas animadvertens Bacchidem cum robore militum pugnam in dextro cornu ciere, cum audaciſſima manu juvenum in eum irruit. Perruptaqve phalange, penetravit in mediam aciem: & impulſis in fugam adverſariis, perſecutus eſt eos usqve montem, qvi Aza dicitur: id conſpicati, qui ſiniſtrum cornu tenebant, a tergo adorti Judam circumveniunt. qvi videns nullum ſupereſſe effugium, urgentibus circumquaque hoſtibus, in veſtigio cum ſuis conſtitit: & cæſis hoſtium plurimis laſſitudine magis qvam vulneribus confectus cecidit non inultus, ad priora præclara facinora extremo hoc mortis decore additto. qvo proſtrato, non habentes amplius, qvem ſeqverentur, milites orbati tanto imperatore, tum demum in fugam effuſi ſunt. Simon autem & Jonathas fratres, induciis factis, recepto Judæ cadavere, delatum in Modim vicum magnifico funere intulerunt monumento patrio, & publico luctu per aliqvammultos dies honoraverunt ejus memoriam. Hic finis fuit Judæ viri generoſiſſimi & bellicoſiſſimi, qui memor mandatorum Matthiæ patris, nullum unqvam pro libertate popularium defugit aut laborem aut periculum. quapropter merito virtutis ſempiternam poſt ſe reliqvit gloriam, liberata e Macedonum ſervitute patria, & per triennium ante obitum adminiſtrato pontificali ſacerdotio.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἱερεμῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως ἰωνάθης ἀδελφὸς ὢν ἰούδα, τελευτήσαντος αὐτοῦ, τιμὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν. Κεφ. α.
Ως πολεμήσας βακχίδην, ἠνάγκασε φιλίαν ποιησάμενον πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας. Κεφ. β.
Οτι ἀλέξανδρος ὁ ἐπιφανὴς ἀντιόχου υἱὸς ἐλθὼν εἰς συρίαν, ἐξεύενγκε πόλεμον πρὸς δημήτριον. Κεφ. γ.
Ως δημήτριος πρεσβείαν πρὸς ἰωνάθην, πίστιν συμμαχίαν τε πρὸς αὐτὸν πολλοῖς δωρησάμενος. Κεφ. δ.
Ως ἀλέξανδρος πρὸς αὐτὸν ἀκούσας καὶ ὑπερβαλὼν τὰ ὑπὸ δημητρίου, καὶ ἀποδείξας ἰωνάθην ἀρχιερέα, συμμαχὸν ἐποιήσατο αὐτῷ. Κεφ. ε.
Η ὀνίου φιλία πρὸς τὸν φιλομήτορα πτολεμαῖον, καὶ ὡς ᾠκοδόμησε τὸν ὀνίου καλούμενον ναὸν πρὸς τῶν ἱεροσολύμοις ὄντα. Κεφ. ς.
Οτι ἀλέξανδρος ἀποθανόντος δημητρίου, σφόδρα ἐτίμησεν ἰωνάθην. Κεφ. ζ.
Ως δημήτριος ὁ δημητρίου παῖς ὠλίσας εἰς τὴν συρίαν ἀπὸ κρήτης καὶ πτολεμαῖος τε ἀλέξανδρον καὶ κρατήσας αὐτὸς ἐβασίλευσε, φιλίαν πρὸς ἰωνάθην ποιησάμενος. Κεφ. η.
Ως τρύφων ὁ ἀπαμεὺς καταπολεμήσας δημήτριον. ἀντιοχῷ τῷ ἀλεξάνδρου υἱῷ παρέδωκε τὴν βασιλείαν, ποιησάμενος καὶ αὐτὸς σύμμαχον ἰωνάθην. Κεφ. θ.
Ως δημητρίου ὑπὸ πάρθων αἰχμαλώτου ληφθέντος ὁ τρύφων, παρεσπόνδησε τὸν ἰωνάθην, καὶ δόλῳ λαβὼν αὐτὸν ἀπέκτεινε, καὶ πόλεμον ἐξήνεγκε πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ σίμωνα. Κεφ. ι.
Ως σίμωνι τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τὸ στρατήγιον ἐνεχείρισε τὸ ἔθνος, καὶ ἀπέδειξεν αὐτὸν ἀρχιερέα. Κεφ. ια.
Ως ὁ σίμων ἐπολιόρκησεν ἐν δώροις τρύφωνα συμμαχοῦντα γιόμῳ ἀντιόχῳ τῷ δημητρίου ἀδελφῷ, τῷ καὶ εὐσεβεῖ ὀνομασθέντι. Κεφ. ιβ.
Ως τρύφων ἀναιρεθέντος, ἀντιόχου ἐπολέμησε σίμων, καὶ κενδεβαῖον τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ νικήσας, τὴν ἰουδαίας ἐξέβαλεν. Κεφ. ιγ.
Οτι ὑπὸ γαμβροῦ πτολεμαίου ἐν συμποσίῳ δολοφονηθεὶς ὁ σίμων ἀπέθανεν. Κεφ. ιδ.
Οτι πτολεμαῖος τὸν δόχιλον ἐπεχείρησε καταλαβεῖν, καὶ πῶς ὑρκανὸς τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν. Κεφ. ιε.
Ως στρατοπεμφθεὶς ἐφ' ὑρκανὸν ἀντίοχος ὁ εὐσεβὴς, καὶ προσκαθίσας τῇ τῶν ἱεροσολυμιτῶν πόλει, διέλυσε τὴν πολιορκίαν, λαβὼν ὅρκους ὑρκανοῦ τε λαλία τ', καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν καὶ φιλίαν ἥμῳ. Κεφ. ιϛ.
Υρκανοῦ στρατεία ἐπὶ συρίαν. Κεφ. ιζ.
Ως ἀντίοχος ὁ κυζικηνὸς ἐλθὼν βοηθήσων τοῖς σαμαρεῦσι ἡττηθεὶς διέφυγε. Κεφ. ιη.
Οτι φιλαδελφῶν δρισόβολος τὸν δόχιλον, ἀλάθημα πρῶτος ἐπιτίθησι. Κεφ. ιθ.
Αλεξανδρος ὁ ἰουδαίων βασιλέως στρατεία. Κεφ. κ.
Πτολεμαῖος ὁ λαθύρου πρὸς αὐτὸν μάχη καὶ νίκη. Κεφ. κα.
Ως στρατοπεμφθεὶς δημητρίου ὁ εὐκαίρου ἐπὶ ἀλέξανδρον, κρατήσας αὐτοῦ. Κεφ. κβ.
Αντίοχος ὁ διονύσου λεγόμενος, στρατεία ἐπὶ ἰουδαίαν, καὶ ὡς κρατήσας τῇ μάχῃ. Κεφ. κγ.
Ως μετὰ τὸν ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀλεξάνδρα, τὴν βασιλείαν κατέχει. Κεφ. κδ.

HÆC JOSEPHI DECIMOTERTIO ANTIQVITATUM JUDAICARUM LIBRO CONTINENTUR.

Jonathas defuncto fratri ſuo Judæ in principatu ſuccedit. Cap. I.
Jonathas feſſum bello Bacchidem compellit, inito cum Judæis fœdere, exercitum abducere. Cap. II.
Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetrium bello aggreditur. Cap. III.
Demetrius, miſſa legatione, ad Jonatham multis muneribus eum ad amicitiam ſuam pertrahit. Cap. IV.
Alexander majoribus qvam Demetrius pollicitationibus, & delato Pontificatu Jonatham in partes ſuas traducit. Cap. V.
Onias in amicitiam a Ptolemæo Philometore receptus templum Oniæ dictum ad Hieroſolymitani ſimilitudinem ædificat. Cap. VI.
Qvod Alexander poſt mortem Demetrii Jonatham in ſummo honore habuit. Cap. VII.
Demetrius Demetrii filius cum e Creta in Syriam trajeciſſet, devicto Alexandro & occupato regno, in fœdus & amicitiam Jonatham recipit. Cap. VIII.
Tryphon Apamenus poſt devictum Demetrium Antiocho Alexandri filio regnum aſſerit, recepto in amicitiam Jonatha. Cap. IX.
Demetrio a Parthis capto, Tryphon fœdus violat, &, Jonatha dolo capto atqve interfecto, Simoni ejus fratri bellum infert. Cap. X.
Qvod Simoni Judæorum gens & Pontificatum ſimul & copiarum imperium detulit. Cap. XI.
Simon Tryphonem in Dora compulſum oppugnat, inito cum Antiocho, cui Pius cognomen erat, fœdere. Cap. XII.

Poſt-

Postqvam Tryphon interfectus esset, bello inter Antiochum & Simonem orto, Cendebæus dux regius e Judæa profligatur. CAP. XIII.
Qvod Simon a genero suo Ptolemæo in convivio per dolum occisus est. CAP. XIV.
Qvomodo, frustratis Ptolemæi conatibus, Hyrcanus principatu potitus est. CAP. XV.
Qvod Antiochus cognomento Pius, ducto contra Hyrcanum exercitu, & obsessis Hierosolymis, placatus trecentis talentis fœdus cum eo iniit. CAP. XVI.
Hyrcani expeditio in Syriam. CAP. XVII.
Qvod Antiochus Cyzicenus Samaritis auxilium ferens victus aufugit. CAP. XVIII.
Qvod Aristobulus primus diadema sibi imposuit. CAP. XIX.
Alexandri Judæorum regis res gestæ. CAP. XX.
Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria. CAP. XXI.
Demetrius Eucærus Alexandrum prælio superat. CAP. XXII.
Antiochi Dionysii in Judæam expeditio. CAP. XXIII.
Alexandro mortuo, uxor Alexandra in regnum succedit. CAP. XXIV.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII JOSEPHI ANTIQVITATUM JUDAICARUM

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Κεφάλαιον ά. A

Ως ἰωνάθης μετὰ τὸν ἀδελφὸν ἰούδαν τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν.

CAP. I.

Jonathas defuncto fratri suo Judæ in principatu succedit.

ΤΙΝΙ μὲν οὖν τρόπῳ τὸ τῶν ἰουδαίων ἔθνος καταδουλωσαμένων αὐτὸ τῶν μακεδόνων ἀνεκτήσατο τὴν ἐλευθερίαν, καὶ ὅσοις καὶ πολίκοις ἀγῶσιν ὁ στρατηγὸς αὐτῶν ἐλθὼν ἰούδας, ἀπέθανεν ὑπὲρ αὐτῶν μαχόμενος, ὃν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ δεδηλώκαμεν. μετὰ δὲ τὸν τελευτὴν B ἰούδα πάλιν ὅσον οὔπω τῶν ἀσεβῶν καὶ παρανόμων τὴν πάτριον πολιτείαν, ἐπέφυη τοῖς ἰουδαίοις, καὶ παντα χόθεν αὐτοὺς ἀκμάζον ἐκάκωσε. συνελάμβανε δὲ τῇ τούτων πονηρίᾳ καὶ λιμὸς τὴν χώραν καταλαβών. ὡς πολλοὺς δι' ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων, καὶ τὸ μὴ δύνασθαι πρὸς παραμυθίαν τῶν ἐχθρῶν δεινῶς ἀντέχειν, αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς μακεδόνας. βακχίδης δὲ τῶν ἰουδαίων τοὺς ἀποστάντας τῆς πατρίου σωτηρίας, C καὶ τὸν κοινὸν βίον μεμιαμμένους συναθροίσας, τούτοις ἐνεχείρισε τὴν χώρας ἐπιμέλειαν. οἱ δὲ συλλαμβάνοντες τοὺς ἰούδα φίλους, καὶ τὰ ἐκείνου φρονοῦντας, τῷ βακχίδῃ παρέδωσαν. ὁ δέ, βασανίζων πρῶτον αὐτοὺς, καὶ πρὸς ἡδονὴν αἰκιζόμενος, ἐπανῃρεῖτο οὕτω διέφθειρε. ταύτης δὲ τῆς συμφορᾶς τοῖς ἰουδαίοις τηλικαύτης γενομένης, ἡλίκης οὐκ ἦσαν πεπειραμένοι μετὰ τὴν ἐκ βαβυλῶνος ἐπάνοδον, οἱ πολλοὶ φθόνῳ

VEmadmodum libertatem a Macedonibus oppressam populus Judæorum denuo receperit, & qvo pacto dux & propugnator eorum Judas post multa exhausta certamina postremo prælio fuerit occisus, in præcedenti libro satis declaravimus. Post ejus obitum, qvotqvot Judæorum a pietate desciverant, resumptis animis, infestant reliqvos populares: ita ut, accedente etiam fame, qvæ tum forte regionem eam totam occupaverat, multi non ferentes geminatum infortunium, hinc a penuria, inde ab adversariis ingruens, coacti sint adjungere se factioni Macedonicæ. Bacchides autem, convocatis ad se Judæorũ desertoribus, qvi religioni patriæ profanos ritus prætulerant, his administrationem regionis commisit: qvi comprehensis Judæ amicis & fautoribus, Bacchidæ eos tradiderunt. & is tortos primum cruciatosqve ad libitum, postremo omnes ad unum enecabat. In hac tanta calamitate constituti Judæi, qvantam post captivitatem Babylonicã nunqvam experti fuerant, qvotqvot

1. Macch. 9

erant reliqvi ex Judæ ſociis, veriti gentis interitum adiverunt Jonatham ejus fratrem, rogabantqve, ut germani æmulus fieret, qui ad extremum halitum libertatem propugnans præclaris conatibus ſit immortuus, nec ſineret totam gentem ſine præſide venire in extremum ſalutis periculum. Tum Jonathas paratum ſe vel ad mortem obtulit pro tutela populi, & viſus dignus, qui Judæ fratri ſuo ſuccederet, communibus Judæorum ſuffragiis adminiſtrandæ militiæ præfectus eſt. Quo comperto, Bacchides veritus, ne Jonathas quoque multum negotiorum exhibeat regi & Macedonibus, qvemadmodum ante Judas fecerat, decrevit eum dolo tollere: ſed hoc ejus propoſitum nec ipſum nec Simonem fratrem latuit. quamobrem mature moniti, aſſumpta ſociorum manu, in deſertum urbi vicinum celeriter refugerunt: & cum veniſſent ad aquam, quæ dicitur lacus Aſphar, ibi morabantur. Porro Bacchides ſentiens eos timere & in deſertis illis latitare, duxit contra eos omnes ſuas copias, & poſitis ultra Jordanem caſtris, confluentem illuc militem recipiebat. Jonathas autem, cognito illius adventu, miſit fratrem ſuum JoannemGaddin ad Nabathæos Arabas, ut apud eos impedimenta deponeret, donec armis cum Bacchide decerneret. erant enim amici. ſed in itinere invaſerunt eum Medabenſes Amaræi filii, direptisqve impedimentis, & quicquid ſecum deferebat, comprehenſum interfecerunt cum omnibus ſociis: cujus facinoris paulo poſt pœnas dederunt ejus fratribus, ſicut ſuo loco dicetur. Bacchides autem, cognito, quod Jonathas caſtra haberet in Iordanis paluſtribus, ſabbato illum aggreſſus eſt, ratus non repugnaturum propter religionem diei. at ille cohortatus ſocios, & oſtenſo periculo, quod, niſi viri eſſent, non poſſent evadere, clauſi a tergo amne, a fronte hoſtibus: votisqve Deo factis pro victoria, impigre hoſtem aggreditur: & proſtratis non paucis, videns ipſum Bacchidem in ſe ruere, ferire eum conatus eſt. ſed cum ille caute ictum declinaſſet, Ionathas cum ſociis deſilientes commiſerunt ſe fiumini, & in oppoſitam ripam enatarunt, hoſtibus non auſis trajicere, ſed ad Hieroſolymitanam arcem revertentibus, deſideratis ex eorum numero ferme duobus millibus. poſt eum confiictum Macedo communivit aliqvot oppida, Hierichuntem, Emmauntem, Bethoron, Bethellam, Thannatham, Pharathonem, Tochoam, Gazara, additis mœnibus & turribus, ut impoſitis in eas præſidiis, res Iudæorum inde infeſtaret excurſionibus: ſed nihil æqve ut Hieroſolymitanam arcē muniit, in qva acceptos a Iudæorum primatibus filios obſides incluſit, ut ibi cuſtodirentur. Eodem tempore nunciatum eſt Ionathæ & Simoni fratribus, qvod Amaræi filii celebraturi eſſent nuptias, & adducturi ſponſam ab

A τες τ ἑταίρων τ ἰούδα, βλέποντες ἀπολλύμενον πικρῶς τὸ ἔθνος, προσελθόντες αὐτῷ τῷ ἀδελφῷ ἰωνάθῃ, μιμεῖσθ τ ἀδελφὸν αὐτῷ, & τὴν σκῆνα πρὸ τ ἰδιοφύλων προγόνων ἡξίουν ἀποθνήσκοντ ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας, καὶ μὴ προέσθαι ἀπροσκέπτως τὸν ἔθνος, μηδ ἐν οἷς φθείρε. ὁ δ ἰωνάθης φῶτος ἐτοίμως ἔχειν ἀποθνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν & νομισθεὶς καὶ μηδὲν ἔναγχος ἀδελφῷ, στρατηγὸς ἀποδείκνυ τ ἰουδαίων. ὁ δ
B βακχίδης ἀκούσας ὅτ καὶ φοβηθεὶς μὴ φθάσῃ πράγματα παρασκευάσας τοῖς μακεδόσιν ὁ ἰωνάθης, ὡς καὶ πρότερον ἰούδας, ἀποκτεῖναι δόλῳ ἔτρ ἐζήτ. ταῦτα δ ἔχων τὴν προαίρεσιν, οὐκ ἐλάνθε τ ἰωνάθην, οὐδ τ ἀδελφὸν αὐτῷ σίμωνα. ἀλλὰ μαθόντες ἔτι καὶ φυλαξόντες τὰς ἑαυτῶν ἅπαντες, εἰς τὴν ἐρημίαν τ ἐγγὺς τ πόλεως τὸ ταχ φύγον. & φθάσαντες ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὸ καλούμενον λάκκον ἀσφάρ, αὐτόθι διῆγον. ὁ δ βακχίδης αἰσθόμενος αὐτὸς ἀπειρηκότας, ἐν
C ἐκείνῳ τῷ τόπῳ τυγχάνοντας, ὥρμησεν ἐπ αὐτούς μ πάσης τ δυνάμεως, καὶ περᾶν τ ἰορδάνην πραττόμενος, ἀνελάμβανε τὴν δύναμιν. ἰωνάθης δ γνοὺς τὸν βακχίδην ἐπ αὐτὸν ἥκοντα, πέμπει τὸν ἀδελφὸν ἰωάννλεν τὸν καὶ γαδδὶν λεγόμενον, ὡς τοὺς ναβαταίους ἀξοντας, ἵνα παρ αὐτοῖς ἀποθηται τὴν ἀποσκευὴν ἕως & πολεμήσωσι πρὸς βακχίδην, ἦσαν γὰρ φίλοι τ
D ἰωάννλεν ἀποντα πρὸς τοὺς ναβαταίους, σκευοφοροῦντες ἐκ μηδάβων πόλεως οἱ ἀμαραίου παῖδες αὐτόν τε συλλαμβάνουσι καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ διαρπάσαντες ὅσα ἐπεκομίζετο, κτείνουσι καὶ τ ἰωάννλεν καὶ τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ πάντας. δίκην μὲν τοίνυν τούτων ὕστερον τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ τῷ ἀξίαν, λόγ μετ & πολὺ δηλώσομεν. ὁ δ βακχίδης γνοὺς τ ἰωνάθην ἐν τοῖς ἕλεσι & ἰορδάνου κατεστρατοπεδευμένον, φυλάξας τὴν τ σαββάτων ἡμέραν, ἐπ αὐτὸν ἦκεν, ὡς & μαχούμενον σκεπῇ
E λόγ τὸν νόμιμον. ὁ δ παρορμήσας τοὺς ἑταίρους, καὶ ὑπὲρ τ ψυχῶν αὐτοῖς ἵνα τ κινδύνων ἐπὶ τοῖς μέσοις ἀπειλημμένοις & τε ποταμὸς & τ πολεμίων, ὡς φυγεῖν οὐκ ἔχουσιν. οἱ μὲν γὰρ ἔμπροσθεν ἦσαν πολέμιοι, ὁ ποταμὸς δ λῶ κατόπιν αὐτῶν. εὐξάμενος δ καὶ τῷ θεῷ νίκην αὐτοῖς φέρειν σωσάσῃ τοὺς πολεμίους. ὧν πολλοὺς καταβαλών, ἐπεὶ τολμηρῶς εἶδεν ἐπεχόμενον αὐτῷ τ βακχίδην, ἐξέτεινε τὴν δεξιὰν ὡς πλήξων αὐτόν. ὁ δ προειδόμενος καὶ τὴν πληγὴν ἐκκλίνας, ἀποπηδήσας
F μ τ ἑταίρων εἰς τὸν ποταμὸν, διενήξατο, & ὃν ἔλασσον τ τρόπον εἰς τὸ πέραν & ἰορδάνου, τ πολεμίων οὐκ ἐπὶ τὸν ποταμὸν ὑπολαβόντων, ἀλλ ἐπιστρέψαντος εὐθὺς & βακχίδου εἰς τὰ ἱεροσολύμοις ἄκρα. ἀπεκάλεσε δ τῆς στρατιᾶς ὡς χιλίους, πολλοὺς δ τ ἰουδαίους καταβαλόμενος πόλεις ὠχύρωσε, τ τε ἱεριχοῦντα & ἐμμαοῦν, καὶ βεθορὸν, καὶ βεθήλαν, καὶ θαμναθᾶ, καὶ φαραθὼ, καὶ πισχοάν, καὶ γαζαρᾶ, καὶ πύργους ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων οἰκοδομήσας, καὶ τείχη περι-
G βαλὼν αὐτοῖς καρτερὰ, καὶ τῷ μεγέθει διαφέροντα, δύναμιν εἰς αὐτὰς κατέστησεν, ὅπως κακῶσι σκεδὸν ὁρμώμενοι τοὺς ἰουδαίους ἔχωσι. μάλιστα δ τὰ ἐν ἱεροσολύμοις ἄκρα ἰσχυρώσας. λαβὼν δ καὶ τοὺς τῶν πρώτων τῆς ἰουδαίας παῖδας ὁμήρους, εἰς τὰ ἄκρα αὐτοὺς ἐνέκλεισε, καὶ ὅτν ἐφύλαττε τὸν τρόπον. ὑπὸ τὸν αὐτὸν δὴ καιρὸν φοβηθέντες οἱ περὶ ἰωνάθην καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ σίμωνα,

τοὺς ἀμαραίου παῖδας ἀπήγγειλαν αὐτοῖς γάμον ἐπιτελοῦντας, καὶ τὰ νύμφην ἄγοντας, ὑπο-

καβα-

γαβαθὰ πόλεως, θυγατέρα τινὸς ἄσημον τῶν Ἀμοραίων παρὰ τοῖς ἄρχουσι. μέλλειν δὲ γίνεσθαι τὴν ἀποπομπὴν τῆς κόρης λαμπρὰν καὶ πολυτελῆ. οἱ δὲ τὸν ἰωνάθην καὶ σιμωνα, καιρὸν ἁρπαστὸν ἡγησάμενοι καὶ ῥᾴδιον τοῖς ἀδελφοῖς νομίσαντες αὐτοῖς ἐπιφανῆναι, καὶ λήψεσθαι τιμωρίαν τοῦ ἰωάννου δίκην παρ' αὐτῶν, ἐπὶ πολλῆς ἐξουσίας ἀπολαβόντες, ἐξώρμησαν εἰς μηδάβαν, καὶ τὰς ἐνέδρας ἐν τῷ ὄρει λοχῶντες ἔμενον. ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς ἀγοντας τὴν παρθένον, καὶ τὸν νυμφίον, καὶ φίλων σὺν αὐτοῖς ὄχλον ἐοικὸς ἐν γάμοις ὄχλον, ἀναπηδήσαντες ἐκ τῶν ἐνέδρων ἀπέκτειναν ἅπαντας, καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τότε ἦν τὰ λεία τοῖς ἀνθρώποις, λαβόντες ἐπέστρεψαν. ἐτιμωρήσαντο μὲν ἐπὶ τοῦ ἰωάννου τὸν ἀδελφὸν τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν, τοιαύτην ἀπέλαβον. αὐτοί τε γὰρ ἔτοι καὶ οἱ συνεπόμενοι φίλοι καὶ γυναῖκες αὐτῶν καὶ τέκνα διεφθάρησαν, ὄντες ὑ. σίμων μὲν οὖν καὶ ἰωνάθης εἰς τὰ ἕλη τὰ παρὰ μῆ ἐπαναστρέψαντες, αὐτόθι κατέμενον. βακχίδης δὲ τὴν ἰουδαίαν ἅπασαν φρουραῖς ἀσφαλισάμενος, ἐπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα. καὶ τότε μὲν ἐπ' ἐνιαυτοὺς τοὺς τῶν ἰουδαίων ἠρέμησε πράγματα. οἱ δὲ φυγάδες καὶ οἱ ἀσεβεῖς, ὁρῶντες τὸν ἰωνάθην καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ μὴ πολλῆς ἀδείας ἐνδιατρίβοντας τῇ χώρᾳ διὰ τὴν εἰρήνην, πέμπουσι πρὸς δημήτριον τὸν βασιλέα παρακαλοῦντες, ἀποστεῖλαι βακχίδην ἐπὶ τὴν ἰωνάθου σύλληψιν. ἐδήλου γὰρ αὐτῷ ἀπόνως ἐσομένην, καὶ νυκτὶ μιᾷ μὴ προσδοκῶσιν αὐτοῖς ἐπιπεσόντας, ἀποκτενεῖν ἅπαντας. ὁ δὲ βασιλεὺς σκεψάμενος τὸν βακχίδην χρόνῳ ὕστερον ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, πᾶσιν ἤρεσε τοῖς φίλοις καὶ ἰουδαίοις οὖσι συμμάχοις, συλλαβεῖν αὐτῷ τὸν ἰωνάθην. ποιούντων δὲ πάντων καὶ μὴ δυναμένων κρατῆσαι τοῦ ἰωνάθου, ἐφυλάττετο γὰρ τὴν ἐπιβουλὴν ἤδη μόνος, ὁ βακχίδης ὀργισθεὶς τοῖς φυγάσιν, ὡς ψευσαμένοις αὐτὸν τε καὶ τὸν βασιλέα, πεντήκοντα αὐτῶν τοὺς ἡγεμένας συλλαβών, ἀπέκτεινεν. ὁ δὲ ἰωνάθης σὺν τῷ ἀδελφῷ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ εἰς βηθαλαγὰν ἀναχωρεῖ, κώμην οὖσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, φοβηθεὶς τὸν βακχίδην. καὶ οἰκοδομήσας πύργους, καὶ τείχη περιβαλόμενος, αὐτὸν ἔσχεν ἀσφαλῶς περιφραγμένον. βακχίδης δὲ πῶς ἀκούσας, τὴν τε μεθ' ἑαυτοῦ στρατιὰν ἄγων, καὶ τὸν ἰουδαίων τοὺς συμμάχους πάντας, ἐπὶ τὸν ἰωνάθην ἦλθε, καὶ προσκαλῶν αὐτὸν τοῖς ὀχυρώμασιν, ἐπὶ πολλὰς αὐτὸν ἡμέρας ἐπολιόρκει. ὁ δὲ, πρὸς τὴν ἀπειθῆ τὸ πολιορκίας οὐκ ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ καρτερῶς ἀντίσχε. σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν ἐν τῇ πόλει καταλείπει, τοῦ βακχίδην πολεμήσοντα. λαθραῖος δὲ αὐτὸς εἰς τὴν χώραν ἐξελθών, καὶ συναγαγὼν χεῖρα πολλὴν πάνυ τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων, νυκτὸς ἐπιπίπτει τοῦ βακχίδου στρατοπέδῳ. καὶ συχνοὺς αὐτῶν διαφθείρας, φανερὸς καὶ τοῖς ἀδελφῷ σίμωνι γίνεται τοῖς ἐχθροῖς ἐπιπεσών. καὶ γὰρ ὅτι ἀναθόρυβον τὰ αὐτῶν κτεινόμενοι, ἐπέξησιν αὐτοῖς, καὶ τὰ τε μηχανήματα τοὺς πρὸς τὴν πολιορκίαν συνέπηξε τῶν μακεδόνων, καὶ φόνον αὐτῶν ἱκανὸν εἰργάσατο. θεασάμενος δὲ αὐτὸν ὁ βακχίδης ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλημμένον, καὶ τοὺς μὲν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, τοὺς δὲ ὄπισθεν προσκειμένους, εἰς ἀθυμίαν ἅμα καὶ ταραχὴν τῆς διανοίας ἐνέπεσε, τοῦ παρ' ἐλπίδας ἀποβάντος τὴν πολιορκίας συνηθεῖς. τὸν μὲν τρίτον ἐπὶ τούτων ἡμῶν, εἰς τοὺς φυγάδας, οἳ μεταπεμψάμενοι τοῦ βασιλέως αὐτὸν, ἐπέσκηψεν, ὡς ἐξαπατηκότας. ἐβούλετο δὲ τελέσας τὴν πολιορκίαν ἀπρεπείας, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανορθῶσαι.

oppido Gabatha, filiam illustris cujusdam inter Arabas: eamqve puellam traducendam cum pompa sumptuosa & splendida. Fratres autem existimantes opportunissimum ad vindictam tempus sibi oblatum, & facile ulturos se injuriam fratri illatam, versus Medabam properaverunt, &, insidiis in monte collocatis, expectabant eorum transitum. Ut vero in conspectum venit sponsus cum virgine & amicorum comitatu, ut fieri solet in nuptiis, coorti ex insidiis omnes ad unum interfecerunt, & cum ornamentis cæteraqve præda reversi sunt voti compotes, & egregie ulti germani interitum de Amaræi filiis. ceciderunt enim hi non soli, sed cum uxoribus, liberis & amicis, usqve ad quadringentorum numerum. Atqve ita Simon cum Jonatha in palustria Jordanis reversi, illic commorabantur. Bacchides autem, per totam Judæam præsidiis dispositis, ad regem suum reversus est: qvo tempore per integrum biennium status rerum Judaicarum fuit pacatior. Transfugæ autem & vulgus impiorum hominum, videntes Jonatham & ejus factionem secure versari in Iudæa propter tranquillitatem temporum, per nuncios solicitaverunt Demetrium, ut, Bacchide misso, Ionatham in potestatem suam redigeret. fore enim hoc perfacile, & unica nocte posse omnes ejus milites insperato incursu opprimi. qui, ubi jussu regis in Iudæam pervenit, ad omnes ejus regionis amicos suos & auxiliares scripsit, darent operam, ut comprehenderetur Ionathas. Cumqve omnium insidiis appeteretur, nec tamen quicquam proficerent: cautus enim erat, ut qvi dolum præsenserat: iratus Macedo transfugis, putansqve & se & regem ab eis haberi ludibrio, interfecit ex eis quinquaginta præcipuos. Ionathas autem cum fratre & suorum manu metu secessit in vicum Bethalagam, qvi in deserto situs est: eumqve munivit mœnibus & turribus, ut tutum haberet receptaculum. quo audito, Bacchides cum totis suis copiis, adjunctisqve Iudæorum suæ factionis auxiliis, contra eum profectus est: & aggressus oppugnare munitiones, per aliqvot dies in eo conatu perstitit. at ille nihil territus restitit acriter: relictoqve ad oppidi tutelam Simone fratre clam egressus, & collectis in vicina regione suæ factionis hominibus, noctu in Bacchidis castra irruit, &, multis trucidatis, effecit, ut frater adventum suum cognosceret. qvam primum enim tumultum sensit in castris hostium, eruptione facta, incendit eorum machinas, cæde etiam non mediocri edita. Bacchides vero videns se a fronte ac tergo invasum ab hostibus, re inopinata consternatus, ob insperatum obsidionis exitum, vix fuit compos animi. totam autem indignationem effudit in transfugas, ut impostores, quorum opera missus a rege fuerat, unum cogitans, qvomodo ex dignitate sua & regis, obsidioni fine imposito, exercitum sine ignominia posset reducere.

CAP. II.

Jonathas fessum bello Bacchidem compellit, inito cum Judæis fœdere, exercitum abducere.

1. Macch. 9

QVa ejus voluntate cognita, Jonathas, misit ad eum nuncios, petens societatem & amicitiam inter se & eum fieri, captivis utrinqve redditis. Id Bacchides ratus sibi honorificum, & oblatam occasionem, qva posset non inglorius obsidionem solvere, amicitiam cum Jonatha iniit, jurejurando interposito, neutrum arma moturum in alterum: redditisqve & receptis captivis, Antiochiam ad suum regem reversus est: nec unqvam posthac Judæam cum exercitu repetiit. Jonathas vero hanc securitatem nactus, & degens apud Machmam oppidum, administrationi rerum & juri populis reddendo operam impendit, & severe animadvertens in religionis patriæ desertores, repurgabat suam gentem ab hujusmodi contagionibus.

CAP. III.

Alexander filius Antiochi Epiphanis regem Demetrium bello aggreditur.

II.

ANno autem sexagesimo supra centesimum Alexander Antiochi Epiphanis filius veniens in Syriam Ptolemaidem occupavit proditione militum, qvi eam tenebant præsidio, moresqve Demetrii oderant, ut parum comis & superbi admodum. Inclusus enim in regium qvoddam castellum munitum qvatuor turribus, non procul situm ab Antiochia, neminem admittebat; &, omissa reipublicæ cura, degebat in otio per segnitiem, unde graviora etiam odia contra eum exorta sunt, sicut alibi a nobis dictum est. Audito igitur, qvod Alexander occupaisset Ptolemaidem, cum omnibus copiis contra eum profectus est.

CAP. IV.

Demetrius, missa legatione ad Jonatham, multis muneribus eum ad amicitiam suam pertrahit.

1. Macch. 10.

MIsit etiam legatos ad Jonatham, invitans eum ad societatem & amicitiam, prævenire Alexandrum cupiens, ne forte ille prior impetraret illius auxilium, idqve eo facilius, qvod odia inter se & Jonatham interceserant: cui mandabat, ut haberet delectum militum, & arma pararet reciperetqve Judæorum obsides, qvos Bacchides in Hierosolymitanam arcem incluserat. Talis conditio cum offerretur a Demetrio, Jonathas venit Hierosolyma, & legit regias literas, audiente tam populo qvam arcis præsidio. qvibus lectis, impii & transfugæ, qvi in arce erant, vehementer sunt territi, qvod rex Jonathæ & exercitum colligere permitteret, & obsides recipere: qvos suis qvemqve parentibus restituit. Atqve ita Jonathas Hierosolymis habitabat, suo arbitratu multa in ea urbe reparans. nam & mœnia ejus jussit saxo qvadrato extrui, qvo firmiora essent contra assultus hostium. Qvod ubi senserunt, qui dispersi erant per præsidia, omnes, relictis illis, receperunt se Antio-

A

Κεφάλαιον β'.

Ως ἰωνάθης πολεμίους βαχχίδην, ἠνάγκασε φιλίαν ποιησάμενον πρὸς αὐτὸν ἀπελθεῖν ἐκ τῆς χώρας.

ΜΑθὼν δ' αὐτὸ τὴν βακχίδου γνώμην ἰωνάθης, πρεσβεύει πρὸς αὐτὸν περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας ἕως ἀποδῶσιν ἀλλήλοις ἐς εἰλήφασιν αἰχμαλώτους ἑκάτεροι. νομίσας ἢ ταύτην εὐπρεπεστέραν ὁ βακχίδης τ ἀναχώρησιν, ἀπένδει πρὸς τ ἰωνάθην φιλίαν, καὶ ὤμοσαν μὴ πρατεύειν ἐπὶ κατ' ἀλλήλων. καὶ τὰς τε αἰχμαλώτους, ἀπέδωκε, ἃ τὰς ἰδίους κομισάμενος, ἐπέστρεψεν εἰς ἀντιόχειαν πρὸς τ βασιλέα. ἃ μὴ ταύτην τὴν ἀναχώρησιν, οὐκ ἔτι εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐστράτευσεν. ὁ ἢ ἰωνάθης ταύτης τ ἀδείας λαβόμενος, καὶ πιστεύσας ἐν μαχμᾷ πόλει τ δίαιταν, αὐτόθι πῆξε ἴδιους τὰ πράγματα, καὶ τὰς πονηρὰς καὶ ἀσεβεῖς κολάζων, ἐκάθηρεν ἔτως ἀπὸ τούτων τὸ ἔθνος.

B

C

Κεφάλαιον γ'.

Οτι ἀλέξανδρος ὁ ἐπιφανὴς ἐξήνεγκε πόλεμον πρὸς δημήτριον.

ΕΤει δ' ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἀλέξανδρος τ ἀντιόχου ἐπιφανὴς ἰὼν ἀναβαίνει εἰς συρίαν, συνέβη καταλαβέσθαι πτολεμαΐδα, ἐκ προδοσίας τ ἐνδοθεν στρατιωτῶν. ἀπεχθῶς γὰρ εἶχον πρὸς τ δημήτριον διὰ τ ὑπερηφανίαν αὐτοῦ καὶ τ δυσεντυξίαν. ἀποκλείσας γὰρ αὐτὸν εἰς τετραπύργιόν τι βασίλειον, ἐκαθεκύρωσεν αὐτὸς οὐκ ἄπωθεν τ ἀντιοχείας, ἀδένα προσιέμενος, ἀλλὰ ἐκ πρὸς τὰ πράγματα φαῦλως ἐκλογιζόμενος, ὅθεν αὐτῷ ἐκ μᾶλλον τὸ ὠμὸν τ ἐπιστάγματος μισούμενος ἐξήφθη, καθὼς ἤδη καὶ ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. γνόμενον δὲ ἐν πτολεμαΐδι τ ἀλέξανδρον ἀκούσας ὁ δημήτριος, ἦλθε ἅπασαν ἀναλαβὼν τ δύναμιν ἐπ' αὐτόν.

D

E

Κεφάλαιον δ'.

Ως δημήτριος πρεσβευσάμενος πρὸς ἰωνάθην, ποιεῖται συμμαχίαν πρὸς αὐτὸν πολλοῖς δωρησάμενος.

ΕΠεμψε ἢ καὶ πρὸς ἰωνάθην πρέσβεις περὶ συμμαχίας καὶ εὐνοίας. φθάσαν γὰρ τ ἀλέξανδρον διέγνω, μὴ πρὸ διαλεχθεὶς ἐκεῖνος αὐτῷ, σχῇ τ παρ' αὐτοῦ βοήθειαν. ὅτ ἢ ποιεῖ, φοβηθεὶς μὴ μνησικακήσας ὁ ἰωνάθης αὐτῷ τ ἔχθρας συνεπιθῇ. πρεσβεύει οὖν αὐτῷ συναθροίζων δυνάμεις, καὶ προκαθασκευάζειν ὅπλα, καὶ τὰς ὁμήρους ἐς τ ἰουδαίων ἐνέκλεισε βακχίδης ἐν τῇ ἀκρᾳ τ ἱεροσολύμων, ἐπολαβεῖν. πιστῶν οὖν αὐτῷ τῶν πρὸ δημητρίου πρεσβευόντων, ὁ ἰωνάθης πρὸς μόμενος εἰς τὰ ἱεροσόλυμα, τ ἐπιστολὴν ἀνέγνω ἢ βασιλέως, ἀκουόντων ὅτε λαοῦ καὶ τ φρουρούντων τὴν ἀκρόπολιν. ἀναγνωσθέντων ἢ τούτων, οἱ ἀσεβεῖς καὶ φυγάδες ἐκ τῆς ἀκροπόλεως λίαν ἐδέησαν, ἐπιτρέφει ἰωνάθης ἢ βασιλέως στρατιὰν συλλέγειν καὶ τὰς ὁμήρους ἐπολαβεῖν. ὁ ἢ, τοῖς γονεῦσιν ἑκάστῳ τὸν ἴδιον ἀπέδωκε. καὶ ἔτως μὲν ἰωνάθης ἐν ἱεροσολύμοις τὴν μονὴν ἐποιεῖτο, καινίζων τὰ καὶ τὴν πόλιν, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ βούλησιν κατασκευάζων ἕκαστον. ἐκέλευσε γὰρ οἰκοδομηθῆναι καὶ τὰ τείχη τῆς πόλεως ἐκλίθων τετραγώνων, ὡς ἂν ἢ πρὸς τοὺς πολέμους ἀσφαλέστερα. ταῦτα δ' ὁρῶντες οἱ τῶν φρουρίων τ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ φύλακες, ἐκλιπόντες αὐτὰ πάντες

πάντες ἔφυγον εἰς ἀντιόχειαν, πάρεξ τ̃ ἐν βεθσύρᾳ πόλ, καὶ τ̃ ἐν τῇ ἄκρᾳ τ̃ ἱεροσολύμων. ὅτι γὰρ ἡ πλείων μοῖρα τ̃ αἰσθῶν ἰουδαίων ἐκ πεφυγότων ἦσαν, καὶ διὰ τ̃το τὰς φρουρὰς οὐκ ἐγκατέλιπον.

A chiam, exceptis solis, qvi Bethsuram tenebant, & arcem Hierosolymis. nam horum maxima pars constabat ex Judæis religionis desertoribus, & ideo præ metu non sustinuerunt præsidia relinqvere.

Κεφάλαιον ε.

Ως ἀλέξανδρος ταῦτ' ἀκούσας ὑπερβαλὼν τὸ δῶρον δημητρίου, ἐπαδόξας ἰωνάθην δεχιρέα, συμμαχεῖν ἔπεισεν αὐτῷ.

CAP. V.

Alexander majoribus qvam Demetrius pollicitationibus, & delato pontificatu, Jonatham in partes suas traducit.

Γνοὺς δ' ἀλέξανδρος τὰς τε ὑποσχέσεις ἃς ἐπηγγείλατο δημήτριος πρὸς ἰωνάθην, καὶ εἰδὼς ἐκ τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ, καὶ ὁπόσα διέθηκε πολεμῶν τὰς μακεδόνας, καὶ πάλιν οἷα πεπονθὼς αὐτὸς ὑπὸ τοῦ δημητρίου καὶ βακχίδου τ̃ στρατηγ̃ αὐτοῦ, σύμμαχον οὐκ ἂν εὕρων ἰωνάθην ἀμείνω πρὸς τὰς φίλας ἐλέγχου ἐν τῷ παρόντι καιρῷ, ὃς ἐκ πρὸς τὰς πολεμίους ἐστὶν ἀνδρεῖος, καὶ μῖσος οἰκεῖον ἔχει πρὸς δημήτριον, πολλὰ πεπονθὼς ἐκ αὐτοῦ κακὰ καὶ πεποιηκώς. εἰ τοίνυν ὁρῶν δοκεῖ φίλον ποιεῖσθαι αὐτὸν καὶ δημητρίῳ, νῦν ἐστιν οὐκ ἄλλοτε εὐκαιρότερον προσκαλεῖν αὐτὸν διὰ τῶν συμμαχίαν δέχεσθαι αὐτοῦ, καὶ τοῖς φίλοις πέμπειν πρὸς τὸν ἰωνάθην, γράφει τοιαῦτα ἐπιστολήν. βασιλεὺς ἀλέξανδρος ἰωνάθῃ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. τὴν μὲν ἀνδρείαν σου καὶ πίστιν, ἀκηκόαμεν πάλαι, καὶ διὰ τ̃το πεπόμφαμεν πρὸς σὲ νῦν φιλίας καὶ συμμαχίας. χαίρομεν δέ σε σήμερον δεχιρέα τ̃ ἰουδαίων, καὶ φίλον ἡμῶν καλοῦμεν ἀπεστάλκαμεν δέ σοι καὶ δῶρα, στολὴν πορφυρᾶν καὶ στέφανον χρύσεον, καὶ προσκαλοῦμεν ὑφ' ἡμῶν, ὁμοίων γενέσθαι πρὸς ἡμᾶς. δεξάμενος οὖν τὴν ὑπεστολὴν ὁ ἰωνάθης, ἐνδύεται μὲν τὴν δεχιερατικὴν στολὴν, τῆς σκηνοπηγίας ἑορτάσης μ̃ ἔτη τοσαῦτα, ἢ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἰούδαν ἐκδημῆσαι. καὶ γὰρ ἐδέ μ̃ ἦν τ̃ χρόνον δεχιερεύς τις ἐγγενέσθαι. συναγαγὼν δυνάμιν πολλὴν, καὶ πλῆθος ὅπλων ἐχαλκεύσε. δημήτριον δὲ πάντα ἐλυπησε μαθόντα, καὶ τῆς βεβαιότητος ἑαυτὸν ἐπαινέσαι αἰτιᾶται, ὅτι μὴ προλαβὼν ἀλέξανδρον αὐτὸς ἐφιλανθρωπεύσατο τὸν ἰωνάθην, ἀλλ' ἐκείνῳ καταλίποι κλῆρον εἰς ἑαυτ. γράφει τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐπιστολὴν τῷ ἰωνάθῃ καὶ τῷ δήμῳ δηλοῦσαν τάδε. βασιλεὺς δημήτριος, ἰωνάθῃ καὶ τῷ ἔθνει τῶν ἰουδαίων χαίρειν. ἐπειδὴ διετηρήσατε τὰ πρὸς ἡμᾶς φιλίαν, καὶ παράσιναν ὑμᾶς τοῖς ἐμοῖς ἐχθροῖς ἐκ προσεπεθέσθε, καὶ πίστιν μὲν ὑμῶν ἐπαινῶ τῷ πίστιν, καὶ προσκαλοῦμαι ὑμᾶς ἐπιμένειν, ἀπολήψεσθε ἀμοιβὰς παρ' ἡμῶν καὶ χάριτας. τὰς γὰρ πλείστας ὑμῶν ἀνήσω τ̃ φόρων καὶ τ̃ συντάξεων ἃς προσετέλεστε τοῖς πρὸ ἐμοῦ βασιλεῦσιν ἐμοί. νῦν τε ὑμῖν ἀφίημι τοὺς φόρους ἃς ἀεὶ παρεῖχεσθε. πρὸς τούτοις καὶ τιμὰς ὑμῖν χαρίζομαι τ̃ ἁλῶν, καὶ τ̃ στεφάνων ἃς προσφέρετε ἡμῖν, ἐγὼ τῶν τρισσῶν τ̃ καρπῶν καὶ ἡμίσους τ̃ ξυλίνου καρποῦ τὸ ἥμισυ ἐμοὶ μέρος ὑμῖν ἀφίημι, λοιπὸν τῆς σήμερον ἡμέρας. καὶ κατ' ἐκεφαλῆς ἑκάστης ὃ ἔδει μοι δίδοσθαι τ̃ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ κατοικούντων, καὶ τ̃ τριῶν τοπαρχιῶν τ̃ ἐν τῇ ἰουδαίᾳ προσκειμένων, σαμαρείας καὶ γαλιλαίας καὶ περαίας, τούτους ἀφαιρῶ ὑμῖν λοιπὸν καὶ νῦν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. καὶ τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἱερὰν καὶ ἄσυλον εἶναι βούλομαι, καὶ ἐλεύθερον ἕως τῶν ὁρίων αὐτῆς λοιπὸν τῆς δεκάτης καὶ τῶν τελῶν. τὴν δὲ ἀκρᾶν ἐπιτρέπω τῶν δεχιερέων ὑμῶν εἶναι, οὓς ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ πίστους καὶ φίλους, πέμπειν δὲ

Alexander autem, cognito, qvid Demetrius Jonathæ promiserit, nec ignorans viri fortitudinem, & qvomodo se gesserit contra Macedonas, tum qvaliter vexatus sit a Demetrio ejusqve duce Bacchide, apud amicos dictitabat, non posse se eo tempore commodiorem socium invenire qvam Jonatham: qvi & virtute sit eximia, & peculiares odii causas contra Demetrium habeat, qvod datis vicissim & acceptis cladibus exacerbatus fuerat. Itaqve si idem ipsis videatur, adesse occasionem invitandi hominem ad amicitiam. cumqve id purpuratis qvoqve suis probari animadverteret, scripsit talem epistolam: Rex Alexander Jonathæ fratri S. Qvia jamdudum audivimus de fide tua simul & fortitudine, mittimus ad te, qvi de societate agant, & amicitia: & nostro suffragio hodie te pontificem Judæorum constituimus, & in amicorum nostrorum numerum ascribimus. mitto etiam tibi munera, stolam purpuream, & coronam auream; & rogo, ut sic honoratus a nobis, non cedas nobis mutua benevolentia. His literis acceptis, Jonathas pontificiam stolam induit, in ipso scenopegiæ festo, post qvadriennium exactum a Judæ fratris obitu, cum vacasset interim sacerdotium: moxqve contraxit exercitum, & fabricavit magnum armorum numerum. Demetrius vero, hoc cognito, multum doluit, & damnans suam cunctationem, qvod non præveniens æmulum, eblanditus sit Jonathæ fœdera, sed elabi sibi hanc occasionem, & ab Alexandro arripi passus sit. Scripsit tamen etiam ipse pontifici & populo in hanc sententiam: Rex Demetrius Jonathæ & Judæorum genti salutem. Qvoniam servastis nostra fœdera, &, solicitantibus vos inimicis nostris, non accessistis, eqvidem laudo vestram fidem, hortorqve, ut constantes sitis in ea, dignam percepturi a nobis gratiam. Remittam enim vobis maximam tributorum partem: & jam nunc remitto, qvæ pendebatis tam mihi, qvam his, qvi me præcesserunt, regibus: insuperqve salis precium & aurum coronarium. & tertiam seminis, dimidiamq; partem fructus arborei solitam mihi cedere, ab hodierno in posterum vobis remitto; simulq;, qvod in singula capita pendebatur ab his, qui Judæam incolunt, & tres attributas ei toparchias, Samariam, Galilæam, & Peræam, vobis concedo in perpetuum. Et Hierosolymitanam urbem sacram esse volo, & jus asyli habere, immunemqve esse cum suis finibus a tributis atq; decimis. Arcem etiam ejus permitto pontifici vestro Jonathæ, ut, qvos ipse fidos & amicos probaverit, in

præsidio ejus constituat. Eos qvoqve Judæos, qui jure belli capti servitutem in nostra ditione serviunt, in pristinam libertatem restituo, ac ne jumenta qvidem ad angarias adigi permitto. Sabbatis item & festis solennibus, & tribus diebus ea præcedentibus immunitatem concedo. Eodem modo Judæos, qvi in mea ditione habitant, liberos, & sine molestia degere volo: &, quicunqve ex eis mecum militare voluerint, permitto, duntaxat usqve triginta millium numerum: idqve ea conditione stipendiorum, qua cæteros meos milites. Habebo etiam eos in præsidiis & in meo satellitio, & principes eorum in aulicorum meorum numero. Permitto etiam, ut patriis utantur legibus, & ipsi & tres attributæ eis præfecturæ: utqve pontifici curæ sit, ne qvis Judæus aliud templum præter Hierosolymitanum religionis ergo adeat. Præterea do in singulos annos ex meis rationibus in sumptus sacrificiorum quindecim millia siclorum argenti, &, qvod pecuniæ superfuerit, vestrum esse jubeo. & decem illa drachmarum millia, quæ de templo accipiebant reges, sacerdotibus atqve ministris templi remitto, ad quos ea pertinere compertum mihi est. Quicunqve etiam confugerint in templum Hierosolymitanum, fanumqve contiguum, sive ob debitam regi pecuniam, sive alia de causa, immunes sint ab omni vexatione, tam ipsi qvam eorum facultates. Permitto etiam ut reparetur templum, & operum sumptus de meis pecuniis fieri jubeo: sicut & mœnia & turres altas æqve de meo volo ædificari. tum si quæ sunt loca per Judæam apta ad struendas arces, imponendaqve præsidia, & hæc meo sumptu muniantur. Atqve hæ fuerunt literæ ac pollicitationes Demetrii, Alexander autem rex, magnis copiis contractis tam e mercenario milite, qvam eo, qui in Syria defecerat a Demetrio, omnes in hostem duxit, collatisqve signis, sinistrum cornu Demetrii oppositam sibi aciem terga coegit vertere: hærentesqve diu fugientium vestigiis etiam castra eorum diripuerunt. at dextrum cornu, in quo rex ipse pugnabat, compulsum est loco cedere: &, reliqvis effuse fugientibus, Demetrius fortiter decertans alios hostium occidit, alios non sustinentes ipsius impetum persequens, abreptus est in cœnum quoddam profundum & transitu difficile: ubi, prolapso eqvo, omni effugio destitutus, ab accurrentibus oppressus est. Circumdatum enim corona confixerunt jaculis, at ille etiam pedes generose repugnabat, donec crebris vulneribus confectus succubuit. Hic fuit finis Demetrii post exactum regni annum undecimum, sicut in aliis commentariis jam ante demonstravimus.

A miserunt armatos qvosdam in propinqvas ædes, ut eis essent præsidio. in qvos coortus populus, destitutos auxilio cum ipsis concremavit ædibus: quam injuriam populo post Herodes ultus est, adversarios adortus prælio, & multis interfectis ex illorum numero. Cumqve qvotidianæ velitationes inter eos fierent, hostes expectabant conventuras e tota regione turbas ad Pentecosten, quam vocant, festivitatem. Quæ dies postqvam illuxit, multa hominum millia circa templum congregata sunt, tam armatorum quam inermium: qvi & templum & urbem occupaverunt, excepta regia. hanc enim Herodes servabat cum paucis militibus, ejus murum Phasaelus custodiebat: Herodes vero cum suorum cohortibus erupit in hostem agentem in suburbio: & egregia pugna edita, coegit multa millia terga vertere, fugientia partim in urbem, partim in templum, partim etiam intra vallum qvoddam in propinqvo positum. in ea pugna & Phasaëlus adjuvit nonnihil. Pacorus autem Parthorum dux cum paucis equitibus, rogante Antigono, in urbem ingressus est, prætextu quidem quasi seditionis compescendæ gratia, sed revera principatum illi astruere cupiens. qui postqvam a Phasaelo occurrente exceptus est hospitio, svasit ei, ut legatus iret ad Barzapharnem, insidias hoc pacto instruens. ille nihil suspicatus paruit, non probante hoc factum Herode propter Barbarorum perfidiam, hortanteq;, ut potius Pacorum & alios ad se venientes opprimeret. Itaqve profecti sunt in eam legationem Hyrcanus atqve Phasaelus: & Pacorus, relictis apud Herodem ducentis eqvitibus, ac decem liberis, qvos vocant, legatos deduxit. Ut vero in Galilæam ventum est, armati eis occurrunt, qui illis oppidis præerant: & Barzapharnes primum alacriter eos excipit donatqve muneribus: deinde struere insidias incipit. Phasaelus vero cum suo comitatu deductus est in propinqvum juxta mare diversorium. Ubi, audito, qvod Antigonus mille talenta & quingentas mulieres Parthis esset pollicitus, suspectos jam habuerunt barbaros. quidam etiam nunciavit, noctu illis parari insidias, & clam adhiberi custodiam. Et certe cepissent eos, nisi expectassent, donec relicti Hierosolymis Parthi Herodem caperent, ne, his sublatis, ille præsentiens effugeret. id quod verum esse mox apparuit, conspectis custodibus. quare non defuerunt, qui hortarentur Phasaelum, ut nihil amplius expectans, conscenso eqvo, se inde proriperet, præcipue Ofilius. qui id secretum cognoverat e Saramalla Syrorum tunc ditissimo, & naves ad fugam offerebat. nam non longe mare aberat. at ille Hyrcanum & fratrem Herodem nolebat in periculo relinqvere: sed accedens Barzapharnem negabat eum recte facere, qvi agitaret ejusmodi consilia. Si enim pecuniis opus habeat, plures accepturum a se quam ab Antigono: & alioqvin turpe esse legatos suam fidem secutos insontes interficere. At barbarus hæc audiens dejerabat non esse vera, & inanibus eum turbari suspicionibus: moxq; ad Pacorum abiit.

CAP. XXV.

Parthi Hyrcanum & Phasaelum captivos abducunt.

QVo profecto, statim Parthorum quidam injecerunt vincula Hyrcano & Phasaëlo, multum detestanti eorum perjurium. ad Herodem autem missus eunuchus mandatum habebat, ut productum extra muros comprehenderet. Phasaëlus vero miserat nuncios, qui indicarent Parthorum perfidiam: quos quoniam hostes interceperant, Herodes, re cognita, Pacorum adiit & Parthorum potentissimos, quasi aliorum dominos. qui cum scirent, omnia dolose dissimulabant: ajebantq; oportere eum cum ipsis progressum extra regiam occurrere literarum latoribus: nondum enim eos esse comprehensos ab adversariis, sed adventare significaturos, quæ bene Phasaelo successerit. id Herodes non credidit, ut qui ex aliis de fratre capto audierat, quam ejus suspicionem augebat Hyrcani filia, cujus filia ipsi desponsa erat: hujus monitis, licet aliis contemnentibus, libenter parebat, utpote mulieres cordatissimæ. Interim dum Parthi, quid faciendum sit, consultant, quod non placeret aperte tantum virum aggredi, & rem in seqventem diem differunt, Herodes, animadversa eorũ trepidatione, & magis etiam permotus nuncio de intercepto a Parthis fratre, utcunq; negarent alii, appetente vespera decrevit ad fugam uti hac opportunitate temporis, neqve diutius inter hostes cunctari in rebus tam dubiis. Assumpto igitur armatorum, quos circa se habebat, subsidio, & impositis in jumenta mulieribus, matre & sorore, & sponsa sua Alexandri filia, nepte Aristobuli, matreq; sponsæ Hyrcani filia, & fratre natu minimo, famulitioq; ac reliqva turba comitum, properabat versus Idumæam insciis hostibus: ex quibus nemo erat tam ferreus, qui non tali rerum facie commotus fuisset ad misericordiam, fœminis infantulos suos trahentibus, & cum lacrymis ac ejulatu relinqventibus patriam, & vinctos amicos, nec de se meliora sperantibus. Verum Herodes, obdurato contra sævientem fortunam pectore, & ipse præsenti erat animo, & comites inter eundum singillatim accedens hortabatur, ne mœrori succumberent. hunc enim fugæ officere, in qua sola salutis spes sit reposita: quibus verbis accensi conabantur calamitati resistere. interim minimum abfuit, quin ipse sibi manus inferret, eversо vehiculo & matre adducta in mortis periculũ: adeo & casus hic eum terruit, & metus, ne inter has moras superveniret hostis insequens. jamqve gladium strinxerat volens se percutere, cum interventu proximorum est prohibitus, obtestantium, ne suos inimicorum injuriis relinqveret. neqve enim esse viri fortis, se uno in libertatem asserto, amicos contemnere. partim igitur vi, partim pudore coactus desistere ab incepto facinore refota matre & pro tempore adhibitis remediis,

Κεφάλαιον κέ.

Ὡς οἱ πάρθοι ὑρκανὸν & Φασάηλον αἰχμαλώτους ἐλαβον.

ΟΙχομένῳ δ', τῶν πάρθων ἐδέσμιον τινες ὑρκανὸν καὶ Φασάηλον, πολλὰ τ' ἀπιορκίας κακίζοντας τοὺς πάρθους. ὁ δ' ἀπὸ τοῦ ἡρώδῃ ἀπεσταλμένῳ εὐνούχῳ, ἐντολὰς εἶχε παραγαγὼν αὐτὸν ἔξω τοῦ τείχους συλλαμβάνειν. ἔτυχον δ' ἄγγελοι τῷ Φασάηλ πεμφθέντες ὅτι δηλώσοι τ' πάρθων ἀπιστίας. ὡς τ' πολεμίων συλλαβόντων, γνὺς ἡρώδης προέσθαι πικρῶς καὶ τῶν πάρθων τοῖς δυνατωτάτοις, ὡς ὑπὸ τῶν ἄλλων δεσπότας. οἱ δ' τὸ πᾶν εἰδότες, ὑπεκρίνοντο δολίως. καὶ δὴν αὐτὸν ἔφασαν μὴ σφῶν ἐξελθόντα πρὸ τοῦ τείχους ὑπαντᾶν τοῖς παρὰ μέλλα κομίζουσιν. οὐδέπω γὰρ αὐτοὺς εἰληφθαι πρὸς τ' ἀντιστασιωτῶν ἥκειν μηδὲ δηλώσοντας ὅσοι κατορθώσοι Φασάηλ. τότε ἡρώδης ὀρθῶς ὑπώπτευεν. ἠκηκόει γὰρ τὸν σύλληψιν τοῦ Φασάηλ παρ' ἑτέρων. ἐπὶ τῷ μὲν ὑρκανὸς ἦν τῆς ὑρκανοῦ θυγατρὸς, ἧς ἐνεγγύητο τὸν θυγατέρα, ἐπὶ μᾶλλον ὑποπτεύσε τοὺς πάρθους. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι αὐτῇ οὐ πεφροντίκεσαν, αὐτὸς δ' ὑπώπτευε λίαν ἐμφρονι γυναικί. βουλευομένων δ' τ' πάρθων τὸ χρὴ ποιεῖν, ἐδόκει αὐτοῖς ὀκνηρῶς ἐπὶ φανερᾷ ὑπαίτιον ἀνδρὶ τηλικούτῳ, καὶ ὑποτεθεμένων εἰς τὸν ὑστεραίαν, ἐν τοιαύτῃ παρούσῃ ἡρώδης ἠμύνετο, καὶ μᾶλλον οἷς ἥκουσε περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἐκ τῆς πάρθων ὑπούλης, ἢ τοῖς ἐναντίοις προσεδέχετο, ἑτέρας ἐπελθούσης ἔννοιαν αὐτῇ πρὸς φυγὴν χρήσιμος, καὶ μὴ βραδύνειν ὡς ἐπ' ἀδήλοις τοῖς περὶ τ' πολεμίων κινδυνοις. ἅρας οὖν σὺν οἷς εἶχεν ἑταίραις, & παισὶ γυναικείοις τοῖς ὑποζυγίοις ὑπεδέχετο, μητρὶ τε αὐτοῦ καὶ ἀδελφῇ, καὶ τῇ ἐμελλεν ἄγεσθαι πρὸς γάμον ἀλεξάνδρου θυγατέρα δ' ἀριστοβούλου παιδὸς, τήν τε ταύτης μητέρα, ὑρκανοῦ δ' τὴν θυγατέρ, καὶ τὸν νεώτατον ἀδελφὸν, τήν τε θεραπείαν, καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον τὸν σὺν αὐτοῖς, ἐδίωκε τὴν ὑπὸ ἰδουμαίας, λαθὼν τοὺς πολεμίους. ὧν ἐδείς ἂν ἄτω στερρὸς τὴν φύσιν εὑρέθη, ὃς τότε παρὼν τοῖς πραττομένοις, οὐκ ἂν ὠκτειρεν αὐτοὺς τῆς τύχης, γυναικῶν ἑπομένων νήπια τέκνα, καὶ μὴ δακρύουσας αἱμωδῶς ἀπολειπουσῶν τὴν πατρίδα, καὶ φίλους ἐν δεσμοῖς, καὶ σὺν αὐτῶν ἀδέτοις χερσὶν προσδεχομένων. ἀλλ' ἡρώδης ἐπάνω τῆς οἰκείας δεινοῦ πληγῆς τὸ φρόνημα παιησάμενος, αὐτός τε ἦν πρὸς τὸ δεινὸν εὔψυχος, καὶ παρὼν καὶ τὴν ὁδὸν ἕκαστον παρεκέλευε μὴ παρέχειν αὐτὸν ἐκδοτον τῇ λύπῃ. ἦν γὰρ αὐτοὺς βλάπτειν πρὸς τὴν φυγὴν, ἐν τῇ τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς μόνῃ κεῖσθαι συμβέβηκε. καὶ οἱ μὲν ὡς ἡρώδης παρῄνει, φέρειν τὴν συμφορὰν ἐπωρῶντο. μικρὰ δ' αὐτὸν διεζεύξατο τῆς ζεύγους πρότερον, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ κινδυνώδους ὀπισθενεῖν, ἅμα τε τὸ ἐπ' αὐτῇ πάθος, καὶ ἅμα τὸ φοβεῖσθαι μὴ καταλάβωσιν αὐτὸν οἱ πολέμιοι διώκοντες, τρισὶν πρὸ τοῦ πρᾶγμα γνωμένης. ἀπασπίμων γὰρ αὐτῷ τὸ ξίφος, καὶ μέλλοντα πλήττειν αὑτ, κατέχον οἱ παρόντες. τότε πλήθει καλέσαντες, ἕως ἐκχελεῦσαι αὐτοὺς ἐγκαταλιπεῖν ὅπῃ τοῖς ἐχθροῖς ἐσομένους λέγοντες. ἐπὶ γὰρ γυναῖκε, τ' δηλωσαντα, τοὺς φίλους ἐν αὐτοῖς ὑφορᾶσθαι. διαθεὶς οὖν ἀποχεσθαι κατ' αὐτὸ τολμήματος, αἰδοῖ τ' τ λεγομένων, καὶ πλήθει τ' ὄντι ὑπιτρεπόντων αὐτῷ τῇ θεραπείᾳ, καὶ θεραπείας ἧς ἡ ἡμέρας ἤπιγε ἀξιώσας

ἐκάλυ-

ἐβάδιζε τὴν πεποιημένην ὁδὸν, σωτηρωτέραν πολύ-
μὴν τὴν πορείαν εἰς μάσαδαν τὸ ἔρυμα. πολλὰς
γὰρ μάχας πρὸς τοὺς ἐπεξελθόντας καὶ διώκοντας τῶν
Πάρθων μαχεσάμενος ἐνίκησε πάσας. ἔμεινε δ' οὐ-
δεὶς τὴν φυγὴν, οὐδὲ τὸ πρὸς τῶν Ἰουδαίων ἀσφα-
λὲς. σαφεπέλεντο γὰρ καὶ ἕως ἡμερῶν ἀπὸ στα-
δίων ἑξήκοντα τῆς πόλεως, προσβαλόντες τε εἰς χεῖ-
ρας ἐρχόμενοι τῇ ὁδῷ. ὡς δὲ καὶ τρεψάμενος
κατήσας οὐχ ὡς ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀνάγκῃ τις τοιαύτῃ
καθεστὼς, ἀλλ' ὡς κάλλιστα καὶ μὴ πολλοῦ δεόν-
τος, πρὸς πόλεμον παρασκευασάμενος, ἐν ἐκείνῳ τῷ
χωρίῳ, ἐν ᾧ τῶν Ἰουδαίων ἐκράτησε μὴ χρόνον βασι-
λεύσας, ἔκτισε, καὶ βασιλείων κατεσκεύασεν ἀξιολο-
γώτατον, καὶ πόλιν περὶ αὐτὸ, Ἡρωδίαν προσαγορεύ-
σας. γνωμένην τῆς Ἰουδαίας ἐν θρήσκᾳ χωρίῳ ἔτω
καλουμένῳ, ὁ ἀδελφὸς Ἰώσηπος ἐπολιόρκησε. καὶ
βουλὴν περὶ τῶν ὅλων ἦγε, τί χρὴ ποιεῖν πολλοῦ μὲν
πλήθους ἐπομένου, καὶ δίχα τῶν μισθοφορούντων αὐ-
τοῖς, ὃ οὐ χωρίον τῆς μασάδας, εἰς ὃ προὔκειτο συμ-
φυγεῖν, ἐλάττονος ἦν ὑποδέξασθαι τοσοῦτον ὄχλον.
τοὺς μὲν οὖν πλείους ἀπέλυσεν ὡσεὶ ἐννέα χιλιάδας
ὄντας, ἄλλον ἀλλαχῇ κελεύσας διὰ τῆς ἰδιωμίας σώ-
ζειν αὐτούς, ὅσοι δ' ἦσαν ἐγγύθεν, καὶ τοὺς
ἀναγκαιοτάτους ὑπολαβὼν εἰς τὸ ἔρυμα παρεγένετο.
καὶ κατεσκέμμενος αὐτόθι, πάς τε γυναῖκας καὶ τὰς ἑπο-
μένας, ἦσαν δ' ὡς ὀκτακόσιοι, σίτου τε ὄντος ἐν τῷ χω-
ρίῳ καὶ ὕδατος καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀφθο-
νώτως, ἐξώρμησεν αὐτὸς ἐπὶ πέτραν τὴν ἀραβίας. ἅμα
δὲ ἡμέρᾳ τὰ μὲν ἄλλα πάντα τῶν ἱεροσολυμιτῶν,
διήρπαζον οἱ πάρθοι ἐκ τοῦ βασίλειον, μόνα δ' ἀπέσχοντο
τῶν ὑρκανῶν χρημάτων. τὰ δ' εἰς τριακόσια
τάλαντα. πολλὰ δὲ τῶν ἡρώδου διέφυγον, καὶ μάλιστα
ὅσα ἐκ προκεκομίδης καὶ προμηθείαν τοῦ πόρρω εἰς τὴν
ἰδουμαίαν ἐφθάκει. τὰ μὲν οὖν καὶ τὴν πόλιν οὐκ ἀπέ-
χρησε τοῖς πάρθοις, ἀλλὰ ἐκ τὴν χώραν αὐτῶν ἐξιόντες
σκήνωσι, μάλιστά τε πόλιν διωκτέων ἀνέσησαν. καὶ
ἀντίγονος μὲν ἔτω καθαχθεὶς εἰς τὴν ἰουδαίαν ὑπὸ
τῶν πάρθων βασιλέως, ὑρκανὸν καὶ φασάηλον δεσμώτας
παραλαμβάνει. σφόδρα δὲ λύπη τῶν γυναικῶν
αὐτοῦ διαφυγουσῶν, ἃς τοῖς πολεμίοις ἐνεχυμᾶτο δώ-
σειν, τούτων αὐτοῖς μὴ τῶν χρημάτων τὸν μισθὸν ὑποχό-
μενος. φοβούμενος δὴ τὸν ὑρκανὸν, μὴ τὸ πλῆθος αὐτοῦ
τὴν βασιλείαν ἀποκαθέσῃ παραχρῆμα, ἐπηρέπει ὑπὸ
τῶν πάρθων, ἀποτέμνει αὐτοῦ τὰ ὦτα, πραγματεύ-
μενος μηκέτ' αὖθις εἰς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὴν ἀρχιε-
ρωσύνην διὰ τὸ λελωβῆσθαι, ὃ νόμου τῶν ἑλ-
κλήρων εἶναι τὸν τιμὴν ἀξιοῦντα. φασάηλον δ' ἄν-
τις θαυμάσαι τῆς εὐψυχίας, ὃς γνοὺς αὐτὸν ἀποσφάτ-
τεσθαι μέλλοντα, οὐχὶ τὸν θάνατον ἡγήσατο δεινὸν, τὸ
δὲ ὑπ' ἐχθροῦ καὶ πάθεν οἰκτρώτατον καὶ αἴσχιστον
ὑπολαβὼν, τὰς χεῖρας οὐκ ἔχων ἐλεύθερας ὑπὸ
δεσμῶν πρὸς ἀναίρεσιν, πέτρα προσρήξας τὴν κεφα-
λὴν, ἐξήγαγε μὲν ἑαυτὸν δ' ζῆν, ὡς ἐδόκει κάλλιστα
πρὸς τὴν παροῦσαν ἀπορίαν, τῆς δ' ἐξουσίας δ' κτεῖναι
πρὸς ἡδονὴν αὐτὸν, ἀφείλατο τὸν πολέμιον. λέγουσι
δ' ὡς τραύματος μεγάλου γνομένου, φαρμάκοις αὐ-
τὸν ὑποπέμψας ἰατροὺς ἀντίγονος, ὡς ὑπὸ θερα-
πείᾳ διέφθειρε, θανασίμοις χρησαμένων εἰς τὸ τραῦ-
μα. πρὸ μὲν τι δ' τελέως ἀφεῖναι τὴν ψυχὴν ὁ φασά-
ηλος, ἀκούσας πρᾶγμα γυναικὸς τὰ ἀδελφὸν ἡρώδου

pergebat institutum cursum, petens castellum Massadam quam maximis compendiis. in quo itinere non semel impugnatus a Parthis persecutoribus, semper victor discessit. Imo ne Judæi quidem eo fugiente quieverunt, sed sexagesimo ab urbe stadio illum aggressi in pugnam pertraxerunt. quibus victis & profligatis, quasi non ex necessitate, sed multo ante præparatus conflixisset: in eo loco, ubi Judæos vicit, postquam regno potitus est, regiam condidit cum primis memorabilem, adjuncto etiam oppido, quod Herodium vocari voluit. Postea vero quam ad Ressam vicum Idumææ pervenit, occurrit ei frater Josephus, ubi consultatum est inter eos, quid facto opus esset, cum tantam turbam secum traherent, etiam absque milite conductitio: Massada vero, ad quod castellum decretum erat confugere, tantam multitudinem non caperet. Majorem igitur partem dimisit, numero supra novem millia, jussis aliis alias per Idumæam salutem sibi quærere, additoque viatico: expeditioribus autem quibusque, & suis intimis necessitudinibus assumptis, in castellum ingressus est: depositisq; ibi cum suo comitatu mulieribus, quorum omnium numerus ad octingentos pertingebat, quod ibi & frumentum & aqua & reliqua omnia necessaria suppeterent, ipse properavit ad Petram Arabiæ. Cæterum ubi dies illuxit, reliqua quidem omnia Hierosolymitanorum bona direpta sunt per Parthos una cum ipsa regia, sola Hyrcani pecunia, circiter trecenta talenta, intacta remansit. Herodis etiam facultatum magna pars evasit, præsertim quas ille mature providens in Idumæam deportandas curaverat. Nec contenti Parthi urbis direptione, egressi agrum quoque late populati sunt, & Marissam urbem opulentam everterunt. atque ita Antigonus in Judæam a rege Parthorum reductus, Hyrcanum & Phasaëlum vinctos accepit. Vehementer autem tristatus est, quod mulieres effugissent, quas Parthis tradere constituerat, & una cum pecunia daturum se promiserat. Veritus deinde, ne populi favore Hyrcanus in regnum restitueretur, qui a Parthis asservabatur, amputavit ei auriculas, hoc agens, ne ille propter hoc vitium ad recipiendum pontificatum esset idoneus, quando lex hunc honorem non concedit, nisi ei, qui integro sit corpore. Sed maxime miranda est Phasaëli generositas, qui ubi neci se destinatum cognovit, non tam mortem indigne ferens, quam miserabile ac turpe ducens inimici arbitratu cadere, cum manus sibi inferre non posset propter vincula, alliso ad saxum capite vitam abrupit, quod illi tum in tali necessitate constituto visum est honestissimum, adempta inimico potestate sæviendi in se pro libidine. Fertur autem, quod sauciato vehementer capite, Antigonus submissis medicis, pro remedio venenum in vulnus indiderit. ante tamen quam exhalaret animam, audito ex quadam muliercula, quod Herodes frater

hostem evasisset, valde tranqvillo animo mortem tulit, ultorem suæ necis post se relinqvens, qvi posset ab inimicis pœnas exigere. At Herodes non fractus malorum se circumstantium magnitudine, expediebat consilium ad moliendas res arduas. ad Arabum enim regem Malchum, multis suis beneficiis jam ante obligatum proficiscitur, cum maxime opus haberet, mutuam operam postulaturus, & accepturus pecuniam vel munere vel fœnore ab homine sibi obnoxio. nondum enim certior factus de fratris interitu, dabat operam, ut eum qvam primum ab hoste redimeret, vel trecenta talenta paratus expendere. qva de causa etiam Phasaëli filium septennem secum ducebat, oppigneraturus eum a pud Arabas. Sed cum occurrissent ei missi a Malcho, qui denunciarent, ut finibus ejus regni excederet, sic Parthis jubentibus (prætexebat autem hoc fvasu optimatum suorum, ne debitam pecuniam redderet, utqve ille fraudaretur rebus, quas Antiper pænes eos deposuerat) respondit se non venisse, ut molestus esset cuiquam, sed ut colloqveretur cum rege de rebus necessariis. deinde cum consultius videretur discedere, valde moleste abiit Ægyptum versus iter ingressus. & tunc quidem in quoddam templum divertit, ubi multos ex comitatu reliqverat. Sequenti vero die cum venisset Rhinocura, ibi cognovit de fratris obitu. Malchus autem pœnitentia motus, & cursim insecutus Herodem, nihil profecit. jam enim ille procul aberat versus Pelusium properans. qvo postqvam pervenit, non recipientibus eum nautis, qui navigaturi erant Alexandriam, magistratus ejus loci convenit: a quibus ob pristinæ fortunæ reverentiam honorifice in eam urbem deductus, a Cleopatra detinebatur. quæ tamen efficere non potuit, ne Romam properaret, licet hyberno tempore, & parum tranqvillis, ut nunciabatur, rebus Italiæ. Solvens igitur inde versus Pamphyliam, & cum gravi tempestate confligatus, ægre in Rhodum evasit, jactura etiam sarcinarum facta. Ubi duo ex amicorum cohorte ei præsto fuerunt, Sappinas & Ptolemæus. Et cum invenisset eam civitatem graviter afflictam bello, quod contra Cassium gestum est, ne præsenti quidem inopia cohiberi potuit, quo minus vel supra vires eam refoveret: instructaq; triremi & cum amicis consensa, in Italiam Brundusium appulit. Inde Romam profectus, ante omnes Antonio denarravit ea, quæ sibi in Judæa contigerant: & quod frater Phasaelus a Parthis captus occisus sit, & Hyrcanus apud eosdem captivus detineatur. quodque Antigonum regem constituissent, pollicitum eis mille talenta, & quingentas mulieres, quas ex ipsius familia seligere destinaverat. & quod eas noctu asportasset non sine labore, & ægre manus hostium evasisset. & post hæc omnia, familiam in extremo periculo relictam oppugnari, ipso per medias tempestates, contemptis omnibus difficultatibus, properante ad unicum subsidium, quod in illo haberet repositum.

τὰς πολεμίους Ἀραβας φόβῳ, σφέδρα τ πλοτλιῶ εὐθύμως ἐνέμενε, καὶ λιπὼν τ ἐκδικήσοντα τ θανατον αὐτῦ, & τὰς ἐχθρὰς τιμωρήσοντ δυνάμενον. ἠρώδλω ἡ τὸ μέγεθος τ περιεστηκότων αὐτὸν κακῶν, ἀ κατέπληττεν, ἀλλ' ἐπείσει δεινὸν εὐλογισμὸν ὑπισχνᾶς ἔργων ὠφελίμων. πρὸς γὰρ μάλχον τὸν ἀράβων βασιλέα, πολλὰ προὔθεν εὐεργετημένον ἀπήει τλῶ ἀμοιβῶν μιμνήσκων, & ὅτε μάλιστα ἐδέετο, χρήματα ληψόμενος, εἴτε δάνειον εἴτε δωρεάν, ὡς ὤφλε πολλῶν ἐξ αὐτῦ τυγχάνοτ. ἐπεὶ γὰρ ἐπύθετο τὸν κ τὸν ἀδελφὸν, ἐσπούδε λυτρώσασθ τῶν πολεμίων αὐτὸν, λύτρον ὑπὲρ αὐτῦ καταβαλὼν νόμισμα, ἕως τριακοσίων ταλάντων. ἐπῆρτο ἡ καὶ τὸν Φασαήλε παῖδα ἅμ' ταύτῃ τ αἰτίᾳ, ἐπὶ ἑτέᾳ τυγχανούσῃ, παρέξων αὐτὸν ἐνέχυρον τοῖς ἄρχουσι. ἀγγέλων δ' αὐτῷ ὑπαντησάντων ὤφλε μάλχος, δι' ὧν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναχωρῆν, παρησκεῖναι γὰρ αὐτῷ πάρθους ἠρώδλω μὴ δέχεσθαι. ταύτῃ δ' ἐρρῆτο πρὸς Φάσηλ ὑπὲρ & μὴ ἀποδῶναι τὰ χρέα, & τ συντελεσθέντα τοῖς ἄρχουσιν εἰς & ἐναγόντων, ὅπως ἀποστερήσωσι τοὺς ὤφλακαλήκας, ὃς ὤφλε & ἀνυπάρκτου λαβόντες ἔτυχον. ἀπεκρίνατο αὐτοῖς μηθὲν ἐνοχλήσων ἀφικόμενος πρὸς αὐτὸς, μόνον ἡ διαλεξόμενος περὶ τ ἀναγκαίων αὐτῷ πραγμάτων. ἐπεὶ τε δόξαν ἀναχωρεῖν, ἀπῆλθε μάλα σωφρόνως τλῶ ἐπ' αἰγύπτου. & τότε μὲν ἔν τινι ἱερῷ κατέλυε. καὶ διελοὺπτ γὰρ αὐτὸν πολλὸς τ ἐπομένων. τῇ ἡ ὑστεραία ὤφλημένος εἰς ῥινόκορα, ἐκεῖ καὶ τὰ περὶ τὸν ἀδελφὸν ἤκουσε. μάλχῳ ἡ μεταγνόντι καὶ μεταθεομένῳ τὸν ἠρώδλω, οὐδὲν τούτῳ βεβαιότερον ἐγένετ. προῤῥωτάτω γὰρ ἦν ἤδη ἀπευδων τλῶ ὀπὶ πηλουσίᾳ. ἐπεὶ δ' αὐτὸν ἐλθόντα νῆες ὁρμῶσαι αὐτόθι εἶργον & ἐὰν ἀλεξανδρέας πλεῖν, τοῖς ἡγεμόσιν συντυγχάνει. ὑφ' ὧν κατ' ἀρχὰς μὲν πολλὰ ἐντιμοπλῶ περιπεμφθεὶς εἰς τλῶ πόλιν, ὡς κλεοπάτρας κατέχει. πείσαι μὲν οὖν αὐτὸν οὐκ ἠδυνήθη, εἰς ῥώμλω ἐπειγόμενον, χειμῶν & τε ὄντ & τῶν κ τλῶ ἰταλίαν ὡς παράσχῃ καὶ σάλῳ πολλῷ ὀλλυμένων. ἀναχθεὶς οὖν ἐκεῖθεν ὀπὶ παμφυλίας, & χειμῶνι σφοδρῷ περιπεσών, μόλις εἰς ῥόδον διασῴζεται, φορτίων ἀποβολῆς γενομένης. κ δύο μὲν συνταγμάτων φίλων αὐτῷ στασιάσαντα, σαπεῖναν τε καὶ πτολεμαῖον. εὑρὼν ἡ τλῶ πόλιν ὑπὸ & πρὸς κάσσιον πολέμῳ κεκακωμένην, ἐδύ ἄπορος & ὢν εὖ ποιεῖν αὐτὴν ὡμήσατο, ἀλλὰ κ ὤφλε δυνάμων αὐτλῶ ἀνεκτᾶτο. τριήρεις τε καταισκευάσας, κ ἀναχθεὶς ἐστεῦθεν σὺν τοῖς φίλοις ὀπὶ ἰλαλίαν εἰς βρεντήσιον κατάγει. κἀκεῖθεν ῥώμλω ἀφικόμενος, πρώτῳ μὲν ἀντωνίῳ φράζει τὰ συμβάντα αὐτῷ κ τλῶ ἰουδαίαν, καὶ πῶς ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ φασάηλος ὑπὸ πάρθων ἀπωλώλοτ συλληφθείς, καὶ ὑρκανὸς ὑπ' αὐτῶν αἰχμάλωτος ἔχοιτ. & ὡς αὐτίγονον καταστήσαι βασιλέα, χρήματα δώσων ὑπισχόμενον χίλια τάλαντα. & γυναῖκας φ' αἷς πρώτων & δ' ἦσαν τ αὐτῶν ἔμελλον ἐτεθῆν. & ὅπως ταύτας νυκτὸς ἐκκομίσοιε, & διαφύγοι τὰς τ ἐχθρῶν χεῖρας πολλὰς ὑπομένων ταλαιπωρίας. ἔπει ὀπιδιακινδυνεύοντ αὐτῷ τοὺς οἰκείους αὐτό πολιορκουμένους, κ ὡς τελευτάς τε διαχειμῶν & κ παντὸς καταφρονήσοε δεινῦ, ἀπεδων ὀπὶ τὰς ἐλπίδας τὰς παρ' αὐτῷ κ τλῶ μόνλω βεβηθείαν.

Κεφά-

Κεφάλαιον κς'.

Ως ἡρώδης ἐν τῇ ῥώμῃ ὑφ' ἁπάντων ἀμφιλογούμενος ἀποδείκνυται ὑπὸ τῆς συγκλήτου βασιλεὺς τῆς ἰουδαίας.

ΑΝτωνίου δ' οἰκτρῶς εἰσερχομένου τὴν τοῦ ἡρώδου μεταβολὴν, καὶ τὸ κοινῷ χρησιμῷ λογισμῷ συνεῖναι τὸν τύχῃ, τὸ μὲν καθ' μνήμῃ τῆς ἀντιπάτρου ξενίας, τὸ δὲ καὶ ὑπὸ χρημάτων ὧν αὐτῷ ἡρώδης ὑπέσχετο δώσειν εἰ γένοιτο βασιλεύς, καθὼς καὶ πρότερον ὑπὸ τετραρχίας ἀποδεδείκτο, πολὺ μᾶλλον ἀφ' τὸ πρὸς ἀντίγονον μῖσος, σπουδάζειν δὴ καὶ φιλοφρόνως ἔχειν αὐτὸν ἐπελάμβανε, προθύμως δὲ οἷς ἡρώδης παρεκάλει συλλαμβάνειν. καίτοι μὴν οὐδ' ἀφ' τὰς ἀντιπάτρου στρατείας, ἃς κατ' αἴγυπτον αὐτῷ τοῦ πατρὸς συνδιήνεγκε, καὶ τὴν ξενίαν καὶ τὴν ἐν ἅπασιν εὐνοιαν, χαριζόμενος ἢ καὶ ἀντωνίῳ, σφόδρα προθύμως τὸν ἡρώδην ἐσπουδακότι, πρὸς τὴν αἴξησιν καὶ τὴν ὧν ἐβούλετο ἡρώδης σωτηρίαν, ἐπιμόρως συναγαγόντες τὸ τῆς βουλῆς μεσταλᾶς καὶ μετ' αὐτὸν ἀτρατῖνος, ἐψηφισάμην τὸν ἡρώδην, τάς τε τοῦ πατρὸς αὐτοῦ εὐεργεσίας διεξήεσαν. καὶ ἵνα αὐτοῖς πρὸς ῥωμαίους εἶχεν εὐνοιαν ὑπεμίμνησκον, κατηγοροῦντες ἅμα καὶ πολεμίων ἀποφαίνοντες ἀντίγονον, οὐκ ἐξ ὧν τὸ πρῶτον προεκρίνοσαν αὐτῆς μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐφ' παρθυαίοις τῇ ἀρχαίᾳ λάβοι, ῥωμαίους ὑφεῖδεν. τῆς δὲ βουλῆς ὅτι τούτοις παροξυνομένης, προελθὼν ἀντώνιος ἐδίδασκεν αὐτοὺς, ὡς καὶ πρὸς τὸν ἐφ' παρθυαίους πόλεμον, ἡρώδην βασιλεύειν συμφέρει. καὶ δόξαν ἅπασι ψηφίζονται. καὶ ἔτι μέγιστον ἦν τῆς ἀντωνίου πρὸς τὸν ἡρώδην προθυμίας, ὅτι μὴ μόνον αὐτῷ τὴν βασιλείαν οὐκ ἐλπίζοντι περιεποιήσατο. ἀλλ' εἰς ἑαυτὸν ἀνέβη ταύτην αἰτησάμενος. οὐ γὰρ ἐνόμιζεν αὐτῷ τὰς ῥωμαίους πρέξειν, πῶς οὐκ ἂν ἡγοῦνται ἔθος ἔχοντας αὐτοῖς διδόναι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τῆς γυναικὸς ἀδελφῷ λαβεῖν ἀξιώσων ἀλεξάνδρῳ, ἐγγονῷ τυγχάνοντι μὲν πατρὸς ἀριστοβούλου, μητρὸς δ' ὑρκανοῦ. ἀλλ' ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς πίστεως ἡμέρους παρέσχεν αὐτῷ τυχόντι τῶν μὲν προσδοκηθέντων ἀπελθεῖν οὐκ τῆς ἰταλίας. ἔτον μὲν οὖν τὸν νεανίσκον ἡρώδης ἀπέκτεινεν, ὡς καιρὸν δηλώσομεν. λυθείσης δὲ τῆς βουλῆς, μέσον ἔχοντες ἡρώδην ἀντώνιος καὶ καίσαρ ἐξήεσαν, προαγόντων ἅμα τῆς ἄλλας λοιπὰς τῶν ὑπάτων, θύσοντές τε καὶ τὰ δόγματα καταθησόμενοι εἰς τὸ καπετώλιον. εἰσιόντι δὲ τὸν πρῶτον ἡμέραν ἡρώδην τῆς βασιλείας ἀντώνιος. καὶ ὁ μὲν ὕστερος τὴν βασιλείαν παραλαμβάνει, τυχὼν αὐτῆς ὀλυμπιάδος, ἑπτατεύοντος ἐπὶ δομετίου καλβίνου τὸ δεύτερον, καὶ γαΐου ἀσινίου πωλίωνος. ἔτον δὲ ἅπαντα τὸν χρόνον ἀντίγονος ἐπολιόρκει τοὺς ἐν μασάδῃ, τῶν μὲν ἄλλων αὐτοῖς ἐπιτηδείων ὑπαρχόντων, μόνῳ δὲ ἀπανίζοντος ὕδατος, ὡς καὶ ἀφ' ἑτοῖμου καὶ τὸν ἀδελφὸν ἡρώδου ἰώσηπον σὺν ἀφειδοῦσι τῶν οἰκείων ὑποδράναι βουλεύσασθαι πρὸς ἄραβας. ἠκήκοει γὰρ καὶ μάλιστα τῶν εἰς ἡρώδην ἁμαρτημάτων μετανοεῖν. κατέσχε δ' αὐτὸν ὕσας ἀφ' ἑσπέρας νυκτὸς ὁ θεός. ἦν γὰρ ἐκδοχέων πεπληθότων δ' ὕδατος, οὐκ ἔτι φυγῆς ἐδεῖτο, ἀλλὰ πεφαρμάκοτες ἤδη, καὶ θαλέον κατὰ τὴν εὐπορίαν δ' ἀπανίζοντος ὡς οὐκ ἀπὸ θεοῦ προνοίας ταύτης αὐτοῖς γενομένης ἐπαίροντες, καὶ συμπαλεκόμενοι τοῖς περὶ τὸν ἀντίγονον τοῖς

CAP. XXVI.

Herodes Roma a ſenatu Judæa rex declaratur.

ANtonium vero mutatæ Herodis fortunæ commiſeratio ſubiit, reputantem, qvod etiam ab illo faſtigio devolvantur homines, non mediocriter movente eum cum paterni hoſpitii memoria, tum pecunia qvam Herodes pollicebatur, ſi ejus ope rex fieret, quemadmodum antea poteſtatem tetrarchæ conſecutus fuerat. ſed præcipue huc impellebat odium Antigoni, quem qvod pro turbulento haberet ac Romanis infeſtiſſimo, ad juvandum Herodem erat propenſior. Cæſar quoq; partim propter Antipatri militiam in Ægypto cum patre ipſius toleratam, & hoſpitii jus ac reliqvam benevolentiam, partim ut Antonio gratificaretur, qvem valde ſtudioſum Herodis ſciebat, ad dignitatem ipſius tuendam & conatus promovendos erat paratiſſimus, convocatoq; ſenatu, Meſſala ac deinde Atratinus commendarunt productum Herodem, tam patris quam ipſius beneficia & ſtudium Romani nominis commemorantes: ſimulqve accuſaverunt & hoſtem declaraverunt Antigonum, non ſolum ob vetera crimina, verum etiam, qvod, contemptis Romanis, a Parthis accepiſſet imperium. quibus rebus cum ſenatus eſſet offenſus, tum Antonius eum docuit, quod etiam ad Parthicum bellum plurimum conduceret regnare Herodem: idqve mox omnium ſuffragiis approbatum eſt. Qvo inſignius fuit Antonii erga illum ſtudium, non ſolum quia præter ipſius ſpem regnum ei paravit: nunqvam enim putabat Romanos hoc ſibi conceſſuros, ſolitos hunc honorem regio ſervare generi: & ideo conjugis ſuæ fratri id petiturus erat Alexandro, nepoti ex patre Ariſtobuli, ex matre Hyrcani: ſed etiam qvia intra ſeptem dies inſperata felicitate ornatum dimiſit ex Italia. Hunc adoleſcentem poſtea Herodes interfecit, ut ſuo loco indicabimus. Cæterum dimiſſo ſenatu, Antonius & Cæſar medium habentes Herodem exiverunt, conſulibus cæteriſqve magiſtratibus deducentibus aſcenderuntq; in Capitolium ſacra ibi facturi, & ſenatusconſulta depoſituri: & novus rex primo regni ſui die convivio acceptus eſt ab Antonio, atqve hoc pacto ille regium faſtigium adeptus eſt octogeſima qvarta poſt centeſimam Olympiade, C. Domitio Calvino iterum, C. Aſinio Pollione Coſſ., Toto autem ejus abſentiæ tempore Antigonus familiam ejus oppugnabat in Maſada, abundantem qvidem cætero commeatu, ſed laborantem aqvarum inopia, ita ut hac de cauſa Joſephus frater cum ducentis familiaribus ad Arabas inde fugere decreverit. Audierat enim Malchum jam pœnitere, qvod parum officioſus in Herodem fuiſſet. id conſilium mutavit, imbre noctu de cælo demiſſo. ciſternis enim aqva repletis, non amplius fuga opus habuit: ſed haud ſecus qvam divina ope hac difficultate levati, magno animo excurrebant, & conſerentes manus cum Antigonianis, modo

aperte, modo clam multos trucidabant. Interea Ventidius Romanorum dux, missus, ut Parthos e Syria pelleret, post illorum abscessum in Judæam venit, eo prætextu, qvasi Josepho laturus auxilium: sed re vera hoc consilio, ut pecuniam extorqveret ab Antigono. Positis igitur castris prope Hierosolyma, satis magnam pecuniæ vim exegit ab eo. Qvo facto, ipse qvidem cum majore copiarum parte recessit: ne tamen fraus deprehenderetur, Silonem cum qvadam militum parte ibi reliqvit: qvem & ipsum placandum habuit Antigonus, ne qvid interim molestus esset, dum Parthi, ut ipse sperabat, succurrerent.

CAP. XXVII.

Herodis ex Italia navigatio & pugna adversus Antigonum.

XXIV. INterim Herodes ex Italia reversus Ptolemaidem, collectis non mediocribus copiis tum ex conductitio, tum ex suæ gentis milite, properabat per Galilæam contra Antigonum, adjutus a Silone ac Ventidio, ad qvos Gellius ab Antonio missus fuerat cum mandatis, ut Herodem in suum regnum deducerent: qvamvis Ventidius tum forte distinebatur componendis civitatum tumultibus, qvos irruptio Parthorum excitaverat, Silo vero in Judæa erat, sed pecunia corruptus ab Antigono. Attamen Herodis ulterius procedentis copiæ augebantur indies, & tota Galilæa, paucis exceptis, stabat ab ejus partibus. ducenti autem ei versus Masadam, qvod necesse esset servare cognationem in eo castello obsessam, impedimento fuit Joppe: qvam occupatam ab hoste opus erat primum capere, ne qvam hostilem munitionem a tergo relinqveret petiturus Hierosolyma. qva occasione arrepta, Silo movit exercitum: qvem cum Judæi persequerentur, Herodes cum modica manu eis occurrit, & Judæis profligatis, Silonem ægre repugnantem servavit. Capta deinde Joppe, properavit Masadam ad liberandos obsidione domesticos. Ex indigenis autem alii propter paternam amicitiam illi se adjungebant, alii propter ipsius gloriam, nonnulli qvod amborum devincti essent beneficiis: sed maxima pars ob spes, qvas de confirmato jam rege conceperant. Augebatur autem valde exercitus, cui Antigonus in transitu locis opportunis struebat insidias, & tamen nihil aut parum hostem lædebat his artibus. nam Herodes, receptis e Masada domesticis, & capto Ressa castello, petebat Hierosolyma, sequentibus Silonis militibus: & multis Hierosolymitanis ejus potentia perterritis. Cumq; ad Occidentalem urbis tractum castra posuisset, qvi hac parte dispositi erant custodes, sagittis eum impetebant, & missilibus, deinde qvibusdam catervatim excurrentibus & stationes hostiū infestantibus, Herodes caduceatorem clarigare jussit circa mœnia, se bono publico venisse & ad salutem urbis, ne apertorum qvidem inimicorum retaliaturum injurias, sed etiam inimicissimorum in se peccata oblivioni traditurum. ad hæc Antigonus ita respondebat, verso sermone ad Silonem ac Roman. milites,

μὴν φανερῶς, τοῖς δὲ κ λαθραίως, πολλὺς αὖτ διέφθειραν. κἀν τούτῳ βεντίδιος ὁρῶν μοίων στρατηγὸς, πεμφθεὶς ὑπ συμμαχίας ὡς τε παρθυς ἀνειργμένους ἐν ἰουδαίαν παρέλαβε, τῷ λόγῳ μὲν ἰωσήπῳ συμμαχήσων, τὸ δ' ὅλον ἰδίᾳ αὐτῷ στρατήγημα, χρήματα παρ' ἀντιγόνου λαβεῖν. ἐξίσης γὰρ ἱεροσολύμων στρατοπεδευόμενος, ὑπερεώντως ἠργυρίσατο τ ἀντίγονον. κ αὐτὸς μὲν ἀνεχώρησεν σὺν τῇ τάλεινῃ δυνάμει. ἵνα δὲ μὴ κατάφορον γένηται τὸ τόλμημα, σίλωνα μέρος τινὸς στρατιωτῶν κατέλιπεν. ὃν κ αὐτὸν ἐθεράπευσεν ἀντίγονος, ὅπως μηδὲν ἐνοχλείη, προσδεχῶν κ πάλιν αὖτῳ παρθυς ἐπαμυνεῖν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κζ'.

Ἐκπλεῖ ἡρώδης ἀπὸ ῥώμης κ μάχη πρὸς ἀντίγονον.

ΗΡώδης δ' ἐκ τ ἰταλίας ἤδη καταπεπλευκὼς εἰς τ πτολεμαΐδα, σὺν αὐτομάτῳ δυνάμει σὺν ὀλίγοις ξένων τε ἅμα κ ἐμφύλων, ἤλαυνε διὰ τ γαλιλαίας ἐπ' ἀντίγονον. συνελάμβανον δ' αὐτῷ, σίλων τε κ βεντίδιος, πεισθέντες ὑπὸ δελίου συγκαπηλεύοντος ἡρώδῃ, & πεμφθέντος ὑπ' αὐτωνίου. βεντίδιος μὲν οὖν ἐτύγχανε τὰς παραχὰς τὰς διὰ παρθυς ἐν τ πόλεσιν ἔσας καθιστάμενος, σίλων δ' ἐν ἰουδαίᾳ, χρήμασιν ὑπ' ἀντιγόνου διεφθαρμένος. ἡρώδης μὲν τεσσαρακοντ κ πᾶσαν ἡμέραν δυνάμεις ἤγαγε, & πᾶσα γαλιλαία, πλὴν ὀλίγων αὐτῷ προσέθετο. ἱεμηκότι δ' αὐτῷ ἐπὶ τὰς ἐν μασάδᾳ, ἀναγκαῖον ἦν διὰ τὸ σώματα τὰς ἐν τῷ φρουρίῳ πολιορκουμένους συγγενῆ ὄντας, ἐμποδὼν ἰόπλην γένεσθαι. πολεμίαν γὰρ ἔσαν αὐτῷ, ἐκείνων ἐξελεῖν πρότερον, ὅπως μηδὲν ὑπολίπηται κ ἐκ τοῦ τοῖς ἐχθροῖς ἐρυμα, χωροῦσιν ἐπὶ ἱεροσολύμων. ποιησαμένου δ κ σίλωνος τούτῳ πρόφασιν τ ἀπαναστάσεως, κ τ ἰουδαίων διωκόντων αὐτὸν, ἡρώδης μετ' ὀλίγου σίφους ἐπέζευσε. & τρέπεται μὲν τοὺς ἰουδαίους, σίλωνα δ σώζει κακῶς ἀμυνόμενον. ἐλθὼν δ τὴν ἰόπλην, ἔπαυλε δὲ ἐν μασάδᾳ οἰκείους. τ δ' ἐπιχωρίων, οἱ μὲν αὐτῷ διὰ τὴν πατρῴαν προσεχόρουν φιλίαν, οἱ δὲ διὰ τὴν αὐτοῦ δόξαν. ἄλλοι δ κ ἀμοιβὴν τῆς παρ' ἀμφοτέρων εὐεργεσίας. οἱ πλείους δ διὰ τὰς ἐλπίδας, ἃς ἐπὶ βασιλεῖ βεβαίῳ τὸ λοιπὸν εἶχον. ἤθροιζε δ' ἡ δυνάμις βαρεῖα, & προσιόντος ἀντιγόνου τ παρόδων τοὺς ἐπιτηδείους τόπους ἐνέφρασσε κ λόχοις καπελάμβανε κ καθ' ἡσυχίαν ἐδόκει σὺν τούτοις τοὺς πολεμίους ἢ μικρὸν παντάπασιν ἐλαττοῦν. ἡρώδης δ τοὺς ἐκ μασάδας οἰκείους ἐπαναλαβών, & ῥήσσαν τὸ φρούριον, ἦει πρὸς τὰ ἱεροσόλυμα, συνέπετο δ' αὐτῷ τὸ μὲν σίλωνος στρατιωτικὸν, κ πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς πόλεως τῷ ἰσχυρῷ καταπλαγέντες. στρατοπεδευομένου δ κ τὸ πρὸς δύσιν τῆς πόλεως κλῖμα, οἱ κ δ' τεταγμένοι φύλακες, ἐπέζευόν τε κ ἠκόντιζον πρὸς αὐτόν. σύνιον δ κ κ σίφος ἐκδιώκοντος, κ τοῖς πεπτεταγμένοις εἰς χῆρας ἐρχομένοις, ἡρώδης τε πρῶτον ἐκέλευσε κηρύσσειν πρὸς τὸ τεῖχος, ὡς ἐπ' ἀγαθῷ τε παρείη & δήμου κ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, μηδὲν μηδὲ τοῖς φανεροῖς τ ἐχθρῶν μνησικακήσων, ἀλλὰ παρέξων κ τοῖς διαφοροτάτοις ἀμνηστίαν τῶν εἰς αὐτὸν ἁμαρτημάτων. & δ ἀντίγονος πρὸς τὰ ὑπὸ & ἡρώδου κηρυχθέντα λέγοντος, πρός τε σίλωνα κ τὸ τ ῥωμαίων στράτευμα.

ὡς ἂν

ὡς ἀδίκως τῶν αὐτῶν ἀνθρωπίνου ἡρῴδῃ δώσουσι τὴν A iniqvum eos facere, qui Herodi regnum astruant, homini privato & Idumæo, hoc est semijudæo, cum id more gentis debeatur successioni generis. nam si offensi, quod ipse a Parthis regnum accepisset, ideo velint hoc auferre, non deesse multos ex eo genere, qui legitime possint id accipere, nihil de pop. Rom. male meriti, & sacerdotes insuper, quos iniqvum sit privari debitis honoribus. Ad hunc modum ambobus inter se contendentibus, & usqve convitia prorumpentibus, Antigonus permisit suis, ut arcerent hostes a mœnibus, qui cum strenue jacularentur e turribus, facile eos fugaverunt. Tum vero Silonem largitione corruptum esse patuit. subornatis enim aliquot militibus e suis familiaribus, qui clamoribus largiores commeatus & pecuniam in alimenta flagitarent, abduciqve se in hyberna ad commodiora loca postularent, vastatis circa urbem omnibus, qvod Antigoniani amoliti essent vitæ necessaria: turbari cœpit exercitus & parare abitum. contra Herodes rogabat Silonis tam duces quam milites, ne se deserent, missum tum a Cæsare & Antonio, tum a senatu reliqvo: sibi curæ futurum, ne quid exercitus desideret, atqve etiam ut abunde adsint, quæcunqve requirerent. post quas preces continuo dimissis suis per agros, nullam Siloni discedendi ansam reliquam fecit. major enim, quam quisquam speraret rerum necessariarum allata est copia: familiaribus etiam suis apud Samariam agentibus imperavit, ut frumentum, vinum, oleum, pecora, & reliqva necessaria Hierichuntem comportarent, ut & in posterum inde suggeri possent militibus. Ea res non fefellit Antigonum, sed continuo dimisit per agros, qui per insidias frumentatores interciperent. qui, sicut jussi sunt, comparata circa Hierichuntem armatorum multitudine, insessisqve montibus, intenti observabant eos, qui commeatus conveherent. Nec Herodes interim segnis erat: sed assumptis decem cohortibus, quarum quinq; e Romanis totidem e Judæis constabant, adjunctisqve mixti generis conductitiis & equitatu modico, Hierichuntem petiit: offendensqve urbem relictam ab habitatoribus, & qvingentos ex his ad montium vertices confugisse cum familiis, hos quidem captos dimisit. Romani vero invadentes urbem diripuerunt, repertis intra ædes omne genus rebus pretiosissimis. Rex igitur, relicto in ea præsidio, reversus est, & Romanum exercitum hybernatum in recens deditas regiones dimisit, Idumæam, Galilæam & Samariam. Antigonus qvoq; pro largitione obtinuit a Silone, ut partem Romani exercitus intra Lyddam acciperet, captans Antonii gratiam. atq; ita Romani degebãt in magna rerum copia, ab armis tantisper vacantes. Herodi vero otiari non libuit, sed misso in Idumæam Josepho fratre cum mille peditibus & quadringentis eqvitibus, ipse in Samariam profectus, & deposita ibi matre cognatisq; aliis, qvos e Masada eduxerat, in Galilæam duxit, expugnaturus quædam loca ab Antigono insessa præsidiis,

τὴν βασιλείαν, ἰδιώτῃ τε ὄντι καὶ ἰδουμαίῳ τοιοῦτον ἡμιουδαίῳ, δέον τοῖς ἐκ τοῦ γένους ἀεὶ παρέχειν ὡς ἐθος ἐστὶν αὐτοῖς. καὶ γὰρ εἰ νεῳστὶ παρὰ Πάρθων, ἀφελέσθαι δι' ἐγκλήματος, εἶναί γε πολλοὺς ἐκ τοῦ γένους αὐτοῦ τοὺς ληψομένους κατὰ νόμον τὴν βασιλείαν, οἳ μηδὲν ἐξημαρτηκότες εἰς ῥωμαίους καὶ ἱερεῖς ὄντες, οὐκ ἂν εἰκότως πάσχοιεν τῆς τιμῆς στερούμενοι. ταῦτα πρὸς ἀλλήλους B αὐτῶν λεγόντων, καὶ προελθόντων εἰς βλασφημίας ἀντίγονος ἀμυνάμενος τοῖς ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπέτρεψε, τοῖς ἰδίοις. οἱ δέ, τάξιν ὄντες καὶ πολλῇ προθυμίᾳ κατ' αὐτῶν χωρήσαντες ῥᾳδίως αὐτοὺς ἀπὸ τῶν πύργων ἐτρέψαντο. τότε καὶ σίλων ἀπεκαλύψατο τὴν δωροδοκίαν. καθῆκε γὰρ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν οὐκ ὀλίγους, ἀπαίτησίν τε τῶν ὑπαρχόντων καθέξοντας, καὶ χρήματα εἰς τροφὰς αἰτοῦντας, καὶ χειμάσοντας ἀπαγαγεῖν εἰς τοὺς ὑπονοίας πόλεις, τῶν περὶ πόλιν ὄντων ἐρήμων. ἵνα τὸ τῶν C ἀντιγόνου στρατιωτῶν ἀνεσκεδάσθη. σκίνης τε τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀναχωρεῖν ἐπαίρει. ἡρῴδης δὲ ἐπέκειτο παρακαλῶν τούς τε τοῦ σίλωνος ἡγεμόνας, καὶ στρατιώτας μὴ καθαλιπεῖν αὐτὸν, κηδεστάς τε καὶ ἀντωνίου καὶ τῆς συγκλήτου πεμψάντων αὐτόν. προενοήθη γὰρ αὐτῶν τῆς ὑποστροφῆς, καὶ παρέξειν αὐτοῖς ἀφθονίαν ὧν ἐπιζητοῖεν ῥᾳδίως. καὶ μὴ τῷ δέει πρὸς ἐξόδους ἐξορμήσας εἰς τὸ χωρεῖν, οὐκ ἔτ' ἀδεῶς σίλωνι τῆς ἀναχωρήσεως προφάσιν ἐπελείπετο. πλὴθος γὰρ ὅσον D οὐδὲ ἤλπισέ τις τῶν ὑπαρχόντων ἐκόμισε, τοῖς τε ἰδίοις συμπαρεῖναι ὠκειωμένοις πρὸς αὐτὸν, ἐπέστελλε σῖτον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ βοσκήματα, πάντα ἄλλα παντὸς καταπλαγεῖς εἰς ἱεριχοῦντα, ἵν' μηδὲ τὰς ἐξῆς ἡμέρας τῷ χορηγίαν τοῦ στρατιώτου ἀπολίπῃ. οὐκ ἐλάνθανε δὲ ταῦτ' ἀντίγονον, ἀλλ' εὐθὺς ἀπέπεμψε κατὰ τὴν χώραν τοὺς ἐρευνήσοντας καὶ λοχήσοντας τοὺς σιτηγοῦντας. οἱ δὲ πεμφθέντες τοῖς ἀντιγόνου E προστάγμασι, καὶ πολὺν πλῆθος ὠνητῶν προσλαβόντες ἱεριχοῦντα σιταγωγοῦσιν, παρεφύλασσον ὑπὸ τὰ ὄρη καθεσθέντες τοὺς τὰ ὑπηρέσια κομίζοντας. ἃ μὲν ἡρῴδης τούτων πεζομάχων ἤρεμει. δεκὰ δὲ σπείρας ἀναλαβὼν, ὧν πέντε μὲν ῥωμαίων, πέντε δὲ ἰουδαίων ἦσαν, καὶ μισθοφόρους μιγάδας πρὸς οἷς ὀλίγους τῶν ἱππέων, ὑπὸ τὴν ἱεριχοῦντα προῆγεν. καὶ τὴν μὲν πόλιν ἐκλελειμμένην καταλαβὼν, φ ὑπὸ τὰ ἄκρα κατειλήφοτας σὺν γυναιξὶ καὶ γύαις, τούτους μὲν ἀπέλυσε λαβών. ῥωμαῖοι δὲ ἐσπεσόντες διήρπασαν τὴν πόλιν μεστὴν ὑπαρχόντων παντοίων κειμηλίων τῆς οἰκίας. ἱεριχοῦντος μὲν ἦν φρουρὰν ὁ βασιλεὺς καταλιπὼν ὑπέστρεψε. καὶ χειμάσασαν τὴν ῥωμαίων στρατιὰν εἰς τὰς προσεχωρηκυίας διέφθειρεν, ἰδουμαίαν γαλιλαίαν καὶ σαμάρειαν. ἔτυχε δὲ καὶ ἀντίγονος πρὸς σίλωνα ὑπὲρ τῆς δωροδοκίας, ὥστε ὑποδέξασθαι δι' στρατοῦ μοίρᾳ σὺν λύδδοις, διεφθαρμένου αὐτῶνος. οἱ ῥωμαῖοι G μὲν οὖν ἀφθονίοις διῆγον, ἀνειμένοι τὸ ἔνδον. ἡρῴδης δὲ οὐκ ἐδόκει μένειν ἐφ' ἡσυχίας, ἀλλ' ὑπὲρ τὴν ἰδουμαίαν τὸν ἀδελφὸν ἰώσηπον σὺν τοῖς χιλίοις ὑπλίταις, καὶ ὑ ἱππεῦσιν, ἐξέπεμψεν. αὐτὸς δὲ εἰς σαμάρειαν παρεσκευάζετο, καὶ καταθέμενος αὐτόθι τήν τε μητέρα καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς ἐξελθὼν ἤδη ἐκ τῆς μασάδας, ὑπὲρ γαλιλαίας ᾤχετο, ἐξαιρήσων τινὰ τῶν χωρίων ὑπ' ἀντιγόνου φρουρᾶς κατειλημμένα

cumqve Sephorim, cælo ningente, perveniſſet, Antigonianis inde refugientibus, magnam nactus eſt rerum neceſſariarum copiam. Inde in latrones quosdam ſpeluncarum receſſus habitantes equitum alam immiſit, cum peditum tribus cohortibus, ut eos cohiberet a maleficiis. aberant autem non longe a vico, qui Arbela dicitur. Qvadrageſimo deinde die venit cum toto exercitu, & magna audacia hoſte occurrente, in ſiniſtro aciei cornu laborari cœptum eſt, donec ipſe armatorum manu ſtipatus ſuccurrit, & hoſtes jam vincentes coegit terga vertere, ſuos vero fugientes gradum ſiſtere. nec hoc contentus profligatos & palantes usqve Jordanem perſecutus eſt. atqve ita univerſam Galilæam in partes ſuas traduxit, præter eos, qui erant in ſpeluncarum receptaculis, numeratisq; viritim centum & quinquaginta drachmis, & proportione centurionibus, ſuos in hyberna dimiſit. Interea Silo ad eum venit cum ſuis ducibus, qui apud Antigonum in hybernis fuerant, illo nolente eos poſt unum menſem exactum amplius alere. nam & ad circumvicinos miſerat, qui juberent eos, ſublatis omnibus rebus ad victum neceſſariis, in montes refugere, ut Romani præ inopia fame perirent. at Herodes Pheroræ fratrum minimo commeatuum curam commiſit, juſſo inſtaurare Alexandrium. Ille vero brevi & militibus magnam neceſſariarum rerum abundantiam præbuit, & caſtellum illud prius deſertum denuo condidit. Eodem tempore Antonius morabatur Athenis. In Syria vero Ventidius Silonem accerſens contra Parthos, juſſit primum Herodi navare operam, deinde ad proprium bellum exire provinciales auxiliarios. At ille, Silone ad eum miſſo, ipſe contra latrones in ſpeluncis degentes duxit militem. Erant autem hæ ſpeluncæ ſitæ in præruptis montibus, anguſtis tramitibus acceſſibiles, & acutis cinctæ rupibus: in harum cavernis illi cum totis habitabant familiis. Rex autem arcas in hunc uſum compactas de vertice montis per machinas dimittebat catenis ferreis: eo qvod nec inferne propter aſperitatem montis aſcendere daretur, nec ſuperne contra eos derepere. hæ arcæ completæ erant militibus haſtas falcatas geſtantibus, ad attrahendos repugnantes & deturbandos per præceps. hæc tamen arcarum demiſſio periculoſa erat propter immenſam altitudinem: & in ſpeluncis non deerant victui neceſſaria. ut vero demiſſæ ſunt arcæ ad earum oſtia, & nemo præ metu audebat progredi, quidam ſcutatus accinctus gladio, manu utraqve apprehenſa catena, qua arca ſuſtinebatur, demiſit ſe intra fauces more impatiens, illis exire cunctantibus, & ad qvandam cavernam accedens, primum jaculis multos intus confecit: deinde reſiſtere conatos, falcata haſta attractos dabat in præceps: mox penitius reconditos invadens jugulavit multos, actum demum in arcam ſe recepit: cæteros vero ejulatum audientes pavor corripuit, & ſalutis deſperatio.

A διελθὼν δ' εἰς σέμφορειν νίφοντος καὶ θεοῦ, καὶ τῶν ἀνηγόνων φρουρῶν ὑποχελιόντων, ἐν ἀφθονίοις ἦν τοῖς ἐπιτηδείοις. εἶτ' ἐκεῖθεν ληστῶν τινῶν ἐν ἀπηλαίοις κατοικούντων, ἱππέων ἐπ' αὐτοὺς ἴλην ἐκπέμπει, καὶ ὁπλιτικοῦ τρία τέλη, πᾶσαν κακουργοῦντας ἐγνωκώς. ἐγγὺς δ' ἦν τοῦτο κώμης Ἀρβήλων λεγομένης. εἰς ἣν ποταρχικὸς ἦν ἡμέραν αὐτὸς ἦκε παντρατιᾷ, καὶ θερμοτέρως ἐξελθόντων τῶν πολεμίων, κλίνεται μὲν τὸ εὐώνυμον αὐτῶν κέρας τῆς φάλαγγος. ἐπιφανεὶς δ' αὐτὸς μετ' ἰσχύος, τρέπει μὲν εἰς φυγὰς τοὺς πάλαι νικῶντας. ἀναστρέφει δ' ἐπὶ τοὺς φεύγοντας. ἐνέκειτο δὲ διώκων τοὺς πολεμίους ἄχρις ἰορδάνου τοῦ ποταμοῦ, φεύγοντας κατ' ἄλλας ὁδούς. καὶ κατεδίωξεν μὲν πᾶσαν τὴν γαλιλαίαν, πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἀπηλαίοις κατοικούντων. διανέμει δ' καὶ ἀργύριον κατ' ἄνδρα δοὺς ρ ν δραχμὰς, τοῖς δ' ἡγεμόσι πολὺ πλεῖον, καὶ εἰς τὰ χειμάδια διέπεμψε. καὶ ἐν τούτῳ Σίλων ἦκε παρ' αὐτὸν καὶ ἡγεμόνες τῶν ἐν τοῖς χειμαδίοις, ἀντιγόνου τροφὰς παρέχειν οὐ θέλοντος. μίαν γὰρ οὐ πλέον ὁ ἀνὴρ αὐτοὺς ἔθρεψε. διέπεμψε δ' καὶ πρὸς τοὺς κύκλῳ κελεύων, τὰ κατὰ τὴν χώραν ἀναπαύσασθαι, καὶ εἰς τὰ ὄρη φυγεῖν, ὡς μηδὲν ἔχοντες ῥωμαίοις τῶν ἀναγκαίων, λιμῷ διαφθαρεῖεν. ἡρώδης δ' τὴν μὲν τούτων προνοίαν, φερνὰς τῷ νεωτάτῳ τῶν ἀδελφῶν ἐπιτρέπει, κελεύσας αὐτὸν ἀνατεῖχίζειν καὶ ἀλεξάνδρειον. ὁ δ' ταχέως τὸ τοὺς σφετέρους ἐν ἀφθονίᾳ πολλῇ τῶν ἀναγκαίων ἐπίπνοι, τό τε ἀλεξάνδρειον ἠρημωμένον ἀνέκτισεν. ὑπὸ δ' τὸν αὐτὸν χρόνον, ἀντώνιος μὲν ἐτρίβετο ἐν ἀθήναις. κατὰ δὲ συρίαν οὐεντίδιος σίλωνα μεταπεμπόμενος ὅτι τοὺς πάρθους, ἐπεστάλη πρῶτα μὲν ἡρώδῃ συλλαμβάνειν δεύτερα δὲ πολέμου, ἐπεστάλη δ' καὶ ὅτι τὸν σφέτερον καλεῖν τοὺς συμμάχους. ὁ δ' ὅτι τοὺς ἐν τοῖς ἀπηλαίοις λῃστὰς ἐπειγόμενος, σίλωνα μὲν ἐξέπεμψεν οὐεντίδιος. αὐτὸς δ' ἐπ' ἐκείνους ἐξώρμησεν. ἐπεὶ δ' ἐν ὄρεσι τὰ ἀπηλαῖα τελέως ἐξέρρωγεν, καὶ κατὰ τὸ μεσαίτατον ἀποκρήμνους ἔχοντα τοὺς πρόδους καὶ πέτρας ἐξείας ἐμπεριεχόμενα. ἐν δὴ τούτοις μετὰ πάντων τῶν οἰκείων ἐφώλευον. ὁ δ' βασιλεὺς λάρναξας ἐπ' αὐτοὺς πεξάμενος καθῆκε ταύτας σιδηρέαις ἁλύσεσιν ἐκδεδεμένας ἀπὸ μηχανῆς ἀπὸ κορυφῆς δ' ὄρους, μήτε κάτωθεν ἀνιέναι ἀπὸ τοῦ ἐξύπτατα δ' ὄρους διωρυγμένων, μήτε ἄνωθεν καταπηδᾶν ἐπ' αὐτούς. αἱ δ' λάρναξ πλήρεις ὁπλιτῶν ἦσαν, ἅρπας μεγάλας ἔχοντων, αἷς ἔμελλον τοὺς ἀντιστρατευομένους ἀπαγωγίμους κτείνειν καταφερομένους. τοῦ μέντοι καταβάσεως τῶν λαρνάκων σφαλερὰν εἶναι συνέβαινε, κατὰ βάθους ἀπείρου γινομένου. ἔνδον μέντοι παρῆν αὐτοῖς καὶ τὰ ἐπιτήδεια. ὡς δ' καθιεμένας μὲν αἱ λάρναξ, ἔτολμα δ' οὐδεὶς προσελθεῖν τῶν ἀπὸ τῶν σωμάτων, ἀλλ' ἀπὸ δέους ἠρέμουν, μάχαιράν τις ἀναζωσάμενος τῶν ὁπλοφόρων, καὶ τὰς χεῖρας ἀμφοτέρας ἁρπάσας ἁλύσεως ἀφ' ἧς ἤρτητο ἡ λάρναξ, κατῆλθε διὰ τὸ σῶμα, δυσχεράνας τὸ τολμηρὸν τῶν ἐπειγόντων μὴ τολμώντων. καὶ γυμνὸς κατά τι σῶμα, πρῶτα μὲν πάντοθεν ἀνακόπτει τοὺς ἄλλους τῶν ὅπλων. ἔπειτα ἅπτεται τοὺς ἀνθεστῶτας ὑπαγωγίμους. ὡδὶ δ' ἁρπάσας, εἰς τοὺς ἔνδον ἐσεισελθὼν, ἀποσφάττει πολλοὺς, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν λάρνακα ἡσύχασε. φίλους δ' εἶχε τοὺς ἄλλους τὸ αἰμωγῆς ἀκούοντας, καὶ τὴν σωτηρίας ἀπαγγελίαν. τὸ μὲν-

τὸ μὴ τοῦτο πᾶν ἔργον ὑπέσχεν ὑπεξελθεῖν. ἐπὶ πολλοὶ συγχωρήσαντος αὐτοῦ βασιλέως ἐπικηρυκευσαμένου παρέδοσαν σφᾶς ὑποκούους. τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἐχρήσαντο τῇ περισκολῇ, μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πολέμοις ἐπεξιόντων αὐτοῖς καὶ καπὶ ὕλης μαχομένων, πῦρ τε ἐνιέντων, ἐξαφθέντων τε τῶν ὄντων. πολλὴ γὰρ ἐν αὐτοῖς ὕλη. πρεσβύτης δέ τις ἀπειλημμένος ἔνδον σὺν ἑπτὰ τέκνοις καὶ γυναικὶ, δεομένων τούτων ἐάσαι σφᾶς ὑπεξελθεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐφ' ὧν ἦν ὁ γρηγόριος, τὸν ἀεὶ πρῶτον ἐξιόντα τῶν παίδων ἀπέσφαττεν, εἰς ὃ πάντας διεχρήσατο. ἔσχατος ἦν καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ ῥίψας καὶ ἑαυτὸν ἐπὶ τοὺς νεκροὺς, ἐπιπαρέβαλεν ἑαυτὸν θάνατον πρὸ δουλείας ὑπομένων. πολλὰ μὲν πρῶτον ὠνείδισεν τὸν ἡρῴδην εἰς ταπεινότητα, καίτοι βασιλέως, ἐπὶ γὰρ αὐτῷ ἄπαντα τὰ γενόμενα, δεξιάν τε προτείνοντος καὶ πᾶσαν ἄδειαν. τὰ μὲν οὖν ἀπήλαυσε τούτων γενομένων ἤδη πάντα ἐκεχείρωτο. καταστήσας δ' ὁ βασιλεὺς τῶν αὐτόθι στρατηγὸν Πολέμωνα εἰς τὴν σαμάρειαν ὥχετο σὺν ἱππεῦσιν ἑξακοσίοις, ἑπτακισχιλίοις ὡς μάχῃ κεκληκόμενος πρὸς ἀντίγονον. οὐ μὴν τῷ Πολέμωνι προὐχώρησε τὰ κατὰ τὴν στρατηγίαν, ἀλλ' οἱ καὶ πρότερον τὴν Γαλιλαίαν παραξαντες, ἐπεξελθόντες αὐτὸν διεχρήσαντο. καὶ δὴ δράσαντες συμφόρουσιν εἰς τε τὰ ἕλη καὶ τὰ δύσβατα τῶν χωρίων, ἄγοντες καὶ διαρπάζοντες τὴν αὐτόθι πᾶσαν. τιμωρεῖται δ' τούτους ἡρῴδης ἐπανελθών. τοὺς μὲν γὰρ ἀναιρεῖ τῶν ἀποστάντων, τοὺς δ' ἀναφυγόντας εἰς ἐρυμνὰ χωρία, πολιορκίᾳ προσβαλὼν, αὐτούς τε ἀπέκτεινε, καὶ τὰ ἐρύματα κατέσκαψεν. ἐζημίωσε δ' πάσους οὕτως τὴν νεωτερσπουδίαν, καὶ τὰς πόλεις ὁ ταλάντοις. ἐν δ' τοῦ μετὰ τοῦτο πεσόντος ἐν μάχῃ, καὶ τῶν πάρθων πλασάντων, πέμπει βοηθὸν ὁ βεντίδιος ἡρῴδῃ μαχαιρᾶν σὺν δυσὶ τάγμασιν καὶ χιλίοις ἱππεῦσιν, ἐπιτάσσοντος αὐτοῦνίκ. μαχαιρᾶς μὲν οὖν ἀντίγονος καλοῦντος αὐτὸν πρὸς τὴν ἡρῴδου γνώμην, χρήματι διεφθαρμένος ἀπῆκε ὡς κατασκεψόμενος αὐτοῦ τὰ πράγματα. τὴν δ' ἀξιόπιστον ὑποδόμενος αὐτοῦ τὴν τῆς ἀφίξεως ἀντίγονος οὐδὲ προσεδέξατο, ἀλλὰ σφενδόναις βαλὼν αὐτὸν ἀνῆρχε καὶ διεδήλωε τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν. αἰσθόμενος δ' τὰ βέλτιστα ἡρῴδης αὐτοῦ προαμαρτηκότα, πρὸς τὴν οἰκείαν συμβουλίας ἀνεχώρει μὴ εἰς ἐμμαοῦν πόλιν. οἷς δ' κατὰ τὴν ὁδὸν ἰουδαίοις προσέτυχε, τούτους ἀπέσφαττεν ἐχθρὸς τε καὶ φίλους, ὀργιζόμενος ὑπὲρ ὧν πεπόνθει. παροξυνθεὶς δ' ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς ἐπὶ σαμαρείας ἦει. πρὸς γὰρ ἀντώνιον ἔγνω περὶ τούτων ἀφικέσθαι, δεῖσθαι γὰρ οὐχὶ τοιούτων συμμάχων, οἳ βλάψουσιν αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τοὺς πολεμίους. ἐξαρκεῖν δ' καὶ αὐτὸν πρὸς τὴν ἀντιγόνου καθαίρεσιν. πορευομένου δ' ὁ μαχαιρᾶς, ἐδεῖτο μένειν. εἰ δ' οὕτως ὥρμηκεν, ἀλλὰ τόν γε ἀδελφὸν αὐτοῦ ἰώσηπον πορευθῆναι σφίσιν πρὸς πολεμοῦσιν ἀντιγόνῳ. καὶ προσλάβῃ μὲν δὴ μαχαιρᾶ πολλὰ δεηθέντος. καταλιπὼν δ' τὸν ἰώσηπον αὐτόθι σὺν στρατῷ, παρήνεσε μὴ ἀποκινδυνεύειν, μηδὲ τῷ μαχαιρᾷ διαφέρεσθαι. αὐτὸς δ' πρὸς ἀντώνιον ἔσπευδε, ἐντυχὼν δ' πολιορκοῦντα σαμόσατα τὸ πρὸς τῷ εὐφράτῃ χωρίον, σὺν ἱππόταις τε καὶ πεζοῖς καὶ συμμάχοις αὐτῷ παρῆσαν. πορευόμενος δ' εἰς ἀντιόχειαν,

eos tamen conatus impedivit nox interveniens, multiq;, rege per præconem pollicente veniam, deditionem fecerunt. Seqventi vero luce eodem usi sunt oppugnationis genere, magis etiam ex arcis exeundo & pugnando in foribus, & subjecto igne antra incendendo. inerat enim intus multa materies. Senex autem quidam deprehensus intus cum uxore ac septem filiis, rogatus ab eis, ut se fugere ad hostem permitteret, stans ante ostium, primum quemq; exeuntem jugulabat, donec ad unum omnes confecit, & uxorem ultimam: deinde præcipitatis cadaveribus, postremo seipsum superjecit, mortem servituti præferens. primo tamen in obscuritatem Herodis multa ejecit convitia, licet rex e specula qvadam dextram porrigeret, & polliceretur veniam. Speluncæ igitur omnes hoc modo expugnatæ sunt. Rex autem, Ptolemæo præposito ei regioni, in Samariam profectus est cum sexcentis eqvitibus, & tribus millibus peditum, ut armis cum Antigono rem decerneret. Sed Ptolemæo sua præfectura non bene cessit: nam invasus ab his, qui & ante Galilæam turbaverant, interfectus est. quo facto, receperunt se in paludes & loca inaccessibilia, totum eum tractum rapinis infestantes & excursionibus. Herodes autem reversus pœnas ab eis exegit latrocinii: & ex defectoribus alios mox interfecit, alios refugientes in loca munita expugnatos supplicio tradidit, & arces ipsas diruit: atqve ita, sublatis rerum novarum autoribus, civitates centum talentis mulctavit. Interea cæso in pugna Pacoro, & Parthis profligatis, Ventidius Herodi in auxilium mittit Machæram cum duabus legionibus & mille equitibus, jubente hoc Antonio. Ille vocatus ab Antigono & pecuniis corruptus, invito Herode ad eum se contulit, tanqvam inspecturus ejus negotia. At Antigonus suspectum habens ejus adventum, non admisit hominem, sed per funditores glandibus impetitum arcuit, satis declarans suum animum. ille tum demum Herodem bene monuisse, & se non obtemperantem erravisse intelligens, in Emauntem urbem se recepit: & in eo itinere quotquot Judæorum ad manus ei venerunt, interfecit, nullo amici aut hostis discrimine, iratus ob ea, quæ sibi acciderant. quo facto rex exacerbatus petebat Samariam. nam decreverat ea de causa adire Antonium, aliis sibi opus dictitans, quam his, qui se magis quam hostem læderent, alioqvi sufficere vel seipsum ad opprimendum Antigonum. Machæra vero consecutus eum rogabat, ut maneret: aut si certum esset pergere, saltem Josephum fratrem sibi attribueret, gerenti bellum contra Antigonum. Itaqve reconciliatus Machæræ multum roganti, relicto ibi Josepho cum exercitu, præcepit ei, ne rem totam in discrimen adduceret, neve cum Machæra contenderet. Ipse vero properavit ad Antonium oppugnantem Samosatam sitam ad Euphratem fluvium, ducens auxiliares tam pedites quam equites. postqvam autem pervenit Antiochiam,

contra valeret. Postqvam autem Nicolaus accusare eum & convincere destitit, tum Varus potestatem ei dicendi pro se fecit, si qvid haberet, quo declararet suam innocentiam. Se enim nihil magis optare, & idem patrem qvoqve ejus optare scire: qvam ne in ullo objecto deprehenderetur crimine. At ille pronus in faciem & supplicabundus humi jacens, Deum conscientiæ suæ inspectorem obtestabatur, ut evidenti aliqvo signo probaret alienum se ab omni culpa, nec quicquam unquam molitum in patris perniciem. Is enim est mos malorum omnium, ut qvoties nefarium aliquod facinus aggrediuntur, nihil non sibi permittant, nullo respectu divini numinis. cum autem suis sceleribus inciderunt in periculum, tum demum illis in mentem venit Deus, per cujus invocationem & testimonium volunt eripi, fingentes se cuncta illius arbitrio permittere: id qvod tum qvoqve Antipatro usu evenit: qvi cum ante omnia sic gessisset quasi nullum numen interesset rebus mortalium, imminente ultione destitutus juris præsidiis, ad divinam confugiebat potentiam, se in hoc divinitus servatum asseverans, ut pro incolumitate patris excubias ageret. Tum Varus cum crebris interrogationibus nihil eliceret, illo Deum tantum invocante, videns alioqui nullum fore finem, jubet proferri venenum in medium, ut quanam vi præditum sit experimento posset colligere: qvod mox allatum, & ad bibendum datum cuidam damnato capitis, sine mora necavit hominem. qvo facto surgens abiit e concilio, & seqventi die Antiochiam profectus est, ubi plurimum solebat degere, qvod illic esset Syrorum regia. Herodes vero confestim vinxit filium, omnibus ignorantibus qvænam fuissent ejus cum Varo ante discessum colloqvia, conjectura tamen erat cuncta regem facere ex illius sententia. conjecto deinde in carcerem, Romam Cæsari de eo significavit per literas, missis etiam qvi coram eloqverentur mandata, docerentq; qvam scelerata sit hominis malitia. Per eosdem dies interceptæ sunt Antiphili ad Antipatrum ex Ægypto missæ literæ: qvibus solutis hæc in eis scripta rex ipse comperit. Misi ad te Acmes literas, etiam cum vitæ meæ periculo. scis enim qvod si deprehenderer, infestas mihi duas potentes familias redderem. Tu dabis operam ut rem geras feliciter. Atqve hoc fuit argumentum hujus epistolæ: rex autem diligenter reqvisivit etiam alteram. ea tamen nusqvam comparebat, & servus Antiphili negabat se attulisse ullam præterea. & cum diutius hærerent, unus ex amicis regiis animadversa qvadam futura in interiore servi tunica (nam duabus erat indutus) suspicatus est in ea plica celatas literas: nec eum sua fefellit opinio: deprompta-qve est inde epistola hæc fere continens. Acme Antipatro. Scripsi patri tuo qvales jussisti literas: & adjeci confictum exemplar epistolæ qvasi a Salome ad dominam meam missæ: qva lecta scio qvod pœnas ab ea tanqvam ab insidiatrice exiget. Ea vero qvam a Salome scriptam videri

VII.

A τὴν ἰσχὺν ἐπιφέρεσθαι. νικηλάτου δὲ παυομένου τοῦ τε λόγων καὶ τῶν ἐλέγχων, δίδωσιν ἐκέλευσεν αὐτῷ πατρὸν ἔτι ἀπολογίαν τῶν ἐγκλημάτων χωρεῖν, εἴ τινες αὐτῷ προφάσεις ἢ μὴ ἐνέχειν τοῖς ἐπιφερομένοις εἶναι. καὶ δὲ αὐτὸς εὐχεσθαι καὶ τὸν πατέρα εὐθένειαν τῶν ὁμοίων εὐχόμενον, μηδὲν αὐτὸν ἀδικηθῆναι φωρᾶν. ὁ δὲ ἐπὶ σώματος ἔκειτο ἀνατεταμένος, πρὸς θεὸν, καὶ πῶσι προσιὼν τὸ ἐπιμαρτυρῆσαι αὐτῷ μηδὲν ἀδικεῖν, ἢ τεκμηρίοις ἐμφανέσι φωραθῆναι, μὴ ὄντα ἐπίβουλον αὐτὸν ἢ πατρὸς γεγενέναι. ἐπειδὴ μὲν ἅπαντες οἷς ἐπιλείπει ἀρετὴ, ὅταν μὲν ἐγχειρῶσι πονηροῖς, εἰ ἐν ἔτι τὸ πᾶσι τὸ θεῖον τὸ τυχὸν ἀφορήσαντες ἑαυτοῖς τὰ ἔργα χωρεῖν. ὅταν δὲ φωρώμενοι κινδυνεύειν δίκην ἔχειν, κατ' ἐπίκλησιν αὐτὸ μαρτυρεῖν τὸ πάντα ἐπιτρέπειν. ὁ δὴ καὶ τοῦ ἀντιπάτρου συμβεβήκει. τὰ πάντα γὰρ ὡς ἐν ἐρημίᾳ ἢ θείᾳ ἀλαπεπεισμένος, καταφρονήσας αὐτὸν παντάχοθεν τῆς δίκης ἀπορία ἢ ἀλλαχόθεν ἐπιόντων οἷς ἀπολύσειν τὰ τὰ ἐγκεκλημένα, οὕτως ἐπαιρόμενος τῇ ἀρετῇ ἢ θείᾳ, μαρτυρίαν ἐπισκήπτων αὐτῷ, ὅπερ ἰσχύι τῇ σκηνῇ πεσούσῃ εἰς μέσους φάραγγος, ὅπως ἂν τὸν πατέρα πρόσοιεν τιμᾶν ὃν ἐκέλευσεν. ὁ δὲ πάρος, ἐπειδὴ πολλάκις ἀνακρίνων τὸν ἀντίπατρον; ὅθεν εὑρίσκετο τέλεον τῆς ἀνακλήσεως ἢ θεᾶς, ὁρῶν ἀπέφαινεν ὃν τὸ μανόμενον, ἐκέλευσε τὸ φάρμακον εἰς μέσους ἐνεγκεῖν, ἵν' εἰδῇ τὴν ἀξίαν αὐτῷ δύναμιν. καὶ κομισθέντος, τῶν ἐπὶ θανάτῳ τις ἐαλωκότων πίνειν κελεύσαντος· οὐάρου, καὶ φαρμάκου ἔδωκε. τότε δὲ ἐξαναστὰς ἀπῆλθε δυσθυμίᾳ, καὶ τῇ ἑξῆς ἐπ' ἀντιοχείας, ὅπερ δὴ καὶ τὸ πλεῖστον ἦσαν αὐτῷ αἱ βασιλεῖαι, διὰ τὸ συρίοις εἶναι τὸ βασίλειον εἶναι. ἠρώδης δὲ φαρμάκου μὲν ἐδόκει τὸν υἱόν. ἀδήλοις δὲ τοῖς πολλοῖς ἦσαν αἱ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαι, καὶ τί ἐπ' αὐτῶν ἀπελήλυθε. ἐπάλξετο δὲ τοῖς πολλοῖς γνώμῃ τῇ σκηνὴν πρόσοπον ὅπως ἂν τὸν ἀντίπατρον ἐπράξειν δήσας δὲ αὐτὸν εἰς φρουρὰν εἰς κρίσιν πρὸς τὰ ἐγκλήματα πρὸς αὐτὸν, καὶ τοὺς δοκιμωτάτους διδάξας τὰ κατ' αὐτὸν τὰ κακίαν ἢ ἀντιπάτρου. ἀλλ' ἐπειδὴ δὲ τοὺς αὐτοὺς ἡμέρας, καὶ ἐπιστολὴ τοῦ ἀντιφίλου πρὸς ἀντίπατρον γεγραμμένη, ἐν οἰκέτῃ δὲ αὐτὸς ἐτέλεσε. καὶ λυθεῖσα τοῦ δὲ βασιλέως παιδὸς ἐδήλου ἐπεμψάσθαι τὰ παρ' ἀκμῆς ἐπιστολὰ μὴ φειδομένου τῆς ἐμῆς ψυχῆς. εἶδα γὰρ ὅτι αὐθις κινδυνεύω τοῦ δύο οἰκείων ἐγνωσθέντων. σὺ δὲ εὐτυχοίης πρὸς τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡ μὲν ἐπιστολὴ τάδε ἐδήλου. ἔρρτε δὲ ἀβασιλεὺς καὶ τὰ ἐπ' ἐμοὶ ἐπιστολαί. ἃ μὲν φανερά γε λῶ, καὶ ἃ δὲ ἀντιφίλου δόλου ὡς τὰ ἀναγνωσθέντων ἔφερεν, ἠρώτα ἐπ' ἐμοὶ φυλακὴν. ὅπερ μὲν οὖν ἐχόντος τὰ βασιλέα τὰ φίλων τις τὰ δὲ ἠρώδη ἀναμφιλόγως ἐστερέμενον δὲ ὅλως τὰ ὄντος χιτῶνα, ἐνεδεδύκει δὲ δύο, ἔκασιν ἐντὸς τὰ ἐπιτυχῆς κρύπτειν τὰ γράμματα. καὶ λῶ δ' ἅτως. λαμβάνουσιν οὖν τὰ τὸν ἐπιστολὰ, ἐγγεγραμμένα τε λῶ ὧν αὐτῇ, τάδε. ἀκμὴ ἀντιπάτρῳ. ἔγραψα τῷ πατρί σου οἷαι ἦλθες ἐπιστολαί. σὺ δὲ πρόσεχε τῇ πρὸς τὸ ἐμὲ κυρίαν ὡς φάρμακον ἐγράψαμεν λῶ ἀναγνὺς, οἶδ' ὅτι μισήσεις σαλώμην ὡς ἐπίβουλον. λῶ δὲ ἡ φάρμακος τὸ σαλώμης δοκοῦσα εἶναι

ἐνεχθεὶς τ ἀδελφοκτονίαν αὐτῆς, ὅτι ἀντιπάτρῳ ἐπ' ὀνόματι τῆς Σαλώμης, ὅσα γοῦν ἡ Ἀλεξάνδρεια ἤλδι ἐπαγορευομένη, λέξω ὑπομνήσω αὐτῆς. τὰ δὲ γεγραμμένα ὧδε πως ἦν. Ἀκμὴ βασιλεῖ Ἡρῴδῃ. ἐγὼ ἔργον ποιοῦμαι μηδέν σε λανθάνειν τ κατ' σὲ γινομένων, ἀλλ' εὑροῦσα ἐπιστολὴν Σαλώμης πρὸς τ ἐμὴν κυρίαν κατ' σὲ γεγραμμένην ἀκινδύνως ἐμαυτῇ σοὶ δὲ ὠφελίμως ἐξεγραψάμην κ ἀπέστειλά σοι, πιστεύσασα ἐκείνῃ ἔγραψε γὰρ ἀδόλως ἤλπισε. κατέχουσα οὖν τ ἐπιστολὴν ἵνα μὴ κἀγὼ τὸ ζῆν κινδυνεύσω. πρὸς δὲ αὐτὸν ἐγέγραπτο ἀντίπατρον, Ἀλεξανδρέως ὅτι Ἀλεξανδρίδη κελεύσαντα τὰ σὰ αὐτῇ τε γράψαι πρὸς Ἡρῴδην, ὡς Σαλώμης ἑκόντος αὐτῷ πρόσεστιν ἐπιγαμίας τε πένθος. κ ἀντίγραφον τ ὡς πρὸς δέκατον τ αὐτῆς πεμφθείσης ἐπιστολῆς ὑπὸ Σαλώμης ἀπεπέμψατο αὐτῇ. ἐν δὲ ἡ Ἀκμὴ, ἰουδαία μὲν τὸ γένος, ἐθέλουσα δὲ ἰκέλια τῇ κυρίᾳ Καίσαρος γυναικί, κ ἔπεισε τοῦ τε Φιλίᾳ τῇ ἀντιπάτρου, ὠνήσασα ὑπ' αὐτοῦ μεγάλῃ δόσει χρημάτων συγκακουργεῖν κατὰ τοῦ πατρὸς ἐκ τ πιθανῶν Ἡρῴδης δὲ ἐκπλαγὰς μεγάθει τ ἀνθρώπου κακίας, ὥρμησε μὲν κ ἀφανίζειν αὐτὸν ἀνελεῖν ὡς κύκηθρον μεγάλων γεγονότα πταισμάτων. κ μὴ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ ἐς τὴν ἀδελφὴν ὑπόπτως διέκειτο, κ ἐκ κυρίας διεφθείρετο τ οἰκίαν. ἐξώτειλε δὲ αὐτὸν κ ἡ σαλώμη στρουθοκαμήλου κ πτεύην αὐτῷ κελεύσασα εἰς τὸν Ἡρῴδην πίστεως αὐτῶν αἰτίαν αἰτίας τε ὧν ἔχοντ. Ἡρῴδης δὲ μεταπέμψας, ἀπέκρινε τ ἰδίᾳ, κελεύων ἐπὶ αὐτῷ ἔχειν, λέγειν μηδὲν ὑποδόμενον. ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἦλθ, ἤρετ αὐτὸν ἐπὶ τῇ παρ' αὐτῷ πεφωράσθαι πονηρὸς ὤν, τὰς γοῦν συγκακουργήσαντας αὐτῷ τὰ πράγματα μὴ μελλῆσαι κατ' ἀξίαν. ὁ δὲ ἀντιφίλου τ πάντων αἰτίαν ἀνετίθει, ἕτερον δ' οὐδένα προσυπέθετο. Ἡρῴδης δὲ θαλάσσῃ ὥρμησε μὲν πέμψαι τὸν ἐν Ῥώμῃ τ ἰδίων ὡς κρίσουσα λέγων ὑφέξοντα τ ἐπὶ τοῖς ἐπιβουλεύμασιν. ἔπειτα δείσας μὴ βοηθείᾳ τ Φίλων ἐκκλιτὸς ἐκ κινδύνου ἀφυγών, αὖθις τὸν μὲν δέσμιον ὡς ἐσώτερον ἐφύλαττεν, αὐθις δὲ πρέσβεις ἐξέπεμψε ἐς Ῥώμην κατηγορίαν τε ἐρῶν, ὅπως τε ἀκμὴ συγκακουργήσειεν αὐτῷ, κ ἀντίγραφα τ ἐπιστολῶν.

A volebant, Antipatri commentum erat suppositò Salomes nomine, ipsius arbitratu & commodo scripta, sed Acmes ministerio. Eadem & regi scripsit in hanc sententiam. Acme regi Herodi. Cum mihi sit curæ ne quid te lateat ad salutem tuam pertinens, inventam Salomes epistolam contra te scriptam ad meam dominam, non sine periculo transcripsi, & ad te misi: in qua postulabat ut sibi liceret Syllæo nubere. hanc tu lacerabis, ne quando propter eam vitæ discrimen adeam. Sed hoc commentum prodebant quæ ad ipsum Antipatrum scripserat, significans se voluntati ejus obsecutam, & literas ad Herodem misisse, & insertum his exemplar fictitiarum Salomes literarum ad suam dominam, quæ insidias Herodi tenderent. Erat autem hæc Acme Judæa genere, agens in ancillatu Juliæ uxoris Cæsaris, operamqve hanc Antipatro magna pecunia vendiderat, qva contra amitam simul & patrem uteretur. Cæterum Herodes cognita hinc filii malitia, minimum abfuit qvin illum evestigio tolleret, ut concitatorem turbelarum omnium, qvi non solum suam & sororis salutem in periculum adduxisset, sed disciplinam etiam corrupisset domus Cæsaris. eodem incitabat eum & Salome, pectus plangens, & mori non recusans, si ullum extaret violatæ a se fidei argumentum idoneum. Rex autem accersito filio jubet illum cum fiducia promere, si qvid haberet qvod pro se afferre posset. Qui cum ad hæc ne hiscere qvidem valeret, rogatus ut qvando medius teneretur deprehensus in maleficio, saltem socios sceleris proderet, omnem culpam conferebat in Antiphilum, alium præterea nominabat neminem. ibi Herodes vehementi dolore animi saucius cogitavit eum Romam mittere, ut apud Cæsaris tribunal parricidii causam diceret. Deinde veritus ne amicorum ope eriperetur periculo, ipsum qvidem in vinculis ut ante retinuit: legatos autem & literas accusatrices misit ad Cæsarem, simul indicans adjutum eum Acmes opera, epistolarum qvoqve adjunctis exemplaribus.

Κεφάλαιον ἡ.

Περὶ τ Ἡρῴδου νόσου, κ στάσεως τ Ἰουδαίων.

CAP. VIII.

Herodis morbus, & Judæorum seditio.

Καὶ οἱ μὲν πρέσβεις, ὅτι τ Ῥώμην ἦπιγον τ, ὅπως τε ἀναγκασθέντες δεῖσαι λέγειν, πρόσχυδὸν ἀχθέντες, κ τὰ γράμματα φέροντες εἰς νόσον ἦ ὁ βασιλεὺς ἐμπεσών, Διαθήκας γράφει τῷ νεωτέρῳ τ υἱῶν τ βασιλείαν διδοὺς, μίσει τοῦ πρὸς τ Ἀρχέλαον καὶ Φίλιππον ὃν τ ἀντιπάτρου Ἀλεξόλου, κ μισθοῖ τε τάλαντα χίλια, ἐγγαμβρὶ ἰκέλια τῇ καίσαρος κ τέκνοις καὶ φίλοις ἑκατὸν ἑπτακόσια. ἐνεμε δὲ καὶ τοῖς ἑαυτοῦ χρήματα καὶ προσόδους ἐς ἀγροὺς, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐκείνων. σαλώμῃ τε ὅτι μέγα ἐπλούτησεν τῷ ἀδελφῷ, ἔνιεν τε ἐν πᾶσι πρὸς αὐτὸν Ἀλεξανδρίδῃ καὶ μηδαμοῦ θρασυνομένῳ κακουργεῖν. ἀπεγνωκὼς δὲ ἤδη ἦν, καὶ δὴ ὡς ἐτῶν ἑβδομηκοντὼν ὤν, ἔχρῃσεν ἀκράτῳ τῇ ὀργῇ καὶ πικρίᾳ εἰς πάντα χαλεπῶς. αἴτιον δὲ ὤν δόξα τοῦ καταφρονῆσθαι καὶ ἡδονῇ τοὺς τύχης αὐτῷ τὰ ἐνόντα φέρειν. ἄλλως τε

Interea dum legati instructi mandatis ac literis Romam properant, rex morbo correptus testamentum condidit, successionem regni relinqvens natorum minimo, exasperatus in Archelaum & Philippum calumniis Antipatri: Cæsariq; legavit mille talenta, & uxori Juliæ liberisq; ejus & amicis atqve libertis talenta quingenta. Suis qvoq; filiis distribuit pecunias & agros ac reditus, similiter etiam nepotibus. Salomes etiam ratio est habita, qvam propter perpetuam & inconcussam benevolentiam ditavit egregie. Desperata deinde salute, qvod jam ad septuagesimũ ætatis annum accederet, mirũ in modũ efferatus est, iræ impatiens & amarulentus in rebus omnib. in causa erat opinio contemptus, qvodq; existimaret gentem lætari suis infortuniis: qvam opinionem

confirmavit quorundam apud populum gratiosorum seditio, mota ex causa tali. Judas Sariphæi filius & Matthias Margalothi doctissimi erant Judæorum, & interpretes patriæ legis præstantissimi, ob idqve cari populo quod juventutem disciplinis institueret. totis enim diebus eis dabant operam quotquot cupiebant in virtute proficere. Hi postqvam cognoverunt morbum regis esse incurabilem, concitaverunt juventutem, ut sublatis operibus quæ rex præter patriam consvetudinem fecerat, propugnatores pietatis se ostenderent, debitum inde expectantes præmium. Nam hanc esse regi causam cum calamitatum domesticarum tum postremo præsentis morbi, videlicet quod contemptis legibus multa novare ausus sit. nam hac parte multis in rebus pietatem regis hi doctores desiderabant. Inter cætera supra majorem portam templi dedicaverat donum pretiosum. aquilam auream magni ponderis, cum lex nostros homines vetet imagines statuere, aut consecrare animantium effigies. quamobrem doctores hi autores erant suis discipulis, ut aquilam illam detraherent. Etsi enim res videatur non c rere periculo, tamen etiam jucundæ vitæ præponendum esse honestum obitum, si contemnatur propter tuendas leges patrias, quandoquidem sempiterna fama nullo seculo passura sit gloriam eorum intermori, & alioquin ignavos juxta ac fortes eundem manere interitum: proinde recte facturos virtutis cultores, si ex communi necessitate honorem sibi decerperent, & cum hoc solatio e præsenti vita discederent. magnum enim levamen esse honestis conatibus immori, & periculi non contemnendum præmium, laudem transmittam ad nepotes ac posteros, cujus in partem tota cognatio tam viri quam fœminæ veniant, quo quid esse possit optabilius? Hac exhortatione accensis juvenibus rumor supervenit extinctum regem nuncians, & propensos jam ad facinus perpulit. itaqve claro meridie ascendentes detractam aquilam conciderunt securibus, inspectante congregata in templum multitudine. Quod ut renunciatum cognovit dux regius, majorem aliquam conspirationem metuens, occurrit eo cum valida suorum manu cohibiturus demolitores aquilæ, & irruens in vulgum rudem & imparatum ac conglobatum temere, facile reliquis disjectis & cedentibus circiter XL. juvenes resistere ausos comprehendit, cumq; his autores facinoris Judam & Matthiam turpe putantes cedere: omnesq; ad regem perduxit. Quo rogante quo freti, ausi sint sacratam imaginem demere, ajunt se & deliberasse id multo antea, & deliberatum executos, ut fortes viros decuit. Nam & honori divino, inquiunt, succurrimus, & legem cujus discipuli sumus, vindicavimus. Nec est quod mireris, si tuis decretis leges præponimus, quas nobis Moyses autore & doctore Deo pertulit:

A ἐπειδή τινες τ δημοτέρων ἀνθρώπων καὶ ἐπαιρέσιον αὐτῷ διὰ τοιαύτην αἰτίαν. ἦν ἰούδας ὁ σαρεφαίου, καὶ ματθίας ὁ μαργαλώθου ἰουδαίων λογιώτατοι, καὶ παρ' οὓς τινας τ παρ' ἡμῖν ἐξηγηταὶ νόμων, ἄνδρες καὶ δήμῳ θεοσεβεῖς διὰ παιδείαν δ νεωτέρα. ὁσημέραι γὰρ δημέρδον αὐτῶν πάντες οἷς περιουσίαις ἀρετῆς ἐπιτρδεύετ. οἵτε πυνθανόμενοι δ βασιλέως τὴν νόσον ἀπρεπεύειν ἄπορον οὖσαν ἐξήεσαν τὸ νεώτερον, ὡς τε ἐπὶ σα, ὧν τὰ τὸν νόμον τὸν πάτριον κατασκευασθ ἐργα. ὑπὸ δ βασιλέως, παῦπαν θελόντες εὐσεβείας ἀγωνίσματα, ὧν τ νόμων φέρεσ. ἢ γὰρ διὰ τὴν τῶν παμ αὐτῶν παρ' ἃ δηγόρδευεν ὁ νόμ@ τῆς ποιήσεως, τάπ ἄλλα αὐτῷ συντυχεῖν οἷς ὧν τὸ εἰωθὸς δ ἀνθρώπ δετρέπη, καὶ δὴ C τὴν νόσον. ἦν γὰρ τῆς ἡρώδη τινὰ πραγματ δηγέλα ὧν τ νόμων, ἃ δὴ ἐπεκάλουν οἱ πεῖται ἰούδαν καὶ ματθίαν κατεσκδάικει ὁ βασιλεὺς ὑπὲρ δ πυλῶν@ μεγάλ δ ναῦ ἀνάθημα, καὶ λίαν πολυτελὲς ἀετὸν χρύσεον μέγαν. κωλύει ὁ νόμ@ εἰκόνων τε ἀναστάσεις δ πιτηδεύεσθαι τοῖς βιοῦσι κατ' αὐτὸν πεφυκημένοις, ὥς τε ἐκέλδον οἱ σοφισταὶ, τ ἀετὸν καθαιρεῖν. ἢ γὰρ εἴ τις ἀνθρώπ κίνδυν@ τῆς εἰς θάνατον ἀνακειμένῳ, πολὺ τῆς ἐν τῷ ζῆν ἡδονῆς λυσιτελεστέραν φαίνεσθαι τὴν περιθεμένην ἀρετὴν ὑπ' αὐτῷ, τοῖς μὲν σωτηρία καὶ φυλακὴ δ πατρίου μελήσουσι τελδτᾶν, διὰ τὸ αἰδιον ἐπαινεῖσθαι φήμην κατασκδασαμένους, ἐν τε D τοῖς νεῦν ἐπαινεθήσεσθαι καὶ τοῖς ἐσομένοις ἀειμνημόνευτον καταλιπεῖν τὸ κλέ@. καὶ τοίνυν τοὺς ἀκινδύνως διαιτωμένους ἄφυκτον εἶναι τὴν συμφοράν, ὡς τε καλῶς ἔχειν τῆς ἀρετῆς ἐρασθέντας τὸ κατεψηφισμένον αὐτῶν μετ' ἐπαίνων καὶ τιμῶν δεχομένους ἀπιέναι δ βίου. φέρειν γὰρ κούφισιν πολλὴν τὸ μὴ καλοῖς ἔργοις, ὧν μνήμην τὸν κίνδυνον εἶναι, τελδτᾶν, ἅμα μὲν τοῖς αὐτῶν, καὶ ἐπὶ σι δ ἀγνώσης καταλειπόντι ἀνδρες ἢ γυναῖκες, καὶ τοῖσδε πεποιῆσθαι ὄφελ@ ἀνελλιπὲς τὴν ἀπ' αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν τοιούτοις λόγοις ἐξῆραν τοὺς νέους. ἀφικνεῖται γὰρ λόγ@ εἰς αὐτοὺς τεθνάναι φράζων τὸν βασιλέα, καὶ συνέπεσθε τῇς φήμης. καὶ μέσης ἡμέρας ἀνελθόντες κατέπαιον τε, καὶ πλέκεσιν ἐξέκοψαν τὸν ἀετὸν, πολλῶν ἐν τῷ ἱερῷ διατελούντων. καὶ ὁ στρατηγὸς δ βασιλέως, ἀγγέλλεται γὰρ ἡ ἐπιχείρησις πρὸς αὐτὸν, ὅπῃ μείζον@ διανοίας ἢ ἐπῆρτο, συνελαβών, ἅμα σὺν χειρὶ πολλῇ ἀγόμεν@ ὅπῃσι ἂν δέξοιεν τὴν πλῆθι τῶν πεφονευμένων καθαρεῖν τὸ ἀνάθημα, ὑπισχνεῖτο μὴ προσδεχομένοις, ἀλλ' ὅπῃ ὅλ@ φιλεῖ δόξῃ μᾶλλον ἀμαθεῖ ἢ προνοίᾳ ἀσφαλεῖ τετολμηκόσι, ἀσυντάκτως τε καὶ μηδὲν δ ὀνήσοντ@ προαπεσκοπημένοις. τῶν τε νέων σὺν ἐλάττοσιν τεσσαράκοντα ἀνδρῶν, οἳ θάρσει ἐμμένον ὑπιόντα, εἰς φυγὴν δ λοιπὸ πλῆθους καταζεντ@ συλλαμβάνει, καὶ τὰς εἰσηγήτας δ τολμήματος ἰούδαν καὶ ματθίαν, ἄδοξον ἡγεμένοις ὑποχωρεῖν τὴν ἔφοδον αὐτῷ, καὶ ἀνηρώτητο ὑπὸ τ βασιλέα. ἐρομένῳ δ ἐπεὶ ἀφίκοντο ἐπ' αὐτὸν δ βασιλέως εἰ τολμήσειαν αὐτῷ τὸ ἀνάθημα καθελεῖν. ἀλλὰ κ προφρονήτως γε ἡμῖν τὸ φρονηθέντα, κ πεπραχ δ τε πεπραγμένα μετ' ἀρετῆς ἀνδράσι παρεπωδέσατης. ὅ τε γὰρ θεῖα τῇ ἀξιώσει πεπισμένα βεβαίᾳ ὑφ' ἡμῶν, καὶ δ νόμ@ τῇ ἀκροάσει πεφροντισμένα. γεύμασόν τε ὑδενὶ τῶν σῶν δογμάτων ἀξιωτέρους τηρεῖσθαι ἢ ἡμεῖς, νόμους, οὓς μονωθεὶς ὑπαγορεύσει καὶ διδαχῇ τοῦ θεοῦ χαράγμ@ καταλιπὼν,

ἡδο-

ἡδοῦ πεῖν θάνατον οἴσομεν, καὶ τιμωρίαν λοιπὸν πᾶσαν ὑπομένοντες, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐπ' ἀδίκοις ἔργοις, ἀλλὰ φιλίᾳ δι' εὐσέβειαν μέλλειν στενάσεσθαι τὸ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς. καὶ οἱ μὲν ταῦτα πάντες ἔλεγον οὐδὲν ἐλλείποντες τῇ τόλμῃ δὲ λόγων χωρὶς ὄντες, ἢ παρασκευῆς τὸ ἔργον πεύσεσθαι οὐκ ἀπεπειράθησαν. βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς καταδήσας, ἐξέπεμψεν εἰς Ἱεριχοῦντα, καλέσας ἰσοδαίων τοὺς ἐπιφανεῖς. καὶ ὡς ἠγωνισμένων, ἐξεκλησιάσας εἰς τὸ αὐτὸ θέατρον διὰ κλινιδίου κείμενον ἀδυναμίᾳ δὲ σῆναι, τὰ ἀγωνίσματα τὰ ἐφ' ὅσον αἱ τύχαι ἦσαν ἐν αὐτοῖς διῆλθε μνημονεύων, καὶ δι' ναὸν τὸν καλλισκάλλιον οἷς μεγάλοις πάλαι τοῖς αὐτοῦ χρόνοις, μὴ δυνηθέντες ἕτεροι ἐκατὸν εἰκοσπέντε ἔτεσι μοναρχήσαντες ἐν τοῖς ἁπασιλέοις πιόνδε τι ἔπιμπλησαι δέ θεόν. κεκτημένον δὲ καὶ ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις. ἀντὶ ὧν ἐλπίδα μὲν αὐτῷ χρεάσθαι καὶ μετὰ θάνατον καὶ παλιγγενεσίας μνήμην τε αὐτοῦ καὶ εὐκλειαν. κατέβαινε ἤδη, οἱονεὶ μηδὲ ζῶντα, ὑβρίζειν ἐπιχειροῦντος εἰς αὐτόν, ἀλλ' ἡμέρας τε καὶ ἐν ὄψει τῆς πληθύος ὕβρει χρωμένους ἀψαύειν τὰ αὐτοῦ ἀναθημάτων, καὶ καθαιρεῖν ὑβρίζοντάς τε ποινᾶσθαι, λόγῳ μὲν εἰς αὐτόν, ἀληθείᾳ δὲ ἅπερ ἐξετάζοι δι' ὃ γεγονότος ἱεροσυλοῦντας. οἱ δὲ διὰ τὴν ὠμότητα αὐτοῦ μὴ ὀκνῆσαι καὶ κατ' αὐτῶν ἐξαιρέσασθαι τιμωρίαν, ἃ γνώμῃ ἔφασαν αὐτὰ πεπρᾶχθαι τῇ αὐτῶν, φανεῖσθαι τε αὐτοῖς οὐκ ἀπηλλαγμένα κολάσεως αὐτὰ ὄντα. ὁ δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις πρᾳότερος ἦν. Ματθίαν δὲ τὸν ἀρχιερέα πᾶσιν ἱερᾶσι ὡς αἴτιον δι' μέρους τούτων γεγονότα, καθεῖρξεν ἰώζαρον δὲ ἀρχιερέα, ἀδελφὸν γυναικὸς τῆς αὐτοῦ. ὅτι δὲ Ματθίᾳ τάδε ἐφρονήθη, συμβαίνει καὶ ἕτερον ἀρχιερέα καταστῆναι πρὸς μίαν ἡμέραν, ὃν ἰουδαῖοι νηστείαν ἄγουσιν. αἰτία δὲ ἦν τόδε. ὁ Ματθίας ἱερομήνᾳ ἐν νυκτὶ τῇ φερούσῃ εἰς ἡμέραν ἣ ἡ νηστεία ἐνίστατο, ἔδοξεν ἐν ὀνείρατι ὁμιλῆσαι γυναικί. καὶ διὰ τόδε ἀδυναμῶν ἱερουργεῖν, ἰώσηπος ὁ τοῦ ἐλλήμου συνιεράσατο αὐτῷ ἀγχίνους ὤν. ἡράδης δὲ, τόν τε Ματθίαν ἐπεπαύκει τῆς ἀρχιερωσύνης, καὶ τὸν ἕτερον Ματθίαν ὃς ἐγηγέρκει τοῖσιν καὶ ἄνδρας ἐκ τῶν ἑτέρων αὐτὸς ἔκαυσε ζωγρίας. καὶ ἡ σελήνη δὲ τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἐξέλιπεν. ἡ δὲ νόσος μείζονος ἐνεπικραίνετο, ὄφλων ὧν παρανομήσειεν ἐκπεσούμενος δι' θεόν. πῦρ μὲν γὰρ μαλακὸν λοιπὸν, ὅδε πάλαι ἀποσημαῖνον τοῖς ἐπαφωμένοις τὴν φλόγωσιν, ὁπόσον τοῖς ἐντὸς προσιέναι τὸν κάκωσιν. ὀπτημένα δὲ δεινὴ δι' δέξαν τὴν ἀπ' αὐτοῦ. ἀγρὸν μὴ ἔχ ἐργάζειν. καὶ ἕλκωσις τὰ τε ἐντέρων καὶ μάλιστα δι' κῶλα δεινὴ ἀληθόνες. καὶ φλέγμα ὑγρὸν περὶ τοὺς πόδας καὶ διαυγές. ὕδρωπικὸς δὲ περὶ τὴν ἧτρον κάκωσις λοιπόν. καὶ μὲν καὶ δι' αἰδοῖα σῆψις σκώληκας ἐμποιοῦσα. πνεύματός τε ὀρθία ἔντασις δι' αὐτὴ λίαν ἀηδὴς ἀχθηδόνι τε τῆς ἀποφορᾶς, καὶ τῷ πυκνῷ δι' ὀδμάτων. ἐσπασμῷ τε περὶ πᾶν μέρος ἰσχνὸν ἔχ ἐπομονητὸν προσπεπτέμενον. ἐλέγετ' οὖν τοῦτ' ἐπιζόντων, δι' οἷς ταῦτα προαπεφήνατο σοφία πρόκροι, πολλὰ δι' πολλὰ δυσεβεῖς ταύτῃ ὁ θεὸς ἐκπρέποιεν ὠμὰ δι' βασιλέως. καὶ περ δὴ μείζονος ἢ ἀντίκροι ἄντις παλαιπωρούμενον, ἐν ἐλπίδι δι' ἀναφήλαν λοιπόν, ἰατρούς τε μεταπεμπτὸν, καὶ ὁπόσα ἀρωγὰ παραλαμβάνειν χρῆσθαι μὴ ὀκνοῦντα ἐμμελῶς.

A nec recusamus mortem ac supplicium quodcunqve nobis intuleris, conscii nos non ob maleficium, sed pietatis causa hæc perpeti. Hæc illi non minorem animo quam verbis præferentes fortitudinem, æqve tum ad constanter patiendum, alacres, atqve ante ad fortiter agendum fuerant. Eos rex vinctos misit Hierichuntem: moxqve accitis Judæorum primoribus in concionem eorum lectica ob imbecillitatem delatus, cœpit commemorare labores suos exhaustos pro republica, tum instauratum templum impendiis ingentibus, quale opus per CXXV. annos nemo Asamonæorum regum ad honorem Dei valuisset perficere. nec extructum id tantum a se, verum etiam ornatum votivis muneribus ac donariis templo dignissimis. ob hæc facta speraſſe se vel post obitum sempiternam, & memoriam, & gloriam. nunc proh nefas vivo etiam ac superstiti pro beneficiis reponi injuriam: & medio die inspectante multitudine sua dona sacrata violari ac detrahi: quæ injuria licet in ipsum intentata, re tamen vera ad Deum magis pertineat, cujus sacra compilata sint. Tum honoratiores quiqve veriti crudelitatem ejus, ne forte efferatus in se quoqve gravius animadverteret, negaverunt hæc facta ex ipsorum sententia, videriq; sibi, admissam esse rem dignam supplicio. Ille in cæteros mitior, Matthiæ pontifici ademit sacerdotiū, quasi non alieno ab hoc consilio, eiqve successorem dedit fratrem uxoris suæ Joazarum. Hujus Matthiæ pontificatu accidit etiam alium pontificem ad unam diem substitui, qua Judæi populariter jejunium celebrant. Nam Matthias ea nocte quæ præcedebat diem jejunii, visus est sibi per somnum cum uxore congredi: & cum ob hoc ad rem divinam faciendam non esset idoneus, Josephus Ellemi filius adjutor vicarius propter cognationem ei datus est. Cæterum Herodes post mulctatum Matthiam sacerdotio, alterum Matthiam seditionis autorem ejusq; socios vivos exussit: in quam noctem etiam defectus lunæ incidit. Regi vero morbus factus est gravior, pœnam impietatis exigente numine. lento enim calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehenderetur, quam intus popularetur viscera. aderat & vehemens voracitas, cui necesse esset continuo cibos suggerere: simulqve vexabatur intestinorum exulceratione & colicis passionibus. pedes tumebant phlegmate humido & pellucido, similiterqve inguina. ipsa qvoqve verenda putrefacta scatebant vermiculis, accedente fœda nec minus molesta tentigine, non sine fœtore gravissimo. super hæc omnia nervorum contractione laborabat & difficultate anhelitus. Quamobrem constans erat inter viros divinos & fatidicos opinio, regem læsæ tot modis pietatis Deo pœnas expendere. Qui tametsi gravius affligeretur, quā ut videretur posse morbo perferendo sufficere, tamen evasurum se sperabat, accersendis medicis inteutus, & medicamentis conquirendis undiqve,

IX.

profectus etiam ultra Jordanem fluvium, calidis aquis se fovebat apud Calliroen, quæ præter vim medicam potu quoque jucundæ sunt. Hæ aquæ in lacum bituminis feracem effluunt. ibi de medicorum consilio immissus, fovendus in refertū oleo solium, visus est illis jam agere animam. quare exorta comploratione familiarium excitatus & ad se reversus, nullamqve amplius salutis spem supereſſe intelligens, donativum militibus quinquagenas drachmas jussit distribui: magna deinde liberalitate usus in duces atqve amicos, rursum Hierichuntem reversus est: ubi atra bile prægravante eo immanitatis prolapsus est, ut facinus animo conciperet longe atrociſſimum. Nam cum e tota ditione nobiliores Judæorum ad eum convenissent, evocati minaci edicto pœnam capitis intentante non parentibus, infensus ex æqvo sive fontibus seu innoxiis, universos conclusit in circo. accita deinde Salome sorore maritoqve ejus Alexa, ait instare sibi terminum vitæ, succumbenti tantis doloribus: qvod qvidem ferendum esse, quando juxta communem mortalium sortem accidat. illud permolestum esse, si carendum sit extremo honore luctus, qvi debeatur regibus. non enim ignotam sibi esse Judæorum mentem, qvod optatam suam mortem lætis accepturi sint animis, qvandoqvidem vel a vivente etiam tum non abstinuissent contumelias: sed illorum esse officii, levamen aliqvod præsentis hujus doloris decernere. nam si assensum consilio suo præbeant, fore suum funus longe qvam aliorum regum honoratius, & manibus suis gratius, omnibus per totam ditionem non ficte lugentibus. Ergo qvamprimum viderint se exhalasse animam, debere eos clausam Circo nobilium multitudinem cingere militibus, ignorantibus etiamtum suum obitum, non prius vulgandum qvam mandatum executi sint, jubere deinde ut circumventos una omnes jaculis configerent. Qvibus hoc modo cæsis duplicem se eis habiturum gratiam, vel qvod mandatorum fuerint memores, vel qvod obitum suum publico luctu honoraverint. Hæc ille cum lacrymis lamentabundus cognatos per mutuam fidem ac benevolentiam perqve omnia sacra obtestabatur, ne se extremo hoc honore fraudatum vellent, eis contra pollicentibus daturos se operam, ut cuncta juxta ipsius mandatum fierent. Nunc sane etiamsi qvis præteritam ejus in cognatos sævitiam tribuere vellet pro incolumitate & securitate solicitudini, ex hac certe novissima ejus voluntate deprehendere potest, qvam inhumano animo præditus fuerit: qvandoqvidem jamjam e vita discessurus curabat, ut ex singulis familiis uno aliqvo sublato, totam gentem in luctū & carissimorum desiderium conjiceret, nec læsus a qvoqvam eorum, nec valens eis qvicqvam objicere: cum hi qvibus ullum est virtutis studium, etiam inimicis tali suo tempore odia remittere soleant.

ποταμόν τε περάσας ἰορδάνην, θερμοῖς τοῖς πρὸς καλλιρόῃ αὐτὸν παρεδίδου, ἅπερ ὑπὸ τῇ εἰς πάντ' ἀρετῇ καὶ πότιμά ἐστιν. ἔξεισι δὲ τὸ ὕδωρ εἴτε εἰς λίμνην τὴν ἀσφαλτοφόρον λεγομένην. κἀνταῦθα τοῖς ἰατροῖς δοκήσαν ὡς τε ἀναθάλψειν αὐτὸν, καθεθεὶς εἰς πύελον ἐλαίου πλέον, δόξαν μεταστάσεως ἐποίησεν αὐτοῖς. τῶν δ' οἰκετῶν οἰμωγῇ χεομένων ἐπιενεγκών, καὶ μηδενὶ δὲ σωθησομένου ἐλπίδα ἔχων, τοῖς στρατιώταις ἀνὰ πεντήκοντα δραχμὰς ἑκάστῳ κελεύει νεμηθῆναι. πολλὰ δὲ καὶ τοῖς ἡγεμόσιν αὐτῶν καὶ φίλοις τοῖς αὐτοῦ ἐδωρεῖτο, καὶ παρὼν αὐθις ἐπὶ ιεριχοῦντος. μέλαινά τε χολὴ αὐτὸν ἦρε ἐπὶ πᾶσιν ἐξαγριάνασα, ὥς τε δὴ τελούντων, πεᾶξιν τοιάνδε ἐπινοεῖν. ἀφικομένων παρεστήγματι τοὺς ἐκ ἰουδαίων ἀνδρῶν πάντας δὲ ἔθνους ὅπου ποτε ἀξιολόγων, πολλοὶ δ' ἐφοῦντο ὡς δὲ πάντες ἔθνους κατακεκλημένους, καὶ πάντων ἀκροασαμένων δὲ διατάγματος, ὡς γὰρ θάνατον λῷον ἀνακείμενα, τοῖς ἀλογήσασι τῶν ἐπιστολῶν, ἐμμεμνημένου πᾶσι δὲ βασιλέως ἐμοίως τοῖς τε ἀναιτίοις καὶ παρεχηκόσιν αἰτίαν, συγκλείσας αὐτοὺς πάντας ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ. τὴν τε ἀδελφὴν αὐτοῦ σαλώμην καὶ τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἀλεξᾶν μεταπέμψας, τεθνήξεσθαι μὲν, ἃ προῤῥωθελεγχε, ἐπὶ ποσῷδε τῶν ἀλγηδόνων αὐτὸν ἀπολυσόντων. καὶ τάδε μὲν οἷόν τε καὶ πᾶσι φίλον ἀδατυγχάνειν. ἀλοφυρμῶν δ' ἄπειρον καὶ πένθους ἐνδεᾶ ὁπῶν ἐπὶ βασιλεῖ πᾶσιτο ἂν, μάλιστα αὐτῷ λυπηρὸν εἶναι. ἃ γὰρ ἀποστυγῶν τὴν ἰουδαίων ἀγάνοιαν, ὡς δύκτῃ αὐτῆς καὶ πάνυ κεχαρισμένῳ ὁ θάνατος αὐτῷ, ἀφ' ὧν καὶ ζῶντος ἐπὶ ἀποστάσει ἐπείγεσθαι καὶ ὕβρει τὰ αὐτοῦ πεφυκμένων. ἔργον δ' ἄρα εἶναι, καὶ φύσιν τινὰ αὐτῷ ψηφίσασθαι δὲ ἐπὶ τοιῷδε ἀλγηνοῦ. τὰ αὐτὰ γὰρ δὴ φρονῆσαι δέξῃ τῇ αὐτοῦ μὴ ἀπειπαμένων μέχρι αὐτοῦ τὸν ἐπιτάφιον θησέσθαι, καὶ ὁπῶς οὐδ' ἄλλων βασιλέων, καὶ πένθος ἀφ' ὧν ἔθνους ἅπαντος ἐκ ψυχῆς ἐλοφυρομένων ἐπὶ παιδία καὶ γάλωτι αὖθ. ἐπὰν οὖν θεάσωνται τῷ ψυχρῷ ἀφέντα αὐτὸν, περισήσαντες τῷ ἱπποδρόμῳ τὸ στρατιωτικὸν ἀγνοοῦν ἐπὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ, μὴ γὰρ πρότερον εἰς τοὺς πολλοὺς ἐξενεγκεῖν ἢ τάδε πρᾶξαι, κελεύειν ἀκοντίσαι τοὺς ἐγκαθειργμένους. καὶ πάντας δ' οὕτω ἀνελόντας τὸν τρόπον δι' ὃν ἐκεῖθεν αὐτὸν ἐκ ἁμαρτήσαντας δὲ ἐνφρονοῦντος, κυρώσει τε ὧν ἐπιστείλαιεν αὐτοῖς μέλλων τελευτᾶν, καὶ τῷ πένθει ἀξιολόγῳ τεθνήξεσθαι. καὶ ὁ μὲν μετὰ δακρύων πιστιώμενος, καὶ δὲ συγγνώμης τῷ εὐνοίαν καὶ πίστιν δὲ θείου προσκαλῶν, ἐπεσκήπτε μὴ ἠπιώδεσι ἀξιῶν. κἀκεῖνοι ὡμολόγουν οὐ φθήσεσθαι. κατανοήσας δ' ἄντις τῷ ἀγάνοιαν αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὅτῳ τὰ πρότερα ἤρεσκεν, ὡς ἂν δὲ φιλοζωΐαν πράξειε τὰ εἰς τὰς συγγνώμας πεπραγμένα, ἐκ γοῦν τῶν ἄρτι ἐντολῶν οὐδὲν ἀνθρώπειον ἐισφερομένων, ἔργα δ' ἀπὸν δ' βίᾳ προνοίαν εἶχεν ὡς ἐπὶ πένθει δ' ἐρημίᾳ τῶν φιλτάτων τὸ πᾶν κατασήσειν ἔθνος, ἕνα ἀπὸ ἑκάστου οἴκου κελεύων μεταχειρῆσαι, μηδὲν ἄδικον μήτε εἰς αὐτὸν δεδρακότας, μήτε ἐφ' ἑτέροις ἐγκλήμασι κατηγορίας αὐτῶν γνωμένης, εἰωθότων οἷς πρασσούσης δικῆς δ' πρὸς τοὺς ἐν δίκῃ ἐχθροὺς γενομένους τοιῷδε καιροῖς τὰ μίση καταπήγαζ.

Κεφά-

Κεφάλαιον θ'.
Ἀντιπάτρου ἀναίρεσις.

Ταῦτα ᾗ ἀπιστέλλοντος αὐτοῦ πρὸς τοὺς συγγενεῖς, γράμματα παρὰ τῶν εἰς ῥώμην πρεσβέων ἀποσταλμένων εἰς καῖσαρα. ἐξ ἀναγνωσθέντων τὸ κεφάλαιον ἦν, ὡς τ' τε ἀκμῆς ὀργῇ τῇ καίσαρος ἀνῃρημένης, ἐφ' οἷς ἀντιπάτρῳ συγκακουργήσειεν. αὐτόν τε ἀντίπατρον, ὡς ἀπὶ γνώμῃ τῇ ἐκείνου ποιεῖτο πρὸς πατρὸς καὶ βασιλέως, εἴτε φυγάδα ἐλαύνειν ἐθελήσειεν, εἴτε κτιννύειν. τούτων ἀκροώμενος ἡρῴδης, βραχὺ μέν τι ἀνέπνευσεν ἡδονῇ τῶν γεγραμμένων, θανάτῳ τε τῆς ἀκμῆς ἐπιῤῥωμένος, καὶ ἐξουσίαν τοῦ ἀπὶ τῷ παιδὶ τιμωρίας. πεμφθεὶς ᾗ εἰς μέγα τῶν ἀλγηδόνων, ὥστε καὶ τεταλαιπωρημένος σιτίων, καὶ ἤτησε μῆλον καὶ μαχαίριον. εἰώθει γὰρ ἐν ἐκείνῃ πρότερον αὐτῷ, πρὸς λέπειν αὐτὸ δι' αὐτοῦ καὶ καθ' ἑλίσσων τὸ μῆλον ἐσθίειν. λαθὼν ᾗ καὶ ὑποκρύψαμενος, γνώμην εἶχεν ὡς παίσων ἑαυτόν. καὶ ἐπεπήδακει, μὴ φθάσαντος αὐτὸν καταλαβεῖν τῇ δεξιᾷ ἀλκάθου, ὃς ἀνεψιὸς ἦν αὐτοῦ. καὶ μέγα ἀνακραγόντος, οἰμωγή τε αὖθις ἀνὰ τὸ βασίλειον ἦν, καὶ θόρυβος μέγας ὡς οἰχομένου βασιλέως. καὶ ἀντίπατρος, πιστεύει γὰρ τέλος ἀληθῶς τὸ πατέρα ἔχειν, θάρσος τε ἐντεῦθεν ἀπὶ τοῖς λόγοις ὅλως ἤδη τῶν δεσμῶν ἀφησόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀκινήτῳ δεξόμενος εἰς χεῖρας. καὶ τῷ εἱρκτοφύλακι περὶ ἀφέσεως ἦν αὐτοῦ διάλογος μεγάλα ὑπισχνουμένου εἰς τὸ παρὸν, καὶ τὸ αὖθις, ὡς ἂν περὶ τοιοῦδε ἀγῶνος ἀνεπιστάτου. ὁ ᾗ, οὐ μόνον ἀπειθὴς ἦν πράσσειν ἐφ' οἷς ἤκουεν ἀντίπατρος, ἀλλὰ καὶ τῷ βασιλεῖ ἐπιστομοῦντι διάνοιαν τὴν ἐκείνου, πολλαῖς καὶ προσφορείαις παρ' αὐτοῦ χώμενος. ὁ ᾗ ἡρῴδης καὶ πρότερον ἐκ πολλοῦ μὲν δὴ ἀνίᾳ ἔχων, ἐπεὶ ἤκουσε τοῦ εἱρκτοφύλακος ταῦτα ἐρήνοντος, ἀνεβόησέ τε ἀναπταίσας τὴν κεφαλὴν, καὶ περὶ τῷ ὑπάτῳ ὤν. καὶ ἀπὶ κλίνης ἀναίρας ἑαυτὸν, κελεύει πέμψαί τινα τῶν δορυφόρων, μηδὲν εἰς ἀναβολὰς, ἀλλ' ἐκ βέλους κτείνασιν αὐτὸν ἐν ὑρκανίᾳ τάφου ἀσήμου ποιεῖν.

CAP. IX.
Antipatri exitium.

DUm hæc mandata cognatis dat, superve-nerunt a Roma literæ, a legatis missis ad Cæsarem: quarum summa erat, Acmen ab irato Cæsare occisam esse, propter locatam Antipatro operam: ipsumqve Antipatrum re-linqui arbitrio & regis & patris: sive in exilium vellet eum pellere, sive capite plectere. His au-ditis Herodes paululum recreatus est voluptate nuncii pœnæ Acmes, & permissæ sibi potestatis libere statuendi de filio: mox repetitus gravi dolore, cibi tamen avidus, malum simul & cul-tellum popoſcit. Solebat enim & antea per se repurgatum paulatim incidendo comedere, tunc vero circumspiciebat, ferire se ipsum cupiens: perpetrassetqve facinus, ni Achiabus nepos ictū præveniens, clamore sublato cohibuisset ejus dexteram: moxqve denuo luctus cum trepida-tione ac tumultu occupavit palatium, qvasi rege jam agente animam: qvem strepitum ubi per-sensit Antipater, ratus patrem vere vitam finisse, spem concepit fore ut solutus vinculis sine diffi-cultate regnum acciperet, cœpitqve cum custo-de carceris de missione agere, multa & in præ-sens & in futurum post acqvisitam potestatem pollicens. ille vero adeo non paruit, ut mox co-natus ejus regi renunciaret, utqve solicitatus ab eo ostentato præmio. Tum Herodes qvi jam ante male affectus erat erga filium, postqvam audivit custodem carceris, exclamans præ indi-gnatione: & caput sibimet verberans, qvamvis morti proximus erexit se in cubitum, jussitqve unum e satellitio sine mora eum occidere, & cor-pus obscuro condi in castello Hyrcanio.

Κεφάλαιον ι'.
Ἡρῴδου τελευτὴ, διαθήκη καὶ τάφη.

Τὰς ᾗ διαθήκας αὖθις μετέγραφεν μεταβολῆς αὖπω πρὸς τὴν διάνοιαν γιγνομένης. ἀντίπαν μὲν ὧν τῶν βασιλείων καταλελοίπει, τετράρχειν καθ-ὰς γαλιλαίας τε καὶ περαίας, δρχελάῳ ᾗ τὴν βασιλείαν χαριζόμενος, τήν τε γαυλανίτιν καὶ τραχωνῖτιν καὶ βαταναίαν καὶ παναιάδα, φιλίππῳ, παιδὶ μὲν τοῦ αὐτοῦ, δρχελάου ᾗ ἀδελφῷ γνησίῳ τετραρχίαν εἶναι. ἰαμνίαν ᾗ καὶ ἄζωτον καὶ φασαηλίδα, σαλώμῃ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ καταγέμει, καὶ δργυρίῳ ἀπὸ τριακοσίων μυριάδας πεντήκοντα. ποιοῦσι ᾗ καὶ τῶν λοιπῶν ὁπόσοι συγγενεῖς ἦσαν αὐτῷ χρημάτων τε δόσεσι καὶ προσόδων ἀναφορᾶς ἑκάστοις ἐν εὐπορίᾳ καθιστάμενος. καίσαρι ᾗ, ἀργυρίου μὲν ἀπὸ τριακοσίων μυριάδος χιλίας, χωρὶς ᾗ σκευῆς τὰ μὲν χρυσᾶ, τὰ δ' ἀργυρᾶ, καὶ ἐσθῆτα παμπολυτελῆ. ἰουλίᾳ ᾗ τῇ καίσαρος γυναικὶ, καὶ τισιν ἑτέροις πεντακοσίας μυριάδας. πέμπτα πρὸς ἕξας ἡμέρα πέμπτῃ, μεθ' ὃ ἀντίπατρον κτείνει τὸν τελευταῖον, βασιλεύσας μεθ' ὃ μὲν ἐνέλειν ἀντίγονον, ἔτη τριάκοντα καὶ τριακόσια, μεθ' ὃ ᾗ ὑπὸ ῥωμαίων ἀποδέδεικτο ἐπὶ καὶ τριακοστὰ, ἀνὴρ ὠμὸς μὲν τὸ, ex qvo autem a Romanis rex declaratus est anno trigesimo septimo, vir in omnes

CAP. X.
Herodis mors, testamentum & funeratio.

DEinde mutata voluntate mutavit etiam testamentum. Antipam enim qvem prio-ribus tabulis regni successorem destina-verat, Galilææ simul ac Perææ tetrarcham consti-tuit. regnum vero Archelao largitus, Tracho-nitica, Gauloniticam, Bataneam, & Paneada regiones tetrarchiæ nomine assignavit Philippo filio, germano fratri Archelai, Jamniam autem, Axotum & Phasaelida Salomæ sorori suæ attribu-it, & argenti signati qvingenta millia. habita est & cæterorum cognatorum ratio. abundeqve prospectum singulis legenda pecunia & reditibus annuis. Cæsari qvoq; legavit argenti signa-ti centies centena millia, præterqve sua vasa tam aurea qvam argentea, magnumqve vestis pretiosæ numerum. Juliæ autem Cæsaris uxori, & qvibusdam amicis qvinqvagies centena mil-lia. His ita ordinatis qvinta die post qvam Anti-patrum filium occidit, vita defunctus est post de-trusum regno Antigonum anno trigesimo qvar-

ex æqvo ſævus, iræ ſervus, juris dominus: fortuna autem propitia uſus, ſi quis alius. ex privatis enim natus regnum aſſecutus eſt, & innumeris circumdatus periculis ſemper evaſit feliciter, vixitqve longiſſimo tempore. qvantum autem ad domeſticos & filios attinet, hic qvoqve felix fuit ſua ſententia, oppreſſis inimicis & adverſariis, ſed infeliciſſimus meo judicio. Cæterum Salome & Alexas priusqvam regis mors innoteſceret, in circo clauſos domum ſuam qvemqve dimiſerunt, dicentes ipſum ita jubere, ut in agros digreſſi curarent ſuametipſorum negotia: atqve hoc pacto magno beneficio univerſam
XI. gentem ſibi devinxerunt. Indicata deinde regis morte, congregataqve in Hierichuntinum amphitheatrum omni militia, primum legerunt literas ejus ſcriptas ad milites, in qvibus gratias eis agebat pro fide ac benevolentia, rogabatqve ut eandem ſervarent & Archelao filio, qvem regni ſucceſſorem ſibi ſubſtitueret. Deinde Ptolemæus, cui annulus regis ſignatorius creditus fuerat, teſtamentum perlegit, qvod non alias ratum habendum eſſet, qvam accedente conſenſu Cæſaris. Moxqve acclamatum eſt regi Archelao, & milites catervatim una cum ſuis ducibus pollicebantur eandem qvam patri hactenus præſtitiſſent fidem atqve operam, lætis ominationibus Deum illi fautorem comprecantes. Poſt hæc funus parabatur regi, Archelao curante ut exequiæ patri fierent qvam ſplendidiſſimæ, & omnē ornatum proferente ut in pompa comitaretur mortuum. Ferebatur autem in lectica aurea, diſtincta variis gemmis pretioſis, & inſtrata purpura: corpus qvoqve amictum erat purpura, impoſito capiti diademate, & deſuper corona aurea, ſceptroqve in manu dextera. lecticam ſtipabant filii & cognatorum numerus. Hos ſeqvebantur milites diſtributi per nationum genera: primum ſatellites, deinde Thraces, poſt hos Germani, & deinceps Galli, omnes inſtructi velut ad prælium: reliqva deinde exercitus multitudo armata ſub ſuis ducibus ac centurionibus. hos ſeqvebantur qvingenti famuli, ferentes aromata. ea pompa proceſſit Herodium usqve per octo ſtadia, ubi qvemadmodum ante mandaverat ſepultus eſt. Et Herodes qvidem ſic defunctus eſt. Archelaus autem per ſeptem dies juxta patriam legem luctu parentis celebrato, & in fine luctus funebri epulo multitudini præbito, in templum aſcendit: & qvacunqve tranſiret excipiebatur gratulationibus ac fauſtis acclamationibus. Tum conſcenſo ſuggeſto ſublimis in aureo ſolio reſidens, accipiebat lætus gratulatrices voces favoris indices, & ipſe viciſſim omni comitate reſpondebat multitudini, agebatq; grates qvod obliti patris ſui duritiæ, nihilo deterius erga ipſum affecti eſſent, pollicebaturqve parem pro eorum ſtudiis gratiam. adhuc tamen abſtinere ſe a regis nomine, qvod ab autoritate & aſſenſu Cæſaris pendeat, penes qvem ſit teſtamēti a patre ſcripti confirmatio. qvamobrem ne ab

εἰς πάντας ὁμοίως, καὶ ὀργῆς μὲν ἥστων, κρείστων δὲ δικαίᾳ, τύχῃ δ' εἰ καὶ τις ἕτερος κεχειρημένος εὐμοιρεῖ. ἐκ τε γὰρ ἰδιώτου βασιλεὺς καθίστας, καὶ κινδύνοις πολλοῖς καὶ χαλεπῶν μυρίοις, πάντων ποιεῖ διαφέρειν, καὶ ζῆν ὅπη μήκιστον ἐξίετο. ὁπόσοι δὲ τὰ καθ' οἶκον καὶ ἐκ τῶν αὐτοῦ, ὅσα μὲν γνώμῃ τῇ σκείνου, καὶ πάνυ δεξιᾶ κεχειρημένος. ἀλλὰ τοῖς κείνου ἐχθροῖς κρατεῖν οὐχ ὑστερήσας, δοκεῖ δέ μοι καὶ πάνυ δυσκόλως. σαλώμη δὲ καὶ ἀλεξᾶς πρὶν ἐκπυθέσθαι τὸν θάνατον τοῦ βασιλέως, τοὺς ὅπη τὸν ἱπποδρόμου καθαπλείσμένους σκηπέμπουσι δὴ τὰ αὐτῶν, φάμενοι βασιλέα κελεύειν ἀπιέναι αὐτοὺς ὅπη τοὺς ἀγροὺς νέμεσθαι τὰ οἰκεῖα. πρόσταγμά τε αὐτὸ ἡδὺ εὐεργεσίαν μεγίστην εἰς τὸ ἔθνος. φανερὸν δ' ἦδη ὁ θάνατος τοῦ βασιλέως, καὶ σαλώμη καὶ ἀλεξᾶς, συναγαγόντες τὸ στράτευμα εἰς τὸ ἀμφιθέατρον τὸ ἐν Ἱερεχοῦντι, πρῶτον μὲν ἐπιστολὴν ἀνεγνώσαν πρὸς τοὺς στρατιώτας γεγραμμένην, ὅπη τε πίστεως εὐχαριστία καὶ εὐνοίας τοῦ εἰς αὐτὸν, καὶ παρακλήσεως τοῦ ὁμοίων παρέχης ἀρχελάῳ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, ὃν βασιλέα καθίστη. εἶτα μὲν τοι πτολεμαῖος τὸν σημαντῆρα τοῦ βασιλέως πιστούμενος τὰς διαθήκας ἀνέλεγεν. οἱ δὲ λήψεσθαι κύρωσιν σὺν ἄλλως ἔμελλον, ἢ καίσαρος συντυχόντος αὐτοῖς. βοὴ δὲν εὐθὺς ἐπαινούντων ἀρχέλαον βασιλέα, καὶ οἱ στρατιῶται καὶ στέφη τε αὐτῷ καὶ οἱ ἡγεμόνες εὐνοίαν τε ὑπισχνοῦντο καὶ προθυμίαν τὴν αὐτὴν, συλλήπτορα τὸν θεὸν παρεκάλουν. ἐντεῦθεν δὴ τάφον ἡτοίμαζον τῷ βασιλεῖ, μελήσαν ἀρχελάῳ πολυτελεστάτην γοῦν τὴν σκηνοθεσίαν τοῦ πατρὸς, καὶ πάντα τὸν κόσμον προκομίσαντος εἰς ὃ συμπομπεύσαι τῷ νεκρῷ. ἐφέρετο δὲ ὅπη κλίνης χρυσοῦς λίθοις πολυτελέσι καὶ ποικίλοις διαπεπασμένης. στρωμνήτε ἦν ἁλουργὴς καὶ ἀμπεχὲς πορφυροῦν ὁ νεκρὸς διαδήματι ἠσκημένος, ὑπερκειμένου στέφανος χρυσοῦς, σκῆπτρόν τε τῇ δεξιᾷ προκείμενον. πρὸ δὲ τῆς κλίνης οἵ τε υἱεῖς καὶ τὸ πλῆθος τῶν συγγενῶν. ὅπη δὲ τούτοις τὸ στρατιωτικὸν καὶ οἰκείας προσηγορίας διέκειντο αὐτοῖς νεμηθέντες. πρῶτοι μὲν οἱ δορυφόροι. μεθ' ὃ τὸ θρᾴκιον, ὅπη δὲ τούτοις ἕποντο γερμανοί, καὶ τὸ γαλατικὸν μετ' αὐτοὺς, ἐν κόσμῳ πάντες τῷ πολεμικῷ. τούτων δὲ κατόπιν ἤδη πᾶς ὁ στρατὸς ὡς ἐς πόλεμον ἐξοδεύοντες, ὥσπερ ἐκ τοῦ λοχαγῶν ἀριθμοῖ, καὶ τοῖς ταξιάρχαις αὐτῶν. τούτοις ἕποντο πεντακόσιοι τὰ οἰκέτων ἀρώματα φέροι. ἦσαν δὲ ὅπη ἡρῴδου σταδίου ὀκτώ. τῇδε γὰρ αὐτῷ ἐγίνοντο αἱ καθαραὶ τελεύσαι τοῦ αὐτοῦ. ἡρῴδης μὲν δὴ ὃν τελευτᾷ τρόπον. ἀρχέλαος δὲ, ὅπη μὲν ἑβδόμου ἡμέραν πένθους τῶν ἐν τῷ πατρὶ πόμων διετέλει. τοὺς γὰρ διαγορεύει τὸ νόμιμον ἐπὶ πατρίου. ἑστιάσας δὲ τοὺς ὁμιλοῦντας καὶ καταλύσας τὸ πένθος, ἄνεισιν εἰς τὸ ἱερόν. ἦσαν δὲ εὐφημίαι καὶ ἔπαινοι καθ' οὕς τινας ἴοι ἑκάστων τὰ πρὸς ἀλλήλους φιλοπονούμενοι εἰς τὸ δοκεῖν μείζοσι χρῆσαι τῆς εὐφημίας. ὁ δὲ εἰς ὑψηλὸν βῆμα πεποιημένον ἀναβάς, καὶ ἱδρυθεὶς εἰς θρόνου χρυσοῦ πεποιημένου ἀνιδέξιος τοὺς ἐμίλους, χάρματι τῶν εὐφημιῶν τὴν εὔνοιαν αὐτῶν ἡδονῇ φέρων. χάριν τε ὡμολόγει, ὅτι μηδὲν αὖ πω μνησικακοῖεν ἀνδ' ὧν ὁ πατὴρ εἰς αὐτοὺς ὠργίσθη καὶ πειράσεσθαι μὴ ἐλλείψειν ἀμειβόμενον τὸ προθυμον αὐτῶν. ἄρτι μέντοι φειδοποιεῖσθαι δὲ βασιλέως ὀνόματος. τετιμῆσθαι γὰρ αὐτὸν τῇ ἀξιώσει, ἐπερ βεβαίως καίσαρ ἐπικυρώσειε τὰς διαθήκας, αἳ ἦσαν δὲ πατρὸς ἐξαφῆσαν αὐτῷ. διὰ τοῦτο αἰτίαν οὐδὲ τοῦ στρατευ-

στρατεύματος ἐν Ἱερειχοῦντι διάδημα αὐτῷ προθεῖναι
προθυμουμένου, δέξασθαι τὸ προσμάχητον τὴν ἐνθένδε τι-
μῆς, διὰ τὸ μηδέπω τὴν κυρίως δοθησομένην φανερὸν
εἶναι προσχόμενον. προϊόντων μὲν γὰρ εἰς αὐτὴν τὰ πρᾶγ-
ματα καὶ λανθάνειν ἀρετῆς ἐπιμελουμένῳ τὴν εὔνοιαν αὐτῶν.
ἀπεδόκουν γὰρ ἐν πᾶσιν τὰ πρὸς αὐτοὺς φανεῖσθαι καὶ πα-
τρὸς ἀμείνων τὰ πάντα. οἱ δέ, οἷον ὄχλος εἰώθασι φιλεῖν,
ὁμόσε τοῖς πρώτοις τῶν ἡμερῶν τοὺς ἀμείνους ἐμφανίζῃ
τῶν παρόντων ὅτι τοιάσδε ἀρχάς, ὅσῳ πράως καὶ ἀγεν-
πόλιτικῶς ὁ Ἀρχέλαος διελέγετο αὐτοῖς, τοσῷδε μείζους τὰ ἐγκώμια
τοῖς ἐπαίνοις, καὶ τοὺς αἰτήσεις δωρεῶν ἐπεφόρτιζον. οἱ μὲν εἰσφορὰς ἐς ἐνιαυσίους φέρειν ὑπο-
κρινόμενοι βαρυνόμενοι, οἱ δὲ αὖ δεσμωτῶν, οἱ ὑφ' ἡρῴδου
εἰρχθέντες, πολλοὶ δὲ ἦσαν καὶ πολλῶν χρόνων, ἀπολύειν, εἰ-
σὶν δὲ οἱ ἄρσεις τὰ τέλη, ἃ ὑπὲρ πράσεσιν ἢ ὠναῖς ἡμισείας
ἐπέβαλλε, πρασταγόμενοι πικρῶς ἠπείλουν. ἀντιλέγειν
τε ἁπλῶς Ἀρχέλαος, ἐπεὶ ἦρξατο ὁμίλους ἀποθεοῦσθαι
ὑπὸ πάντων πάντα, διὰ τὸ νομίζειν μέγα πρᾶγμα εἰς τήρησιν
τῆς ἀρχῆς ἰσχύσειν, τὴν εὔνοιαν αὐτῷ τὴν πλήθους. ὁπόσην
δέ τινας ἔχοιεν τοῦ θεοῦ καὶ δικαίαν τὴν πρόνοιαν μὴ τῶν φίλων.

A exercitu quidem apud Hierichuntem ultro offerente ambitiosum diadematis honorem se accipere voluisse, cum nondum constaret de legitimi collatoris animo. cæterum quam primum constabilitus esset in imperio, curæ sibi fore ut benevolentia omnium videatur dignissimus: daturumqve operam, ut per omnia patre suo sit illis commodior. Illi vero, sicut vulgus solet, rati primis diebus aperiri mentem hujusmodi potestates ineuntium, quo mansvetius & officiosius eos colloqvebatur Archelaus, eo majoribus eum ferebant laudibus, poscebantqve sibi ab illo beneficia: quidam ut levius annuum tributum penderent: alii solutos dimitti quos Herodes non paucos vinxerat, & in his plerosqve diu in carcere detinuerat: nonnulli vectigalium immunitatem, quibus gravabatur forum rerum venalium, magnis flagitabant vociferationibus. Horum nihil ille negabat, hoc agens ut conciliaret sibi multitudinis animos, non leve in eo momentum rerum suarum situm existimans. postremo re divina peracta convivium cum amicis iniit.

Κεφάλαιον ιά.
Ὡς ὁ λαὸς ἐστασίασε πρὸς τὸν Ἀρχέλαον.

CAP. XI.
Populi seditionem movit contra Archelaum.

Ἐν τούτῳ δή τινες τῶν Ἰουδαίων σπουδῇ ὄντες, νεωτέρων
ἐπιθυμίᾳ πραγμάτων ἀδύρονται Ματθίαν καὶ τοὺς
σὺν αὐτῷ ὑφ' ἡρῴδου ἀποθανόντας, οἳ τὸ διδασκαλεῖον
τῆς εἰς τὸ πενθεῖσθαι τιμῆς φόβῳ τοῦ ἐκείνου ἀπεστέροντο,
ἤδη δὲ οἱ τῶν ὑπὸ καθαιρέσει καὶ χρυσοῦ ἀετοῦ κατεδεδι-
κασμένων, ὑπὲρ μέγα τι τῆς βοῆς καὶ οἰμωγῆς χεόμενοι,
καὶ τινα ὡς κλαύσιον φέροντα τοῖς τεθνεῶσιν, ἀπερρήθουν εἰς τὸν βασιλέα. συνῳδά τι αὐτοῖς ἠξιοῦτο μισθοῦ
τῆς ἡλικίας τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπὶ Ἀρχελάου ἠξιοῦσθαι κο-
λάσεως τοὺς ὑπὸ ἡρῴδου τιμωρηθέντων, καὶ πάντων μὲν καὶ
πρώτων καὶ σκληροτάτων ἐπὶ αὐτοῦ ἀρχιερέα καθεστῶ-
τα παντοίως τε, νομιμότερόν τι ἅμα καὶ καθαρὸν ἀρχιε-
ρᾶσθαι ἄνδρα αἱρεῖσθαι. τούτοις Ἀρχέλαος καίπερ δει-
νῶς φέρων τὸν ὁρμὸν αὐτῶν ἐπιστάμενος, ἔχων τὸν ὅπως ῥᾳ-
στην ὁδὸν ἀνύσαι, προσκελεύεται αὐτῷ τάχος, ὅπως πε-
μπτικὸς τῶν δοξάντων κρατοίη. πέμψας δὲ τὸν
στρατηγὸν πείθοι χρήσθαι, καὶ τῆς ὑπὲρ τοιούτοις τιμωρί-
ας ἀποστέργοις σκοπεῖν, μὴ νέον τι ὂς τοῖς φίλοις αὐτῶν
συνθροῖ μὴ νόμων γεγονότα, καὶ τὰς αἰτήσεις ὡς ὑπὲρ
μέγα δὲ ὑφίεσθαι προίοιεν, τάς τε κλήρους σὺν ἐν τοιοῖσδε
εἶναι, μᾶλλον δὲ ὁμονοεῖν ἕως καταστήσαιμι τῷ δέκτῳ, ὑπενευσάτῃ τῇ κρίσει ἀφίκοιτο ὡς αὐτούς, τότε
δὲ καιρὸν βουλεύειν περὶ ὧν ἀξιοῖεν σὺν αὐτοῖς, ἄρτι δὲ ἀνέ-
χειν, μὴ δὲ στασιάζειν δοκοῖεν. ὁ μὲν πεμφθεὶς ταῦτα παρῄνει τοῖς
διδάξας τὸ στρατηγόν, σκέμπεται πρὸς αὐτούς. οἱ δὲ βο-
ῶντες λέγειν τε σὺν ἑαυτοῖς, καὶ εἰς κίνδυνον ἅπαντα λογιζόμενοι
σκέπτεσθαι καθίστασαν, καὶ τὰ ἄλλων ὅστις γε ὑπὲρ σωφρονισμοῦ
ἐπιστροπὴν τοιαύτην δέοι γενέσθαι τολμήσοι φθέγξασθαι
φανερὸς ἦν, διὰ τὸ πᾶν βουλήσεσθαι τῇ αὐτῶν μᾶλλον ἢ
ἐξουσίᾳ τὰ ἐφεστηκότων συγχωρεῖν δεῖν ἡγεμόνι, εἰ ζῶν-
τος πρῴδου στερηθεῖεν τῶν φιλτάτων, καὶ τελευτῆς
αὐτῷ ἡγουμένης τιμωριῶν τῶν ἐπ' αὐτοῖς, ὠμηκότες
τὰς γνώμας, καὶ νόμιμόν τε καὶ δίκαιον ἡγεμόνι ἔτι
μέλλησι ἡδονὴν αὐτοῖς φέρειν, κίνδυνόν τε τὸν

B

C

D

E

F

G

Interea Judæorum quidam novarum rerum cupidi per conventicula deflebant Matthiam & socios quos Herodes affecerat supplicio. Hi qvoniam metu coerciti non ausi fuerant luctu honorare aquilæ aureæ violatores recens neci traditos, tunc cum clamoribus, & ejulatu in defunctum regem jactabant convitia, quasi in mortuorum solatium: congregatiq; in unum, in vindictam eorum ab Archelao deposcebant ad pœnam quosdam ex his qui cari Herodi fuerant: & ante omnia postulabant sacerdotium abrogari creato ab illo pontifici, & subrogari hoc honore digniorem alium. Archelaus autem licet importunitatem eorum indigne ferret, compescere tamen placide conabatur, qvod pararet profectionem ad Cæsarem, ut sententiam Cæsaris cognosceret. Itaq; misso ad eos magistro militum, per eum hortatus est, ut omisso vindictæ studio, considerarent legibus pœnas dedisse quorum moleste ferrent interitum: ad hæc postulata eorum non carere injuria, & tempus hoc alia consilia poscere, opusq; esse concordia, donec ad ipsos reverteretur confirmatus rex assensu Cæsaris. tum demum dispiciendum super his rebus, & statuendum de communi sententia: interim quiescerent ne seditionis crimen incurrerent. Hæc mandata exponenti reclamatum est strenue, periculum intentantibus quicunque conaretur verbis eos ad saniorem mentem reducere: quod plus suæ voluntati tribuerent, quam autoritati præsidentium, & indignum ducerent, si amicorum quos vivo Herode amiserant, ne mortuo quidem illo impetraretur ultio. adeo enim concitati erant ut id tantum jus & fas putarent, quod ipsis voluptatem allaturum videbatur, ne sui quidem periculi

memores, dum inimicos lædere cupiunt. & cum A
multi ad eos a rege mitterentur, qui partim ipsius nomine, partim ex sua persona verbis sedarent turbidos, neminem audire sustinebant, sed ad majorem iram accendebantur, ausuri aliquid si major accessisset numerus. Cumqve festum instaret quo patrium Judæis est vesci non fermentatis panibus (Pascha vocant, monumentum veteris ex Ægypto effugii, quo summa alacritate, B majorem solito populus mactat victimarum numerum, & infinita turba, nonnulliqve etiam extra regionis terminos habitantes confluunt religionis gratia) seditiosi deploratores, legis doctorum Judæ ac Matthiæ conglobati in templo permanebant, non deficiente victu qvem illos non pudebat mendicato quærere. Tum Archelaus veritus ne ad gravius aliquid eorum insolentia procederet, mittit tribunum cum cohorte, qui C compescerent homines, priusquam cætera turba hujus furoris inficeretur contagio. & si quorum eminueret in concienda seditione ferocia, illos ut ad se adducerent. In hos turbatores illi clamoribus & hortatibus plebem exasperaverunt, & ferientes saxis plerosq; occiderunt: tribunus cum paucis effugerunt saucii. quo perpetrato rursum sacris operati sunt. Archelaus porro de D rerum summa periclitari sibi visus est, ni plebis impetum illum retunderet. itaqve totum exercitum in eos immittit, simulqve equites, qui & advenas prohiberent occupantibus templum succurrere, & quotquot ex iis peditum evasissent, jam in tuto se existimantes ferro exciperent. ab his eqvitibus ad tria millia virorum cæsa sunt, reliqui fuga se in proximos montes receperunt. E Archelaus autem per præconem edixit, ut omnes in sua discederent. illi metus gravioris mali festivitate relicta abierunt, quamvis audaces & sine disciplina homines. Tum Archelaus ad mare descendit una cum matre sua, ducens secum Nicolaum & Ptolemæum, multosqve ex amicis alios, & familia & regno commissis Philippi fratris sui fidei. Simul etiam profecta est Salome Herodis soror, ducens secum suam progeniem. F alii quoque ex cognatis sequebantur multi, quasi collaboraturi pro paranda regia dignitate Archelao, re autem vera obnixuri ei potius, & præcipue perpetratum in templo facinus incusaturi. Cum hoc comitatu eunti occurrit apud Cæsaream Sabinus procurator Cæsaris in Syria, in Judæam properans ad asservandam Herodis pecuniam, quem Varus commodum interveniens retinuit: G aderat enim ab Archelao accersitus per Ptolemæum. ita ille in præsidis gratiam neqve arces occupavit in Judæa, neqve thesauros obsignavit regios, omnia relinqvens in potestate Archelai, tantisper donec Cæsar de his aliquid statueret: & hæc pollicitus mansit Cæsareæ. Sed postquam alter Romam navigavit,

XIV.

